Cumque uenissent autem in raphidim / ibi omnino defuit aqua clamantem percussa petra per moysem / uerbo domini egressa est aqua exo 17. hec est dicta petra oreb quia in ea omnis est oreb / pars enim montis Syna dicitur oreb. ¶ Egressus est autem amalechites ad pugnam contra israel et moyse orante manibus extensis ad celum superauit israel. ¶ Ietro etiam moysi obuiam uenit ducens secum Sephora et duos filios eius cuius consilio disposuit moyses super populum decanos / et huius sic consilio ecclesia assumit uiros in partem sollicitudinis / 10.a pars de datione legis uerbalis.

Mense tercio egressionis de egipto in kalendis Iunii 47 die a phase / fixerunt tentoria a regione montis Synay / ubi moysi ascendenti ordinat dominus ut die [illegible] ut duobus diebus sanctificaretur populus / idest careret ab amplexibus et in die tercia sint parati / tunc secundum Iosephum conuiuiis et uestimentis splendebant. ¶ Tercia autem die ultra septem fuit circa montem Ebrei dicunt quia mons tremuit / unde extitit legentes in sinagogis tremunt corpore et capite / moyses autem narrauit populo que audiuit / exo. 20. ¶ Deinde ascendit moyses et aaron et locutus est ei dominus audiente populo qui remansit infra terminum sibi constitutum et sic hoc die data est lex / in figura quia hoc die datus erat spiritus sanctus / qui doceret omnem ueritatem / dedit autem deus quedam precepta moralia ad mores / et quedam iudicialia ad lites dirimendas, et quedam cerimonialia siue legalia / prefectus in signum / durus in flagellum / et ut lex in pedagogum / hinc describit ciuitates refugii / iubet dari decimas et huiusmodi / que precepit populus obseruare uersus inferius in textu. ¶ Nube densatur nube moyses uidit et audit

¶ Vocem, sed latet hunc uisio sola dei

Sic christi carnem uidit uidea loquentem

¶ Audit ignorans carne latere deum

Lex datur in Synay dum mensis tercius instat

¶ Cum fumo tonitruo fulgure nube tuba

Hoc in mense datum descendit pneuma beatum

¶ Cum flammis, linguis, luce, calore, sono,

Claret in hiis rebus iocundi gloria festi

¶ Et pentecostes luce preciosa micat

Montem fumare, mugire tonitrua, spargi

¶ Fulgura flare tubas, legis origo facit

Ecce Syon montem designat, mons Syna fumat

¶ Lex ibi se facit, flatibus igne datur

Ore apostolicum sacra uerba / tonitrua signat

¶ Fulgura / que rutilant splendida signa notant

Doctorum uoces alias clangore tubarum

¶ Accipe qui populos ad sacra missa uocant / 10.a pars

In singularia ex minimis salubis / de preceptis in generali

prouenire oportet p° p(ro)phetaz dece precepta p(ri)mo i(n) duab(us) tabulis scripta fuerunt/ que in cenaz sig(ni)ficat q(ui)b(us) fracti(s) scripta sunt in dual(us) alijs q(uo)d p(ri)mam figurat/ s(ecundu)m Ie(ronimum) et ait Io sephus se uidisse duas tabulas lapideas ex utraq(ue) parte descriptas/ et quodlibet latus duo p(re)cepta cu(m) dimidio c(on)tinebat qui no(n) tria p(re)cepta que ordinat ad deum in p(ri)ma tabula po nu(n)t ut orig(enes) et aug(ustinus) et alij/ et septem que ordinat ad p(ro)xi mu(m) in s(ecun)da in struct(ur)e mag(is) q(uam) ystorice loqui uidetur ¶ Scripta sunt quoq(ue) in hu(m)ano corde/ dicente Ie(ronimo) ad algasia(m) que 8a/ Naturalis lex scripta in cordib(us) n(ost)ris/ o(mn)es c(on)tinet nationes et nullus ho(mi)nu(m) est qui hac legem nesciat/ Iustitiam eni(m) Iudi ciu(m) dei sciuerunt in corde hu(m)ani generis quod tibi no(n) uis fieri alteri ne fereris/ per hanc naturale(m) lege(m) chaym cog(n)o uit p(e)cc(atu)m suu(m) Adam et Eua/ p(ro)pterea absconditi sunt pharao quoq(ue) stimulatus lege na(tur)e/ dicit/ D(omi)n(u)s iustus est/ Ego aut(em) et p(o)p(u)l(u)s meus impij ¶ Potest aute(m) ea homo simplicit(er) et ab solute seruare/ q(uan)tu(m) ad op(er)a iniuncta/ etia(m) si op(er)a no(n) sint cari tate elicita/ no(n) eni(m) mandat deus ho(m)i i(m)possibilia/ et sic s(er) uans licet uitat penaz dapni/ no(n) tu(m) pena(m) q(uam) debet(ur) tras gressori/ pro(p)t(er) uero obseruatio ma(n)datoru(m) est meritoria ui te eterne/ s(ecundu)m illud m(a)t(thei) 19 si uis ad uita(m) ingredi s(er)ua ma(n) data/ nisi e(st) ex caritate illa implere/ que est finis p(re)cepti p(ri)ma thim(otheum) 1 · sine qua nich(il) est meritoriu(m) uite eterne/ 12a p(ar)s

Quia p(ri)mi preceptum fu(n)damentu(m)/ de p(ri)mo p(re)cepto tu(m) est o(mn)iu(m) sequentiu(m) ad eius obseruantia(m) in duxit de(us) et co(m)memoratione beneficij dicens Ego sum d(omin)us d(eu)s tuus qui eduxi te de terra egipti/ de domo s(er) uitutis et co(m)minatione pene/ Ego sum d(eu)s zelotes uisitans iniquitates pat(ru)m usq(ue) in tercia(m) et q(ua)rta(m) p(ro)geniem/ no(n) q(ui)a iniquitatem patris portet filius ezech 18 · s(ed) sicut ait Ie(ronimus) ad sabinianu(m) si nec p(ri)ma(m) uult agere/ cogor dicere/ super tribus et q(ua)ttuor impietatib(us) none aduersabor eis dic d(omin)us aduersione extrema de penaz/ cu(m) peccator sue relinquit(ur) uoluntati/ unde est q(uod) pecca(ta) pat(ru)m puni(u)nt in tercia et quarta generatione/ du(m) no(n) uult statim punire peccates/ sed ig noscens p(ri)mis posteros c(on)dempnat/ alioq(ui)n si p(ri)m(us) sceleru(m) ul tor existeret paulu(m) ap(osto)l(u)m et multos alios eccl(es)ia no(n) haberet/ ¶ p(ri)mum mandatu(m)/ tenetur uni(us) ueri dei p(re)cipit cultu(m) et o(mn)e(m) p(ro)hibet ydolatria(m)/ et ideo i(n) uba multiplicat(ur)/ Non habebis deos alienos cora(m) me/ In deut(eronomio) dicit(ur) in co(n)spectu meo no(n) facies tibi sculptile neq(ue) o(mn)em similitudine(m) q(ue) e(st) in celo desup(er)/ et que in terra deorsu(m) nec eo(rum) q(ue) sunt in aquis s(ub) terra no(n) adorabis neq(ue) coles/ ¶ Possum(us) aut(em) contra hoc madatu(m) errare dupliciter/ P(ri)mo deo uero exhibendo cultu(m) sed non qualem debem(us) et hoc dupliciter/ Uno modo/ si in cultu inueniat(ur) falsitas sig(ni)ficationis ideo faceret contra preceptu(m) qui deu(m) coleret p(er) sacrificia ueteris legis/ que x(rist)i passione(m) ia(m) facta(m) sig(ni)ficabat/ ut figurabat futura/ ad hoc potest reduci si quis cultu(m) ex p(ar)te eccl(es)ie deo exhibeat(ur) c(on)tra mo du(m) diuina aucte ab eccl(es)ia institutu(m)/ et in eccl(es)ia c(on)suetu(m) sicut falsus putaret(ur) qui ex p(ar)te eccl(es)ie p(r)incipis no(n) co(m)missa diceret ut scriberet/ ¶ Alio modo/ cu(m) in cultu sup(er)fluitas i(n)debita repitur/ puta si ad regulam no(n) p(er)tineat creatoris/ ut ca(r) nis concupiscentia(m) no(n) refrenat/ ut mente(m) subiciendo deo no(n) c(on)seruat/ ¶ 2o co(n)tra hoc ma(n)datu(m) errare possum(us) diuinu(m) cultu(m) exhibendo cui no(n) debem(us)/ p(ri)mo aut(em) creature in tellectuali/ quo c(on)tra/ no(n) habebis deos alienos cora(m) me/ (Que) aute(m) duplex na(tur)a intellectualis/ Una angelica/ de hac p(ri)mo expediam(us) ¶ ad demone(m) colendu(m) maxime inclinat(us) est homo/ ut p(er) eu(m) ualeat prognostic(ar)e futuros euent(us)/ o(mn)iu(m) aut(em) p(ri)m(us) zoroastres/ demone(m) inuocauit/ s(upr)a 10 · p(ar)s 1a/ ¶ Quod aut(em) presciendi futura/ ut cog(no)scendi occulta

consilio ut auxilio demonis/ quadruplex est/ ¶ P(ri)m(us) e(st) p(er) ma(n)ifesta(m) demonu(m) inuocationem/ et tu(n)c c(on)sueuerunt predicta manifestari aliquando p(re)stigiosis apparitionib(us)/ hoc ueneficiu(m) p(ri)mo inuenit ¶ Aliquando so(m)nijs et uocat(ur) diuinatio p(er) so(m)nia ¶ Aliq(ua)n(do) p(er) mortuoru(m) aspectu(m) uel locutionem/ et dicit(ur) p(ro)prie nigromantia ¶ Aliq(ua)n(do) per a(c) ceptionem/ et uocatur diuinatio p(er) phitones/ quia phyton hui(us) diuina tionis auctor fuit/ est aut(em) phyton nomen stelle s(ecundu)m papiam qua(m) pagani Ioue(m) appellant/ ut forte melius de hoc de dijs gentiu(m) p(ar)s 12 · ¶ Aliq(ua)n(do) per aliquas figuras ut signa que in reb(us) inanimatis apparent ¶ et si fit in ungue/ ferro/ ut lapide polito uocat(ur) geomantia ¶ si in aqua ydromantia ¶ Si in igne pyro mantia ¶ Si in uisceribus a(n)i(m)aliu(m) ymolatoru(m)/ aruspiciu(m) ¶ Se cund(us) p(er) sola(m) c(on)sideratione(m) dispositionis/ ut mot(us) alteri(us) rei/ et p(er)tinet ad augures/ et iste mod(us) cu(m) duob(us) seque(n)tib(us) fit absq(ue) ma(n)ifesta demonu(m) inuocatione et fit multipl(icit)er ¶ Aliq(ua)n(do) ex dis positione corpu(m) celestiu(m)/ et hij genatici dicunt(ur) p(ro)pter natalium c(on)sideratione(m) dierum/ hij natiuitates ho(m)i(nu)m p(er) duodeci(m) sig(n)a celi describunt/ syderu(m)q(ue) cursus nascentiu(m) mores et euent(us) predicere conantur/ hij uulgo mathematici uocantur/ sic aut(em) aug(ustinus) li(bro) de natura demonu(m) hij fato o(mn)ia euenire dicunt ¶ Aliq(ua)n(do) ex dispositione mo t(us)/ ¶ Aut uocu(m) a(n)i(m)aliu(m) ¶ ut quoru(m)cu(m)q(ue) a(n)i(m)aliu(m) ¶ ut sternuta tiones ¶ ut locutiones ho(m)i(nu)m et huiusmodi que auditu p(er)cipiu(n) tur ad auguriu(m) p(er)tinet/ quod a garritu a(n)i(m)aliu(m) p(er)cip(itur) dicit(ur) ¶ que aut(em) uisu p(er)cipiuntur p(er)tinet ad auspiciu(m)/ ¶ Si aut(em) uerba ho(m)i(nu)m alia intentione dicta ad prognosticandu(m) futura retorquentur/ hoc p(ro)prie ad o(mi)na p(er)tinet de hoc intelligendu(m) s(ecundu)m diuina(m) dispositione(m) aliter ordinetur/ ut de gedeone Iud(icum) 7o/ et de uerbis rebecce gen(esis) 24/ et de Ionata p(ri)mo R(egum) 14 ¶ Aliq(ua)n(do) ex dispositione figu raru(m) in aliquib(us) corporib(us) uisui occurrentib(us) ¶ et si fiat ex li neamentis consideratis in manu uocatur ciromantia/ chiro est manus/ mantia uero diuinatio dicitur/ ¶ Et si in spatulis alicui(us) a(n)i(m)alis dicitur/ spatulomantia ¶ Tercius du(m) facim(us) ali quid ut aliud occultu(m) manifestet(ur) q(uo)d p(er)tinet ad sortes et fit multipliciter ¶ Aliq(ua)n(do) p(er) punctoru(m) protractiones quod p(er)ti net ad artem geomantie ¶ Aliq(ua)n(do) p(er) c(on)sideratione(m) figuraru(m) que p(ro)ueniu(n)t ex plu(m)bo liquefacto in aqua proiecto ¶ aliquando ex quibusdam cedulis in occulto repositis ¶ ut festucis inequa libus/ du(m) c(on)sideratur quis quid accipiat ¶ Aliq(ua)n(do) ex taxillorum proiectione quis plura puncta proiciat ¶ Aliq(ua)n(do) etia(m) du(m) co(n) sideratur quid aperienti libru(m) occurrat ¶ pacti(tu)r aut(em) sors q(ue) a(m) alia dicitur diuisoria/ cu(m) ad diuidendu(m) aliqua int(er) aliquos ponitur ¶ Alia c(on)sultoria cu(m) quid agere oporteat c(on) sulitur/ ¶ alia diuinatoria cu(m) queritur quid sit futuru(m)/ cu(m) eni(m) ea q(ue) p(er) sortes queruntur fato no(n) subdatur uelle talia exp(er)i ri demonu(m) suggestione non caret/ quo defectu sublato sortes inuenit(ur) in signu(m)/ s(ed) a d(omi)no temperatur/ p(ro)uerbiorum 16 · no(n) ta(m)en poni debet sine necessitate/ et p(er)mittatur oro sicut in eloqui(o) anathe art(iculo) 1o/ ¶ Quartus du(m) aliquid facim(us) putates ex mode faciendi/ magis q(uam) ex modo facto ipso aliqua nobis ma infestari et hoc appellatur obseruantia ¶ fit aut(em) ut ad c(on)seque(n)dam scientiam/ ut fit in arte notoria ¶ ut ad inducenda(m) sanitate(m) ¶ ut ad cognoscendu(m) fortuita ¶ ut ad pracauendu(m) infortunia/ in q(ui)b(us) o(mn)ib(us) cu(m) modi agendi ad tales effectus p(ro)ducendos nil oper(atur) c(on)sequens est ad quedam pacta cu(m) demonib(us) inita p(er)tinere/ ¶ Secunda creatura intellectualis e(st) homo/ qualiter hec ydolatria sit inuenta uide ca(pitulo) 21 · p(ar)s · 1a/ et qualiter detestada ca(pitulo) 178 · p(ar)s 1 · et seque(n) tib(us) ¶ Secundo errare possum(us) exhibendo cultu(m) diuinu(m)/ cre ature ymaginabili no(n) rei existentis/ secundu(m) q(uo)d dicitur co(n)sa ra titudine/ s(ed) solu(m) secundu(m) q(uo)d dicitur a creatore creatis/ et c(on)tra hoc dicitur no(n) facies tibi sculptile/ in quo etia(m) o(mn)es p(ro)hibentur errores/ qui nich(il) aliud sunt q(uam) queda(m) sculptilia mentis decepte ¶ Contingit aut(em) erroris sculptile fieri/ ut ex improbo ausu/

inuestigationis plure quam ab pont mundi eternitate, aue rois intellectu unitate, qui ex peruerso intellectu scripture sacre sit heretici faciunt, et ut ex inordinato affectu sensualitatis propriae, sicut epicuri qui delectatione plus ymaginarie quam reali sibi uendicat. Tercio errare possumus ex parte dei dimiz cultum rei pure corporali, ideo subditur: nec omnem similitudinem que est in celo desuper, et que in terra deorsum, nec eorum que sunt in aquis sub terra, quicquid tandem in omnibus predictis homo preamitis eligit et deo propoint, hoc illi deus est, et facit contra preceptum non habebis deos alienos coram me. // 13ª pars. de secundo et tercio mandato

Non assumes nomen dei tui in uanum, idest non iurabis per nomen dei falso, uel dolose, uel superflue, idest sine aliqua necessitate, uide ca. 96 p. 9. Consequenter ad tercium mandatum dicitur: memento ut diem sabbati sanctifices, ubi est aliquid morale uacare deo, hoc tolli non potest, et aliquid cerimoniale tempore diei septimi que figurabat quietem dei in sepulcro, hoc autem mutatum est in diem dominicam propter reuerentiam dominice resurrectionis, et significat quietem resurgentium in ultima etate, ubi uacabimus et uidebimus et amabimus et laudabimus, et hoc erit in fine sine fine. Augustinus 22 de ci. dei. Hec tria madata respiciunt beatissimam trinitatem est enim appropriate loquendo in patre maiestas singulariter reuerenda, quod implemus per primum madatum. In filio ueritas singulariter ueneranda, quod implemus per secundum. In spiritu sancto bonitas singulariter amplectenda et contemplanda, quod implemus per tercium et dicitur prima tabule. // 14ª p6. de 4to 5to 6to 7o et 8o preceptis

Honora patrem tuum et matrem tuam ut sis longeuus super terram, equa mercedes ut sustentas patrem qui tue productionis dei gerit ymaginem, adeo substetetur et merito diu uiuet, qui bene fouet principium sue uite, recipit autem filius a patre esse et nutrire esse, propterea debet eis honorem et reuerentiam eccl. 7o honora patrem tuum et gemitus matris tue ne obliuiscaris, memento quia nisi per illos non fuisses et nutrimentum, ideo debet eis honorem beneficentie, cum enim filius sit quedam possessio patris, nisi fructum ei redderet deterior esset possessione insensibili fructuosa, et disciplinam ideo debet eis honorem obedientie ad Coloss. 3o filii obedite parentibus per omnia, prouerbiorum 3o audi fili mi disciplinam patris tui et ne dimittas legem matris tue. Non occides, uide ca. 96. p. 2a. Non mecaberis, uide ca. 96 p. 3o. Non furtum facies, in quo prohibetur omnis contractatio rei aliene, inuito dno sine occulta sine publica sit. Non loquaris contra proximum falsum testimonium, aut hoc prohibetur omne mendacium, quid enim mendacium nisi falsum testimonium, ps. de summo bono. falsus testis tribus est personis obnoxius, primo deo cuius presentiam contemnit, consequenter iudici quem mentiendo fallit, postremo innocenti quem falso testimonio ledit. // 15ª p6. de 9o et 10o.

Non concupisces rem proximi tui, de nullo preceptis alio uetito in preceptis prohibetur concupiscentia seorsum ab actu, ubique intelligi debeat ca. 96. p. 7o, nisi in rapina et mechia, ratio est quia post Adae peccatum pronus sunt sensus hominis in malum rapine maxime et mechie ut possit delectabilius uiuere. Pro nono madato subditur: non concupisces uxorem proximi tui. Pro decimo: non demum non agrum, quantum ad stabilia, non agrum non bouem non sumum etc., quantum ad mobilia. Et aut concupiscentia caminis fluida sicut aqua, et concupiscentia oculorum sicut terra, nil preterea desideras que nascuntur de terra, sicut aut ex hiis duobus elementis fit lutum fetorem habens et odium pariens, sic ex ista duplici concupiscentia cenosi fetor et odibilitas in conspectu dei gignitur. // 16ª p6. de primo ascensu moysi in montem

Hoc facto ascendit moyses et Aaron, Nadab et Abiu et 70 de senioribus usque ad terminos montis, exo. 24. Josue autem usque ad planiciem montis ascendit. moyses autem ingressus medium nebule et uocauit eum dominus die 7o et fuit cum domino 40 diebus et 40 noctibus non manducans neque bibens, et docuit eum dominus de tabernaculo construendo, et de archa et de duplici altari, et de uasis et utensilibus templi, de uestibus quoque sacerdotum, uocauitque dominus huiusmodi operis summos artifices beseel filium ur de tribu Jude et ooliab de tribu dan, acceptisque moyses duas tabulas digito dei descriptas elegitque deus aaron in sacerdotem exo. 28 et iussit consecrari. / 17ª p6. de uitulo aureo et prece moysi ac duabus tabulis

Uidensque autem populus quod mora faceret moyses, petiit ab Aaron deos qui eos precederet et resistentes sputis suffocauerunt. Aaron autem petiit inaures filiorum et uxorum ut uel sic eos prede retraheret, ex quibus formatus est uitulus forte quod et ipsi bene seraphis adorauerat, tunc ait dominus moysi: descende, peccauit populus. moyses hoc comperto fregit tabulas et comminuto uitulo, et puluere sparso in aqua, dedit ex ea potui filiis israel et eo remanente super barbas auctorum scelerum, hoc signo cogniti interfecti sunt uiro 3000, uel secundum alia translatione 23. Ascendit uero moyses deprecari ut hec noxa populo dimittatur, et populus luges deposuit ornamenta exo. 33. et moyses amouit tabernaculum quod fuerat ad radicem montis et posuit illud ex opposito extra castra egrediebaturque moyses ad illum, et plebs stabat in foribus tabernaculorum suorum, descendente columna nubis et remanente ibi tunc loquebatur deus moysi facie ad faciem idest manifeste, orauitque iterum et impetrauit ut ipse dominus esset dux itineris, et et uidet posteriora domini i. cognitionem habet sitem cognitioni que fit a tergo. Tunc moyses precidit duas tabulas et nocte ascendit montem et scripsit decalogum auctor deo, fuitque cum domino 40 diebus ieiunus, rediens autem posuit uelamen super faciem suam propter radios stratem ex consortio dei exo. 34, unde adhuc eidem populo uelata manet eius scriptura. denunciauit autem inter alia moyses ueniam datam deo, solemnizauerunt in crastino pro dicta uenia, et erat decimus dies septimi mensis et dicta est dies illa festum propiciationis. // 18ª p6. de constructione tabernaculi, maria et pharaa se.

Tunc moyses precepit offerre pro constructione tabernaculo exo. 35, anno autem primo secundi anni, prima die mensis, erexit moyses tabernaculum exo. 40. Secundo autem mense elevata est nubes num. 10, ad motum mouebatur populus 20 die mensis nec quieuit per 3 dies, et uenerunt in solitudine pharan, est autem solitudo magna quam saraceni inhabitant et fuerunt ibi per annum uel circa, ortum est autem murmur populi contra dominum propter laborem et accensus est ignis in ira domini qui deuorauit extrema castrorum, cessauitque ad precem moysi. Murmurauit postea populus memor olei carnium et repatu et prouisus, uocatusque est locus sepulcra concupiscentie num. 11. / decimanona p6. de lepra maria, et duodecim exploratoribus

Inde egressi uenerunt in aseroth, ibique murmurati sunt maria et aaron contra moysen propter uxorem eius ethyopissam quia eam uxorem duxerat, uel ducta dimiserat, uel forte sephora rixata fuerat cum maria, madianite enim quondam uocati sunt ethyopes, quia confines sunt ethyopibus. pat. 21. maria ergo quia se moysi parificauit percussa est lepra Num. 12. Inde etiam egressi fixerunt tentoria in deserto pharan, misit 12 exploratores num. 12, territi uero ab exploratoribus plorat populus, et minatur illis terre habitationem preter Josue et caleph et facit eos redire in desertum in penam eorum.

20ª pars de lapidatione colligentis ligna in sabato, et seditione chore, et datan et Abiron, ...

Quidaz ligna colegit in sabato qui consulto dño lapidatus est nu͞m 15. preceptumqz dixit ut per angulos palliorum fimbrias poneret iacintinas ob memoriaz continuaz preceptorum dei/ etiaz minorum quibus pharisei addiderunt spinas ℭ Chore quoqz inuidens moysi et aaron cu͞m complices secu͞m habuit 250. de leuitis/ quos dignos sacerdotio iudicabat/ Datanqz quoqz et Abiron peccatores rubenitarum quibus primatu͞m ipsi debere dicebat/ leuitis aut͞ nisi moysi thuribula tenentibus/ sicut cum aaron egressus est ignis de thuribulis uoraunitqz eos aaron illeso manente/ Datan uero et abiron absorti sunt nu͞m 16. de quo turbatum ipsis sed igne celesti comburuntur donec aaron posuit se inter mortuos et uiuentes/ Tulit aut͞ Eleazar thuribula propter dño et produxit in lamminas/ et formas tornulas affixit altari eneo ad commonendum filios israel ne quis accederet ad offerendum incensum nisi de semine Aaron// 21ª pars de uirga Aaron et morte

Adhuc tumultuantibus sup͞ sacerdotio Aaron// Marie ne forte elegerit dñs de tribu alia sacerdotez/ uel etiaz de quatuor unuz/ Precepit moysi singulas tribus afferre singulas uirgas/ uniqz afferre pro omnibus et posuit eas in tabernaculo/ subscribens cuius cuius foret/ In crastino aute͞ inuenit germinasse solaz uirgaz Aaron/ iussitqz eaz duci in archa scruari nu͞m 17º. fueruntqz filij israel longo tempore in solitudine et multo tempore steterunt in cades barne/ et diu circuierunt montez seyr et redierunt fere ad mare rubru͞m/ et prostrata sunt cadauera eorum in desertum/ tandem post multos labores et annos 38. redierunt in cades unde miserat exploratores/ q est in deserto syn/ nec est illo desertum quod ponitur in viij.ª mansione primi anni secundum te/ quia et alijs licteris scribitur et est pars pharan ut quidaz uolunt/ In fine igitur 39 anni a finibus synay uenerunt in cades/ Fecerunt ergo filij israel 40º anno mense uno in deserto syn/ et mansiones in cades et in tribus annis fecerunt 22 mansiones ℭ Anno 40 ab exitu de egypto mortua e maria soror moysi et sepulta in terraz syn/ transactisqz 30 diebus fletu moyses purgauit ipsos cum cineribus uitule ruffe et prosequitur hic Josephus ordinez cineris quez dñs decima die septimi mensis fieri precepit nec mirum quia pascha non celebrasse leguntur// 22ª pars de aqua contradictionis/ et circuitu ydumee/ et morte Aaron/

Deinde deficiente aqua factaqz seditione contra moysez et aaron percussa petra egresse sunt aque et qz diffidebant moyses et Aaron ait dñs/ qz non credidistis ipsi non introducetis in terra eorum per textuz non habetur qz diffiderunt nisi forte in sensu negatiuo dixerint/ numquid de petra hac poterimus uobis aquaz eicere hec est aqua contradictionis nu͞m 20 ℭ Misit autez Moyses nuntios ad rege͞ Edom dicens/ frater tuus Jacob obsecrat ut transeat per terram tuam ille obuiauit in manu forti unde israel circuiuit ydumeaz incedens per desertuz arabie/ et pertransiens archam metropolim arabum que nunc petra dicitur. Venit ad montez Or ubi loquutus e dñs moysi ut peregat aaron ad populum suum ℭ Ascendit igitur moyses et aaron in montem or/ ex precepto dñi/ ibi coram oībus populo/ nudauit aaron stola pontificali/ et induit eleazarum/ et mortuus e aaron in monte or/ ibiqz pugnauit cananeus qui habitabat in meridie contra israel/ et preualuit deinde facto uoto preualuit israel Nu͞m 21/ 23ª ps de ignitis serpentibus et uictoria contra reges Seon et Og/

Inde profecti uenerunt in Salmona nu͞m 33. et propter circuitu͞z terre Edom/ qui noluit euz transire per fines suos tede erat via breuior murmurauerunt contra moysen propter quod missi sunt in eos serpentes igniti sic dicti ab affectu et per serpentez suspensum liberatione nu͞m 21. ℭ Inde israel misit nuncios suos ad Seon rege Amorreorum pro transitu/ quem concedere noluit/ sed processit cum exercitu contra euz qui percussus e in ore gladij Seon aut͞ occisus e et tulit israel omnes ciuitates eius ab arnon usqz Jacob/ inter quas caput regni erat esebon/

Et habitauit in eis/ et est terra inter tria flumina sita/ arnon fluit a meridie Jacob a septentrione qui in Jordane descendit Jordanis ab occidente ℭ Cu͞m aut͞ transiret israel fluuium Jacob et ascendit per uiaz basan occurrit ei Og rex basan et percussit eu͞m cum populo/ profecti filij israel castra metati sunt in campestribus moab/ 24ª ps qualiter balaac rex moab conduxit balaam ariolum contra israel/ et initiatio e belphegor

Uidens aut͞ balach rex moab q contigerat/ asciuit seniores madian q tempore regno eius erat/ consuluit/ eorum consilio accersiuit balaam ariolum ut eius exercitationibus posset contra eos comminari/ audierat enim quod magis oracionibus quam armis uinceret/ et prius balaam consulto dño suo i. demone audiuit se non posse maledicere/ cui dñs benedixit ca. 22. deinde in itinere forte mutauit propositum quia postquam azina locuta est sibi/ quod monstrum non expauit/ monstris assuetus/ ab angelo territus e/ postremo constitutus sup͞ excelsa montis fasga unde extrema pars populi uidebatur distabat ab exercitu stadijs 60. edificatis prius septem aris/ et vij uitulis et totidez arietibus oblatis/ de israel dixit quomodo maledicaz populo cui dñs benedixit/ habitabit solus inter gentes et non reputabitur idest singularis erit pre omnibus et inimabilis/ Constitutus balach duxit euz ad excelsum montis fasga/ unde partez altam populi uidere posset/ et 2º ait non e prodictio in Jacob/ dñs deus eius cum eo surget ut leo/ et non accubabit donec deuoret predaz/ idest terraz cananeorum/ postea ductus e sup͞ montez phegor/ a quo uocant deum suum beelfegor/ et tertio dixit/ hec dicit homo cuius obturatus e oculus auditor sermonum dei/ qui sciuit in somnis hac reuelationem habuit/ quam pulcra tabernacula tua Jacob tolletur propter agag rex eius idest saul/ et iterum ait orietur stella ex Jacob ca. 23. et consurget uirga idest maria ex israel et percutiet duces moab et uastabit omnes filios Seth idest totum genus humanum Seth enim fuit pater noe/ cum aut͞ balaam male faceret balach iniquum dedit consilium ut faceret decoras uirgines uenalia portare israel/ et alectos concupiscentia ad ydolatriam prouocaret/ sicut initiatum idest consequuti e israel beelphegor ydola madianitarum nu͞m 25. Iratus aut͞ dñs fecit suspendi principes synagoge quia forte non correxerat uel principes uocat auctores sceleris/ dixitqz moyses ad iudices israel ut occidat unusquisqz proximos suos qui initiati sunt beelphegor/ tunc Phinees ebraeum transfodit cum filia unius potentis madianite et cessauit plaga in qua mortui sunt 24 milia/ mandauitqz dñs ut percuteret madianitas/ post hoc fecit dñs secundaz numeracionem populi/ et iussit ut in terre diuisione pluribus maiorez pars daretur nu͞m 26º. quod de diuisione idest tribus intelligendum e/ Naz tribubus terra secundum sortes data e Jos 18º. / 25ª ps de libamentis

Libamen ut libamentum sine// et iugi sacrificio quo non offerebatur hostia erat simila oleo conspersa et uinum ℭ Iuge aut͞ sacrificium fiebat de sumptu publico mane offerebatur agnus agniculus ut tota die cremaretur/ similiter fiebat in uesperis ca. 28. et dicebatur melius et pinguius quam priuatorum sunt offerebatur ut forte qz figurabat morte dñi uespertinaz

Sabbatum/ 26ª ps de sabbato et Neomenia

Duo habebat priuilegia quia nec cibu͞m parare licebat/ nec ultra mille passus ire/ ea die preter iuge sacrificium offerebantur duo agni immaculati ℭ Neomenia dicitur innouatio lune/ tunc offerebantur uitulos duos arietem unum agnos agniculos septem/ yrcum quoqz pro delectione peccati in holocaustum dicitur aut͞ proprie holocaustum quod totum incenditur/ 27ª ps de phase et penthecosten/

Quartadecima aute 14· primi mensis ad uesperaz comedebant agnum paschalez et nouella dicebatur phase idest transitus dñi/ siue quia angelus transiuit domos egiptiorum interficiendo primogenita/ siue quia transiit domos ebreorum uel eis nocens/ siue quia transiuit ab egipto ad terram promissionis/ eadez dies dicebatur pascha idest phase idest immolatio/ sequenti die inchoabant festum azimorum et protendebantur per vij dies/ quorum primus et ultimus solennis erat et feriati ab omni ope seruili

Ezo· Leui· Nu͞m· deut·
·69· p· 8·
p· 21·
p· 31·
Sacerdos in eladem dominum ipsis 18 p· 1·
28· p· 2·
29· p· 1·
·28· p· 2·
28· p· 2·
Mira
Mioz
Ezo· Leui· Nu͞m· deut·
1xh· p· 3·
Ezo· Leui· Nu͞m· deut·
unde i linens u thare
p· 29·
·29· p· 2·
Sacerdotis zelus
Ezo· Leui· Nu͞m· deut·
·17· p· 2·
·127· p· 1·

Addit autem exo. ut 16° die torreret igni spicas recentes et grana manibus affricata in modum farris fracti et offerret assarium unum cum pugillum uel dragmam adolebat sacerdos super ex altare reliquum eius erat. ¶ Pentecoster erat quinquagesimus dies a prima die azimorum qui celebrabatur in memoria legis date dicebatur etiam festum ebdomadarum quia supputatis septem ebdomadis a die azimorum celebrabatur. et nota quod quinquagesimus sic inuenitur phase cum Penthecoste et inter medijs 8° iubilenga anus et quinquagesimus sic inchoemus numerare a preterito iubileo sed tamen cum septem ebdomadas annorum inueniamus sic dicitur leu. 25. non debemus incipere a precedente iubileo sed ab anno sequente ut sit 7 septie ebdomade alias 49 esset festiuus quia septimus et quinquagesimus quia iubileus dicebatur etiam festum primitiuorum quia tunc offerebatur duo panes duorum assariorum de nouis frugibus erat autem et hoc festum septem dierum quibus offerebantur eedem hostie que et in neomenia. 28. pa. de fest. tubarum

Festum clangoris siue tubarum erat in propiciationis neomenia septembris in memoria liberationis ysaac qua die preter iuge sacrificium et hostias neomenie offerebatur in holocaustum uitulus unus agni agniculi septem yrchus unus pro peccato ¶ Festum propiciationis fiebat decima die septembris ca. 29. eadem die ieiunabat etiam puer sextus usque ad uesperam in memoria mortuorum unde et dies afflictionis dicebatur. dicebatur etiam dies expiationis quia ea die expiabatur totum tabernaculum et altaria. ea enim die leu. 16° tollebat sacerdos de precio uitulam rufam sumebatque in uniuersa multitudine duos yrchos pro peccato et arietem in holocaustum cumque lauerat se et indutus erat lineis tantum secundum cultum minorum sacerdotum oblatis uno ariete et 7 agnis agniculis facta oratione pro se et domo sua statuebat duos yrchos in hostio tabernaculi mittebatque sortem super utrumque qua sciretur quis esset domini et quis populi. Cuius sors exibat domino offerebat illum pro peccato populi et forte hic dicebatur pro peccato proprie. cuius uero sors exibat populo reseruabat uiuentem ymmolabatque uitulam pro peccato suo et domus sue tollebatque de sanguine yrci et uitule et thuribulum plenum prunis sinumque implens thymiamatis intrabat intra uelum idest sancta sanctorum tantumque imponebat thymiamatis ut nebula operiret oraculum ne forte uisa maiestate domini moreretur aspergebatque septies digito de sanguine coram propiciatorio ad orientem totiens etiam aspergebat pauimentum in sanctis fundebatque de sanguine super cornua altaris aurea et aspergebat septies digito. sicque erat cum eo in tabernaculo cum populum expiabat. non quod dicitur sacerdos egredi de oraculo ad altare et sic erat ex. et in hoc concordat Iosephus. Io. et beda et omnes de hoc loquentes preter aug.^{us} qui ponit illud intra post hanc expiationem exibat sacerdos ad yrcum uiuentem ponensque utramque manum super caput eius confitebatur generaliter omnes iniquitates filiorum israel et mittens ea in caput eius mittebat eum ad desertum per hominem ad hoc paratum qui quia mittebatur non rediturus dicebatur emissarius. cum autem eduxisset pontifex hominem preco extra castra redibat ad tabernaculum testimonii depositisque uestibus lineis lauabat carnem suam in loco sancto et induebatur pontificalibus et offerebat arietem in holocaustum et adipes uitule et yrci pro peccato renesque cum renunculis. uitulum autem et yrcum de quorum sanguine facta erat expiatio ferebat extra castra et comburebantur igni tam carnes quam pelles. proiciebatque sacerdos in ignem quem mutatis prius uestibus propriisque resumptis accipiebat quoque lignum cedrinum ysopum et coccum bis tinctum et tunc rediens lotis uestibus et corpore intrabat castra et inmundus erat usque ad uesperam. et hijs circumcisus fiebat aqua aspersionis qua per totum annum purificabantur inmundi et sciendum aliquos potare suam per multos annos. 29.^{a} pa. de xenofegia et qualiter talia sacrificia

Xenofegia idest fictio tabernaculorum instituit deus celebrabatur xv. die eiusdem mensis in memoriam quod habitauerunt in tabernaculis in deserto 40 annis. protellabatur autem 7 diebus solemnitas. primo die offerebatur in holocaustum uituli 12 arietes duo agni agniculi 14 et yrcus pro peccato eadem oblatio arietum agnorum et yrci fiebat singulis diebus sequentibus de uitulis autem subtrahebatur omni die unus. In secunda enim offerebatur xij. In tertia xj etc. sic erant uituli 70 cum sequenti. forte in memoria quod israel intrauit in egiptum in animabus 70 ¶ Octaua etiam dies erat solemnis in qua faciebat collectam forte in usus pauperum uel alios communes usus et offerebatur uitulus unus aries unus agni agniculi septem ¶ tradunt etiam quatuor diebus medijs inter decima die et 15^{tam} ebreos obseruasse ieiunia. ¶ Nota etiam quod hee quinque solemnitates solum dicebantur legales quia a lege institute. alias autem solemnitates propter uarios euentus instituerunt ebrei ut Enzenia et purim idest festum ester. ¶ preterea sciendum quod sabbata occurrentes in tres solemnitates dicebantur magna uel sabbatum sabbatorum. ¶ postremo aduertendum quod secundum crisostomum super ad hebreos huiusmodi sacrificia et baptismata de ritu gentium originem traxerunt sed in seruitores deus ob deceptorum salutem per ea ipse coli passus est per que demones coluerunt aliquantum illa in melius flectens donec a consuetudine sua cuius anima ligati erat eos paulatim reuocaret ad altiorem phylosophiam ¶ Item quia per hoc promissorum ueritas figurabatur aduemente ueritate cognitione cessauerunt sicut tenebre aduemente luce. C. 30.^{a} pars de sacrificio in generali

Hostium enim sacrificium fiebat de animalibus uolatilibus que contemplatiuos significat et sunt in triplici differentia quia uel est turtur designans solitarios uel columba designans conuentuales uel passer designans seculares ¶ aut fiebat de animalibus terrestribus actiuos figurantibus et sunt similiter in triplici differentia quia uel est agnus in conseruando innocentiam uel edus per primam corrigendo lacrimas ut impleatur illud exo. 12. secundum quem utrumque tollentis et edum. et yrcus passus est in silitudinem carnis peccati uel bos meritorum exercitij laboris ¶ Aut de terre nascentibus que interiores motus figurat et sunt similiter in triplici differentia quia uel est oleum misericordie compassionum ad egenos uel uinum leticie quia ylarem datorem diligit deus. uel frumentum caritatis ad inimicos et istud offertur tripliciter uel in spicis caritatis fraterne. nam caritas congregat ad modum spice uel in simila caritatis diuine que melior est frumenta sicut simila spica. uel in pasta conglutinata proprie caritatis et hec copias tripliciter uel instar uirginum in clibano clauso uel instar confessorum in sartagine feruentis desiderij uel instar laurentij et martirum in craticula super prunas ¶ Vel aliter sacrificium fiebat aut de animalibus et hoc proprie et stricte sacrificium uocabatur nec offerri poterat ante octauum natiuitatis diem nec eadem die cum matre ¶ aut de sicca materia ut simila et thure et proprie appellabatur oblatio ¶ aut de liquidis ut uino et oleo et proprie dicebatur libatio uel libamen scriptura tamen nimium frequenter sumit pro alio. et in nullo sacrificio deerat sal ¶ uel autem et fermentum numquam offerebatur domino primitie tantum eorum offerebatur suo tempore sacerdoti ¶ Vel aliter sacrificiorum aliud dicitur holocaustum quia totum incendebatur et fiebat uel de pecudibus et tunc primo offerebatur ad hostium tabernaculi propter quod hostia appellabatur gentiles tamen sic uocabant a uincendis hostibus et uictima a uictis. sed iudei a uincendo quia uincta hostia ducebatur et ponat sacerdos lotas manus super caput hostie et ducebat eam ad altare sacrificiorum et stans ab aquilone ymmolabat illam uersus sancta fundebatque sanguinem circa crepidinem altaris et detracta pelle artus concidebat in frusta quibus lotis cum pedibus et intestinis adolebat omnia

f. 28. — Exo. Leui. Deutero. Num. — f. 17. — f. 30. — Exo. Leui. Num. Deutero. — 19. f. 28. — 20. f. 5 — de leuitico — Exo. Leui. Num. Deutero. — 17. f. 3. Deutero — 2. — 3. — qd sacrificium — qd oblatio — qd libamen — qd holocaustum — qd hostia uictima — uictima unde dicitur — 28. f. 1.

Super altare in holocaustum. ¶ Quod fiebat de avibus hoc
sacerdos frangebat collum avis et retorto capite sub
acela longue [illegible] collum ubi fractum erat impebat et
fuso sanguine circa crepidinem altaris vesiculam gutturis
et plumam reiciebat ad orientem ubi cineres condebantur
consumatumque avis in ignem adolebat super altare. ¶ Holo-
causta autem non voluntarie sed necessitate oblata, etiam cum
pelle et fimo incendebatur. / Alia autem sacrificia dice-
batur pacifica. Versus super utrumque sacrificium. Versus
Cum mundum fugiunt bona sola sequantur in arce cordis,
se mactat sunt holocausta dei si hostia sunt pars quos
non amor extorquet metus adimplemus sed ovat parentum
cavenda cavet. ¶ Hec autem secunda sacrificia alia distinguunt
ut quedam dicantur salutaria, quia pro salute obtenta aut
conservanda offeruntur, quedam pacifica quia oblata pro
pace ad deum vel ad homines vel quia ad modum pacis fie-
bant, cum sua pars deo sua sacerdoti sua offerenti serva-
batur. ¶ Erat et hostia pro peccato vel sacerdotis et offere-
bat vitulum vel sinagoge et similiter offerebat
vitulum, vel principis vel chiliarchi vel tribuni et offerebat
capram, / peccatum autem dicebatur cum faciebant non facienda / Igno-
rantia cum facienda non faciebant / ¶ Panes autem pro salute vel
pace offerebat similam fundens super eam oleum et cum thus
quod totum cum pugillo sumpte adolebat super altare. / 31a

P recepit et inde dominus ut / ps. de morte moysi
vindictam faceret de madianitis, cum quibus et post-
ea preda divisa, et occupata quoque terra dedit
ruben et gad et dimidie tribui manasse [illegible]
sumptis moyses manum super Josue coram eleazaro et cuncto
populo et deuteronomium in archa levitis ut custodirent
tur [illegible] quoque singulis tribubus data
[illegible] ascendit per montem abarim super
iusto [illegible] falsga
et ostendit ei deus terram promissionis / ¶ Mortuusque est moy-
ses itaque deuteronomii ultimo ergo non raptus sed mortuus est ergo non
dampnatus eternaliter propter aquas contradictionis, / in etate an-
norum 120 / et non cognovit homo sepulcrum eius, ne mortuum
iudei pro deo colerent. Videtur autem Je. aliquid tangere de
raptu eius, super amos / edificat inquit in celo ascensionem
ascendit enim elya ascendit enim enoch ascendit enim moyses
tamen sepulture locus inveniri non potuit quia transtulit
illum deus. / 32a ps. de emergentibus illius temporis

Q Uum decimus in rubro appareret moyses / perseus de gre-
cia in asiam navibus evectus barbaras gentes
domuit / et a suo nomine provinciam illam persiam
nominavit ¶ Cum vero plaga decima in egipto ageretur, da-
naus habens 50 filias dedit eas in uxores 50 filiis egipti
fratris sui, precipiens singulis filiabus ut eos post ebrietatem vini
sopitos occiderent, timebat enim per nepotes de regno expelli,
sic omnes filios fratris sui egipti una nocte peremit / et confugit
ad argos a rege autem stenelo susceptus est sed pressis temporibus
infideliter benefactorem regno expulit et regnavit,
danaisque nomen dedit cuius perfidia sic notata ut inde
exiret proverbium, timeo danaos et dona ferentes / tali-
bi accipe nunc insidias danaum et crimine ab uno disce omnes
ait virgilius ¶ quosdam etiam egiptiorum timentes futuram
egiptum inde exisse aiunt ut cecropem in grecia et ibi [illegible]
distrasse vel renovasse athenas que postea athene dicta
est, cathalogus tamen regum atheniensium in fallat oste-
dit eum inchoasse tempore statutum / et Aug. 18 de civitate dei
ca. 8. dicit quod eo regnante moyses eduxit populum, Cecrops
dictus est autem difies quod sonat duplex homo duplex ut pro-

pter longitudinem ut propter magnitudinem corporis vel quia
¶ et dyonisius bachum qui argos condidit et usum vinee
grecis dedit ¶ In thesalia sub deucalione fuit diluvium
parnasium enim mons thesalie iuxta boetia inter athe-
nienses et thebanos vertice in celum erectus in duo finditur
iuga que a duobus fabulis citeron et eliton denominati sunt
et a poetis dicuntur vatum musarum ¶ Tempore moysi et amphi-
trionis aquarum diluvies maiorem partem thesalie absorbuit
paucis per diffugia montium liberatis maxime in monte par-
naso in cuius circuitu deucalion regnabat / qui ratibus ad
se fugientes premia parnasi iuga aluit / Ideo fabule
ab eo reparatum hominum genus ex lapidibus ferunt et incen-
dium sub phetonte ¶ Lacedemon filius semel lacedemoniam
condidit. Ianitus(?) totam lesbum epidaurus condidit ¶ Serapheus(?)
ysidis ex elena filius quidam autem eam in egipto regina
te incerti condidit ubi cartaze ... primo inventus est
¶ Cathmus thebas condidit unde thebei et thebani dicuntur
sed sathin aliam non edificavit idem in boetia. Dicta est autem
boetia, quia dum chadmus precepto patris agenoris europam
sororem a iove raptam quereret nec inveniret,
patris iram formidans elegit exilium et sedem elegit con-
secte bovis se quitum vestigia ¶ Alea lusoria ab aleo
inventa est in belgi civitate, a qua belgica galia denominata est
Ablativus casus a latinis inventus est / ¶ Iupiter invito
cecropit(?) athenas ubi primum uxor eius volens regnavit vel
versus / Ipsa per leges scripsit quas iupiter edit ¶
propterea sicut apud danaos et caules apud siculos
sic aptatur humano, cetera vide super p. 8. / 17m

ca. m de Josue et sibi contemporaneis / cuius pa. ps. de transitu Jordanis

I Osue et vesu nave pater eius dictus est nave
loquente sibi domino primo emisit duos explo-
ratores in petrino de sechym qui se simulatores
statuitans considerantes urbem et civitatem describere aut
dicitaverunt in domum raab quinte erat muro contigue
civitatis ubi dum quererentur absconsi fuerunt et sub certa
promissione incolumes dimissi sunt 2a ca° / post septem
autem dies Jordanis plus solito tumescentem sicut pedibus
cum deo populo transivit / 12 lapides de alveo in siccum tulit
alios duodecim de sicco in alveum reportans ca. 3. ad tante
rei memoriam / 2a ps & eius variis victoriis /

P Ost circumcisionem in galgal renovatam 5 ca°
que omissa fuerat in deserto ne circumcisi in
fantes incedentes ad motum nubis perirent / ut ho-
rum fuit bis circumcisus mansit ibi populus donec sanarentur
fecerunt autem fase 14 die ad vesperam quod facti bis fu-
erat factum, p° in finibus egipti circa ramesse / 2° ad
radices montis syna, secundo anno egressionis de egypto / et
comederunt de frugibus terre illius die altera, cessavitque de-
fere manna / eadem nocte Josue cum esset in agro ierico
ad explorandum, vidit virum stantem evaginato gladio
et ait illi noster es, an adversariorum, qui ait princeps sum
exercitus domini, et docuit eum modum capiendi urbem
Circuierunt enim urbem sub silentio, primo die armatorum
clangentibus septem sacerdotibus ante archam eamque precedente
armato exercitu et reliquum vulgus sequebatur eam sic
Ierico clangentibus sacerdotibus tubis 7 diebus et vii° sep-
ties, cuntibus muris destrueretur et imprecatus est Josue
maledictus vir qui edificaverit Ierico quod completum est
in° 3 Reg. 1. ¶ Achor qui de anathemate regulam auream
tulerat et clamidem coccineam propter quod deus in Ay 36.
viros occiderat lapidavit 7° ca° ¶ Civitatem Ay per insi-
dias invadit 8° ca ¶ Gabaonitas in suos lignarios et

Marginalia: pacifica salutaria · q. hostia pro peccato · pro ignorantia · 17 p. 5 · Deutero · 17 p. 5 · 7. 7. · p. 20. · 19. 7. · 17 p. 5 · In a° 11 thesalia · diluvium 3m · 23 p. 1 · 29 p. 29 · 17 p. 5 · 17 p. 5 · 17 p. 5 · 28 p. · 2 Reg. 26 · p. 2. · 6 p. 1 · P. Josue · 18 p. 1 · Josue · 16 p. 8 · belladi modi docet

agnatiōs recepit 9º ca. ¶ V. reges qui obsederant gabaon p̄ducto spacio diei sole et luna stantibus pereunt 10º ca. ¶ Vincuntur aut ceteri reges 11 et 12º ca. ¶ Post annos 14 traiecerat et transtulit Josue locum de Jericho in Sylo cum tabernaculo / inde precepit in sychem cum omni populo / et fecit in monte Hebal altare dno et obtulit olocausta / posuitque medietatem populi cum sacerdotibus et leuitis in monte Hebal / et aliam medietate conformiter in monte garizim et clamauerunt sibi benedictiones et maledictiones sicut mandauerat moyses / et redierunt postea in sylo quod in octauo ca. p anticipationem dictum est / 3ª p̄s. de diuisione terre cit. Jordanem / et puisione facta leuitis

Hebron datur caleph 14º ca. quia confidit in dno cor eius / quando sui socij exploratores dissoluerunt timore corpora populi / et diuisa terra 13º ca. ¶ Describitur terra iuda 14 ca. / ibique deleuit caleph tres filios enach in ebron / pmisitque axam filiam suam percucienti cariath sepher / cepitque eam ottoniel frater eius iunior accitumque axe a parente terra suspirans irriguum superius et irriguum inferius gregorius in registro / Irriguum superius accipit anima cum se lacrimis regni celestis desiderio affligit / Irriguum uero inferius cum inferni supplicia flendo pertimescit ¶ Describitur post terra effraym 16 ca. ¶ Deinde terra manasses 17º ca. et 18º / congregatique filij israel in sylo et mittuntur qui residuam terram diuidant septem residuis tribubus / prima aut sors fuit beniamin et describitur eius terra / 2ª symeon et describitur eius terra 3ª zabulon / 4ª ysachar / 5ª aser 6ª neptalim 7ª dan 19º ca. ¶ Ibique accepit Josue possessionem in monte effraym in tribu sua quod habuit montana ad aquilonem / Jude autem montana ad meridiem inter quos positus est manasses ¶ Deinde tribus leuitica petit sibi puideri secundum mandatum dni et de quatuor tribubus assignantur aliquae ciuitates 21 ca. fuerunt aut ciuitates 48 cum uiculis suis diuise per familias leuitarum / 4ª p̄s de reditu duarum tribuum et morte Josue

Josue autem pacem habens in circuitu remittit ad propria rubenitas / gaditas et dimidiam tribum manasse / Cumque illi altare edificassent mire magnitudinis / mittuntur legati qui eos prevaricatores redarguant / Dixerunt illi / factum id esse ad testimonium pro filijs suis et non ad sacrificandum 22º ca. / ¶ Ultimo ca. dat Josue populo optionem an uelit sequi dnm / quo annuente / auferte ergo ait deos alienos de medio uestrum / percussitque fedus inter deum et populum / et dimisit singulos in domos suas / mortuusque est Josue cum esset 110 annorum / 40 annorum erat cum accessit ad moysen et 40 annis fuerunt sibi / unde colligitur quod 26 annis rexit israel / 5ta p̄s. de incidentibus illius temporis

Nunc erictonius quadriga primus iunxit in troya dictante versu / Primus erictonius currus et quatuor ausus iungere equos rapidisque rotis insistere uictor / ¶ Tunc fuit filius hermetis trimegisti fuisse dignoscitur / phenix et cathmus de thebis egiptiorum in syriam pfecti apud tyrum et sydonem regnauerunt / sed cathmus eunte in greciam terram a phenice phenicea dicta est / phenices quoque filie europe / iupiter mixtus est / quam postea asterius rex creten uxorem accepit et ex ea natus est minos qui postea regnauit in creta / cuius fratres fuerunt radamantus et sarpedon et boreas trax ¶ Apollo de latona nascitur non ille cuius consueuerunt oracula consuli / sed qui cum ercule seruiuit ameto ¶ Busiris neptuni filius ex pre libia filia phasi / sue diis suos hospites ymolabant ¶ Liber pater india bellatrices ferias in exercitu habuit /

que bache dicte sunt magis a furore quam uirtute / 18m ca. de Otoniel et sibi contemporaneis / 1ª p̄s de ductu uel ducatu otoniel

Post mortem Josue consulunt populus dnm per finees quis erit dux belli / dixit dominus iudas et symeon pro tribu / et ait judas symeoni / ascende mecum in sortem meam contra cananeum et ego pergam tecum in sortem tuam / non tamen symeon postea sortem propriam habuisse / sed adhesit Jude propter maledictionem Jacob in symeone et leui diuidam eos in Jacob etc. gen ultimo / ascenderunt in bezeth et percusserunt decem milia uirorum / comprehensoque adonibezeth / idest dno bezeth / adonai enim dominum sonat / preciderunt summitates manuum et pedum eius qui ait se merito hoc pati / quia 70 regibus hoc fecerat / qui colligebant reliquias ciborum sub mensa sua et ascendentes per eum percusserunt eam tradentes incendio / nec tamen potuerunt expellere Jebuseum / cepitque Judas gazam et ascalon et acharon cum finibus suis / nec potuit delere habitatores uallis / quia falcatos curribus habundabant ¶ Filijque cynei cognati moysi idest Jobab fratris sephor / qui relicto patre et patria sequitur est moysen ascenderunt de ciuitate palmarum / idest Engadi hoc loco cum filijs iude in deserto sortis eius quod ad meridiem ¶ Beniamin aut post iudam in ierusalem hic putat aliquis eam fuisse eorum nec potuit eicere yebuseum sed passus est secum manere sub tributo ¶ Ephraym quoque ascendit in bethel quae prius luza dicebatur / uidentesque quoque egredientem hominem de obsessa ciuitate dixit / ostende nobis introitum ciuitatis et faciemus tecum misericordiam / quo ostendente percusserunt ciuitatem et dimiserunt hominem / qui tradens se in terra ethym / edificauit ciuitatem et uocauit eam luzam / nec deleuit effraym Jebuseum / sed passus est habitare secum sub tributo similiter et tribus alie ob commoditatem fecerunt et transgresse sunt preceptum dni ¶ Apparuit aut angelus dni in galgala et cum conuenisset ad eum de finibus suis transtulit se ad alium locum et fecit sic eum / tunc increpauit eos angelus quod post accepta beneficia uiolassent pactum dni et quod dij quorum aras non succiderant erunt sibi in ruinam / fleuitque populus uocatumque est nomen loci illius locus flentium / 2ª p̄s.

Surrexerunt exinde alij qui / de gestis otoniel / non nouerunt dnm idest narata mirabilia non uiderant et seruierunt ydolis et traxerunt coniugia cum alienigenis et tradidit eos dns in manu cusan rasathaym regis mesopothamie et syrie / seruieruntque ei octo annis et clamauerunt ad dnm qui dedit eis othonielem liberatorem et quieuit terra 40 annis / —

Tercia p̄s. de incidentibus illius temporis

mazones bene agere / troianos suorum uindicare iniurias
et ad campum prorupit / ex aduerso uenit greca pirrus
cum gente sua · apparatus obstupuit / hunc pantasilea in-
greditur / sed gladiis mutuo ledere se conatur / pyrrus
sine equo lapsus siue prostratus a suis cito erigitur / mul-
tus ibi bellantium sanguis effunditur / et pirrus a panta-
silea uulneratus est / protelatum est bellum pluribus di-
ebus / tantus erat bellandi ardor ut necessarias inducias
negligerent / ¶ Igitur dum bella geruntur die quadam
pyrrus pantasileam obseruat / et in forti congressu amazo-
num cum grecis nacta oportunitate eam de equo iecit
et licet sua probitate et amazonum uirtute restituta pir-
rus tamen nimia potentia uallatus illam occidit et cir-
ca omnis spes troianorum periit / Amazones enim ut
reginam amiserunt / in sua confinia transferuntur priamo
uale facto / multi etiam alii principes uidentes
quia grecis non possent resistere ad propria redierunt /

Quarta pars de captione Troie

Hec considerantes Anthenor Anchises / Eneas
polidamas et ceteri nullum amplius expecta-
tes auxilium priamo dicunt / ut salubri utatur consilio
ille connocatis baronibus consulit quid agendum Antenor
ait quia iam obsessi essent in urbe defensores
hector et alii bello consumpti erant / greci uero adhuc
multam habebant potentiam menelaum Agamenonem
et pyrrum qui minor uiribus Achille patre non est / regem
Nestorem et Vlixem potentes diuitiis ac prudentia / propterea
equum ac rationabile esse uidetur ut reddatur
helena et si taliter componitur nemo poterit sugillare

ibidem

ibidem

Ad Troyam pugnatum est annis x mensibus octo diebus 12

C. 26.

Huic allocutioni plures sed non omnes concordant.
¶ Tunc Anfimacus priami filius ait tamen eligendum
omnes mori quam Anthenori consilio inherendum. ¶ Post hec
eneas temperantia usus ait illud non esse conveniens con-
sed magis de via pacis et concordie ingrediendum. ¶ Ultimo
Priamus sic prominavit, gesta preterita Anthenoris
et enee consilio acticata sunt, propterea equo iure manda-
mus tamquam subditis ut cuncti pro defensione patrie dato
signo bellorum ad regis obedientiam preparati, monuitque omnes
bene agere, et singuli ad propria redierunt. ¶ Post hec pri-
amus secreto ortatur Anfimachum ut eos necet qui talia
reddere consilia, quia vehementer suspicabatur, quod ful-
ti plurimum amicitia proderent urbem. ¶ Interim Anthe-
nor, polidamas, Ucalion, Anfidamas et dolon coferunt
et mittitur ad grecos polidamas, greci vero contractis
indempnitates promittunt, igitur exconditio ante troia-
nas valles iuxta grandem fusilem equum Anthenor et
Anchises expectant grecorum principes eisque portas
urbis aperiunt. ¶ Tunc intraverunt agamenon et pir-
rus et ceteri. Anthenor vero pyrrum ducit versus illum
concurrentes autem fortuito opidani interimuntur a
grecis. Pyrrus autem priamum ante altare Iovis repe-
riens capitis obtruncatione peremit. hecuba et polixe-
na ad templum minerve confugiunt, repertusque eneas
rogatur ut polixenam conservet, qui eam Anchisi pa-
tri tradidit conservandam. Andromaca autem cum filia
Cassandra, quam unam ex sibillis aiunt in tuerem miner-
ue tutate sunt. ¶ Facto mane Agamenon obtulit in
templo minerve, postea predam cunctis equaliter di-
visit. ¶ Post Anthenor inter grecos coronatus pro
gracias egit de libertate sua, suisque concessa, exinde
ostendit quod elenus et cassandra semper patri dissuase-
rant bellum, et quod elenus corpus Achilis iussit reddi
grecis et concessa est illis libertas, consequenter et sorori
inter hecube et andromache. ¶ Ultimo troia igne cre-
mata est. ¶ Pugnatum est ad troiam annis decem mensibus
octo diebus duodecim, recesserunt ex argivis 866
ex troianis usque ad opidum proditum 676, expost proditionem
2008. Duravit autem troia annis 184. // Quinta p. de reditu grecorum

Destructa troia greci ut repatriet
ad portum veniunt et tempestate suborta
dum mora contrahitur, pyrrus polixene me-
mor efficitur et querit Anthenorem et Agamenonem cur
non sit exhibita polixena, ille vero enee ait ut grecis
tradatur, traditam autem pirrus super loculum iugulavit
paternum, que paterne necis causa fuerat. ¶ Reddita
vero tranquillitate greci ratibus maria sulcant, Mene-
laus et helena ad regem egipti diverterunt et inde in gre-
cias pergunt, ex ceteris plurimi naufragio periere,
de quibus dyomedes et socios in volucres versos aiunt.
¶ Greci vero secundum Augustinum 18. de civitate, licet
diversis horrendis cladibus dilacerati, tamen deorum suorum
numerum auxerunt, et dyomedem fecerunt deum, quem
cum suis in volucres fuisse conversos non fabuloso poe-
ticoque mendatio sed ystorica attestatione confirmant,
quibus ut ferunt, nec deus factus reuocare humanam
naturam potuit. ¶ Templum eius aiunt in insula dyo-
media non longe a monte gargano in apulia, hoc
templum circumvolare et incolere has aliqui dicunt dyome-
des vocatas, grece erodios et secundum glo. deu. 14o
vulgariter zierfalchus aquilam rapit, et si greci illo
venerint non solum quietas verum etiam adulari. Si

C. 26.

autem alienigenas viderint subvolare ad capita
tam gravibus ictibus ut etiam perimant vulnera-
re nam duribus et grandibus rostris adhuc perhi-
bentur armare, non est autem difficile demoni-
bus persuadere volentibus dyomedem deum factum
has aves blandas grecis ostendere aliisque severas
et rostris ad templum portare aquas. 6a p. qualiter Eneas ad ytaliam pervenit

Nec quia polixenam
absconderat imperat Agamenon ut in-
de abscedat. Ille conquisitis 22 navibus
cum patre Anchise et filio ascanio et 3300 viribus
absque mulieribus siciliam applicuit ubi anchises obi-
it. ¶ Inde in ytaliam navigare satagens, in affrica
pulsus ad locum tandem pervenit ubi condita est cartago
ubi vero contracta mora monetur per sompnium placitum
fore diis, ut mox ad ytaliam transeat, erat hic viro
matus uxorem creusam diis ymolaverat, cum vero appli-
cuisset ad portum, ubi mare tiberis influit in sompnis
habuit a diis sibi terram illam concessam, et euandri qui
regnat in septem montibus utatur consilio, et hec illius
signum cum procedet suem albam cum triginta filiis albis
inveniet, ex quo eventu civitas postea ibi edificata
albanum vocatur. ¶ Cumque e navibus cum suis descen-
disset Eneas panes quibus pro incisoriis usi fuerant
comederunt quod cum primus ascanius iniciasset, ille suos
letificatur, aiens se nocturno oraculo cognovisse ibi
regnare debere, ubi incisoria comederet. ¶ Igitur in
monte penestrino se collocant, et productis fossis et
erectis munitionibus assecurati sunt et consistunt. 7a p.
qualiter Eneas latinorum regnum obtinuit

Regnabat inibi latinus et in laurente erat
sedes regni eius, hic unicam habebat filiam
Laviniam forme egregie, que a multis quesita turno
demumque rutilorum seu tuscorum regi promissa est. ¶ Eneas
autem regi latino 100 viros transmisit, qui eius condi-
tiones referant, et qualiter deorum voluntate illuc
advenerat, et inter cetera mittit clamidem regiam
et cum sceptro auream coronam quibus priamus freque-
ter usus fuerat, rex grata dona suscepit, et de illorum
adventu leticiam ostendit terram asserens optimam et
latam, et dardanum ex ipso prodisse loco primum
troianorum meminit fundatorem, addiditque licet pro-
curante regina amata Lavinia promissa sit turno
dii tamen terre id prohibent, et advene copulari mo-
nent, nullus autem enea regalior. Iubetque Centum
equos minus exhiberi et pro bello currum mirificum
transmittit enee. ¶ Hiis auditis turnus ira exarsit,
ad latinum se contulit minas intulit et urbi excidi-
um, si troianis detur Lavinia. Latinus respondit
voluntatem esse deorum. ¶ Turnus autem undique amicos
congregat et hostiliter troianos aggreditur fultus
presidio mezentii regis in tuscia et lausi filii eius
et habitantium in valle spoletana et ceterarum in
circuitu nationum. Eneas vero ad Euandrum petendum
auxilium pergit qui filius regis archadie fuerat, hic
cum sua gente concessit enee pallantem filium de quo
223. p. 6. ¶ Erat autem inter pallantem et turnum
implacabile odium. ¶ Interim duo servi ex troianis
cernentes securi et absque custodia hostes iacere, clam
ingressi multos trucidant, clamque recedunt. ¶ Accipit
autem 300 milites de laureto ad turni castrum auxilium
et eos invectos occiderunt, quorum capita turnus sup-

lanceas poni iussit et fortilicium troianorum invaditur ligneum castrum circa fortilicium troianorum crematum est. ¶ Post hec cum auxiliariis eneas rediit, pallas contra hostes gigantee virtutis mira gerebat, ipsa die eneas hostem superabat, nisi turnus pallantem prostrasset cui et abstulit preciosum anulum et auream zonam. ¶ Consequenter rex mezencius cum lauso filio enee insidiatur ad mortem, mezentius eneam in coxa percussit et ab eo graviter vulneratur, sed militum presidio liberatur. ¶ Tunc pro patris vindicta lausus milites congregat ut eneam invadat, a quo tamen post multorum seviorum stragem occiditur. mezentius quoque in mortem filii exardescens vindictam, ab enea peremptus est. ¶ Hiis gestis versus laurentum procedit turni exercitus, troiani ad suum fortilicium rediere. Venerunt autem nuncii ad eneam cum ramis olivarum orantes ut datis induciis tradant mortuos sepulture. Eneas prompte annuit asserens se propter bella gerenda venisse nequaquam, sed contra turnum bellare, equum autem foret ut cum illo singulare haberet certamen, ne ceteri inculpabiles morerentur. revertentes nuncii regi universa referunt et maledicitur in populo turnus. ¶ Post hec laurentum turnus venit, rex vero congregato consilio ait eneam affectare pacem. tunc invicem musitant consules. Dractus autem turni emulus liberius loquitur ut contra eneam singulariter pugnet. ¶ Dum talia agitantur completis induciis subito audiunt advenire aciem troianorum, tunc subita necessitate compulsi arma rapiunt, plura fuere bella et magne cedes. tandem latinus turno ait: nunc adest tempus ut enee virtutem experiar. Iam iuramenta accipiantur et pacta. ¶ Post hec turnus plorante regina amata ad locum vadit certaminis et spectante atque expectante utraque acie ex latinis in troianos incerta emissa sagitta certum vulnus inflixit. exinde fit tumultuosius egressus et plurimi cadunt. eneas autem ad turnum proclamans periuria inproperat hostem repellit et urbem invadit. fit dissensio inter menia, plures eneam recipere conantur, plures, plurimi reluctat. Inter hec regina amata, turnum absentem nec opidum deffendentem mortuum extimat et laqueo intulit sibi mortem, quo audito tristicia cunctos afficit. ¶ Turnus vero nullum cernens adesse remedium, descendit contra eneam ad singulare certamen, uterque vires experitur, neuter tamen sibi vitam servare quam adversario mortem inferre conatur, truncantur clipei insignia lacerantur. tandem post durum ac crudele duellum turnus occubuit, veniamque precatur, verum cum inspexisset eneas pallantis anulum atque zonam occisi amici memoria iracundior factus turno mortem intulit. ¶ Tunc universi ad propria rediere, latinus autem enee laviniam tradit simulque regnum, hoc observato ut in vita sua regnat, qui tamen post hec celeriter obiit. ¶ In hiis autem laborasse eneam a deserta troia annis septem aiunt et tribus regnasse.

¶ D. ps. de gestis aliorum principum troianorum

Alia multitudo troianorum sub priamo iuvene nepote regis priami ex filia, ut secundum alios ex sorore, et fratre anthenoris conquisitis navibus, in ultimo sinu adriatici maris perveniens insulas planas inter lacunas prospexit, quasi medio loco inter stagna litoraque marina habitacionum aptas et securitati tutissimas; agitato igitur consilio deliberat, tam iuvenes quam viri indignum cuique subesse, et pro tuenda libertate urbi hedificia construunt. hii veneti dicti sunt, et ab eis venetiarum provincia nomen accepit, cuius termini olim ab ungaria usque ada fluvium in lombardia, in qua erant opida egregia, Aquilegia, concordia, Altinum, tarvisium, padua, Vincencia, Verona etc. In istoria autem legitur quod dum prefati troiani hedificationi operam darent, supervenit Anthenor cum 2lxo mulieribus et pluribus comitatis, qui postquam cognitus est honorifice susceptus, edificantium propositum stupuit, et ultra progressus altinum paduamque fundavit. Anthenore autem mortuo et padue tumulato, priamus cum comitibus germaniam occupavit et ab ipso germano anthenore germania dicta est, que nunc a theutor qui est mercurius theutonizatur, a latinis vero alamania a lemano fluvio, continet lothoringiam seu brabantiam, Westfaliam, frisiam, turingiam, saxoniam, iutinam, bavariam, franconiam, carinthiam. ¶ Tercia troianorum pars duce anthenore in finitimas panonie partes transiit, et civitatem hedificans vocavit sicambriam, duosque duces sibi elegerunt, franchonem filium hectoris a quo franchos denominatos dicunt, et turgotum; ibi in gente magnum convaluerunt, et romanum solum invadentes usque in galia ferocitatis sue signa dederunt, usque ad tempora constantis cesaris. ¶ Interea vero tempore david regis quidam eorum in germaniam versus danubium profecti terram sibi magnam occupaverunt, ubi multiplicati numero et virtute inde recedentes usque ad 23 milia eorum locum commodiorem invenerunt in galia sequanam, et ibi civitatem edificaverunt et lutetiam vocaverunt propter loci lutositatem, se autem parisios ex nomine paridis et manserunt parisii in prefata urbe. ¶ Fuit autem hoc tempore Amasie regis iuda, et Iacoba regis israel. ibi autem manserunt longo tempore sine rege vel duce, sed annuos sibi creabant consules secundum consuetudinem romanorum, quibus sicut alie gentes annua persolvebant tributa. ¶ Consequenter multiplicati ipsi parisii et per territorium lutetie vicinum dispersi, plures pagos ad incolendum fecerunt quos villam in parisio ex suo nomine vocaverunt. ¶ Contingit autem tempore theodosii magni et valentiniani secundi, franchos de quibus 17 h. prius, a germanie partibus duce marcomiro per galiam venire usque lutetiam parisiorum urbem, et cognita affinitate absque bello pacifice recepti sunt et marcomiro subiecti, similiter demum permanserunt cum illo, et transacto tempore communiter parisii et franchi lutetiam pro troianorum memoria parisius precipue paridis parisius vocaverunt. ¶ Quarta troianorum pars turcum troyli filium sequta est, et illi usque in hec tempora turci vocati sunt, qui postea ex coniunctione cum romanis vel mutua habitatione turchimani dicti sunt, precipue illi qui ceteris profecti ad persie dominium obtinendum 228. p. 6. in sua ruditate absque ullo mansere principe. ¶ 27 ca.

De turchis turchomannis

¶ De sampsone et sibi contemporaneis

Sampson iudicavit israel filius manue, cuius nativitas fuit per angelum nunciata et nazareus vocatur Iud. 13. qui uxore ducta in thenapnata le. paralot 30. sodalibus de comedente exivit cibus de

forti egressa est dulcedo et fraude mulieris soluto quid dul
cius melle quid fortius leone ille respondit, si non arasetis
uitula mea non inuenissetis propositionem meam, quasi dicat
quid dolosius muliere. ¶ Cum etiam segetes hostium facolis
iunctis incendisset uulpium caudis, et cum ille maxilla mandibula
aquam prebentis occidisset ibi. ¶ portas quoque gase in mon
tem tulisset tandem dolo dalide prensis crinibus ab hostibus
excecatur et deridetur, sed uirtute cum capillis nascenti
bus redeunte prostrauit plures mortuos quam fecit in uita 16.
¶ Nota autem quia uirtute non habuit a natura, sed a deo di
cente scriptura Irruebat cum eo spiritus domini. Augustinus quam
primo de ciuitate dei ait quia non aliter sapson excusatur
quod seipsum cum hostibus ruina domus oppressit, quam quia hoc
spiritus latenter iusserat qui per illum mirabilia faciebat.
¶ Eneas mortuus quia non comparuit latini sibi deum fecerunt
secundum Augustinum 18. de ci. dei 19. ca°. Lauinia autem re
mansit grauida, timensque ne ascanius partum deleret, in sil
uis latens peperit filium uocatum siluium a silua, quo genito
ascanius reuocat cum filio matrem et iubet prope regiam mitam
ducere in laureto ¶ Sampson et hercules pares fuerunt
fortitudine et etate, et ambo fraude femine periere ¶ Sap
son a dalida opio potatus et rasus etc. ¶ hercules per uxo
rem, deyanyram tunica toxicata indutus missa per litam
hunc pro eo quod amasset iolam puellam uetustissimam, que
cera ad ignem liquefactus est, alibi dicitur quod ob comedium
doloris in flammas se iecit, tunc ascanius albanum condidit
unde reges latini albani postea dicti sunt. ¶ Pyrrus ab
oreste occiditur proditione sacerdotis machazei in templo
apollinis in delphis Valerius libro 5°. ¶ initis annis pyrri
regis qui cum audisset quosdam in conuiuio tarentino uim
honoratum parum de se sermonem habitum accersitos qui ibi
fuerant percunctabatur an de se talia dixissent. cui unus
respondit, nisi uinum nobis defecisset hec que tibi relata sunt
pre hijs que de te loquuti eramus ludus fuisset ac iocus, tam ur
bana crapule excusatio, tamque simplex ueritatis confessio ira
regis conuertit in risum quaquidem clementia et moderatione
assecutus est, ut etiam sobrij tarentini sibi gratias agerent

28. ca.m de Eli et sibi contemporaneis, cuius prima pars de

Eli iudicauit israel et forte / Boos et Ruth /
Iudex factus sacerdotium ad se transtulit a filijs
Eleazar cum esset ipse de ythamar et a dig
niori officio denominatus est, scilicet sacerdotio ¶ Eius tem
pore facta est fames de qua Ruth 1°. propter quod peregri
natus est elimelech cum uxore et filijs et tandem cum Ruth
nuru sua conuersa est, que erat moabitis quam boos de
tribu Iuda iure propinquitatis accepit ad suscitandum se
men proximo suo ut patet in Lineis. Secunda pars de ori

Hoc etiam tempore elchana / tate Samuelis
de ramathaym que in euuangelio dicitur ari
mathia uir leuita 19. aleui descendens per
carath, psura et thore primo para. 6°. et dicitur effrateus
quia ratione matris de tribu Iuda bethlee et nota quod beth
lee dicta est effrata ab uxore caleb caleph qua dicunt fuisse
mariam sororem moysi que post percussionem dicta est
effrata, idest furorem uidit hoc est experimento cognouit
uel speculum quia posita fuit alijs in exemplum. Item eff
rateus dum sumitur ab effrata scribitur per ph, ab effraym
per ff. ab effrate per eu, ¶ Ascendebat autem elchana
statutis diebus ad adorandum in sylo ducens secum duas
uxores Annam sterilem et phenenam fecundam Anna
ergo tristis egressa est ad fores tabernaculi et orauit pro
filio masculo, et flens uouit filium domino. Heli autem sedebat

ante fores ut querentes consilium paratum inuenirent et Anne
filium promisit, peperit ergo filium quem uocauit Samuel
1° Reg. p° et ablactatum obtulit in templo et 2° c° cecinit
exultauit cor meum in domino etc. et mittebat filio omni an
no tunicam paruulam qui ministrabat hely porro filij
hely erant filij belial nescientes dominum, nec officium sacerdo
tum ad populum nec corripuit eos hely seueritatem debi
ta 2° c°. uocatus autem Samuel a domino tertio in signum
triplicis dignitatis secundum Iosephum fuit enim propheta
Iudex et sacerdos, obtulit enim pro ycaboth filio fineas
nato vij mensium moriente matre pro archa domini capta
et morte uiri et cognati sui, officium prophetauit secundum
eundem anno 12°. pleno, unde et primus ponitur inter
nominatos prophetas 3° ca°. Indicauitque futura hely
qui audiens postea captam archam domini et mortem filiorum
cadens retrorsum fractis ceruicibus expirauit 4° ca°.

Tercia pars de ortu regum britanie.

Tunc siluius a quo reges albani decetero sil
uij dicebantur quem ascanius heredem reli
quit relicto paruulo suo Iulo a quo Iuliorum familia
originem traxit et nomen, filium habuit nomine bru
tum, hic matrem nascendo, patrem uenando interfecit
casu, propter quod tam exosus suis factus est, ut de yta
lia pelleretur et in loegreciam insulam grecie ad
dyanam se contulit, sicque orauit, Diua potens nemo
rum terror siluestribus apris, dic michi quas terras
nos habitare uelis, illa respondit, Brute sub oc
casu solis transgallica regna, est in occeano insula
clausa mari, hanc pete namque tibi sedes erit ista per
hennis, hec fiet natis altera troia tuis. In grecia
itaque tanta cepit probitate polere ut confluentibus ad
eum troianis captiuis, eorum dux fieret, eorumque et
fretus multitudine et armatus consilio petijt a pan
droso rege libertatem recedendi, rex autem ira permotus
uoluit eos bello conterere, sed in pugna succubuit
captusque pro sua redemptione Bruto filiam suam
dedit et auri et argenti immensa pondera, naues quoque
ultra 300 in uictualibus et necessarijs bene paratas
cum quibus brutus uariarum suis transiuit in affricam
et mauritaniam regionem peruenitque ad litora tyre
ni maris, ubi quatuor propagines ex troianis exules inue
nerunt cum duce eorum corineo quibus secum assump
tis direxerunt iter ad fines aquitanie, ubi cum gal
lis grauissimum eis ortum est bellum, presidebant
autem tunc gallis decem reges, tunc apparuit mi
randa fortitudo corinei ducis, qui tam ualidum per
cussit consulem, ut totum corpus in duas partes separaret.
Turnus uero nepos bruti et ipse fortissimus solo gla
dio 60 perimens hostium gladijs occubuit, ciuitati quoque
ubi sepultus est nomen suum reliquit ¶ Post hec au
tem bellum interceptum peragentes ad insulam albion
peruenerunt, inter galliam et yberniam sitam 800 milia
continentem in longum, in latum uero 200 que a solis
gigantibus inhabitabatur, cum quibus sepe congres
si sunt tandem obtenta insula brutus eam a suo
nomine uocauit britaniam, et hedificatam ciuita
tem uocauit troiam nouam, postea uocata est trino
uatum, postea lud nunc ludonia. Corineus partem
suam a suo nomine uocauit corineam que nunc corrup
to uocabulo cornubia dicitur, uel cornu britanie.

Capitulum de uariatione multiplici domini in britania

Mortuo autem bruto post annos 2x filius

25. f. 1
26. f. 7
28. f. 3
ibidem
28. f. 3
de dys. f. 15
25
Jud. 2809.
80.
tit. ruth
Rg.
29. f. 1
29. f. 1

primus eius Locrinus mediam possedit insulam que postea Loegria est appellata, siue Lundres gallice legas. Secundus qui Camber dicebatur accepit partem illam que Cambria dicta est et postea Gualia. Tercius cui nomen Albanactus possedit terram a quo dicta est Albania nunc dicta est Scotia, regnauit autem primus horum annis decem et postea successiue Britam usque ad tempora Iulii.
¶ Porro tempore Antonini a[illegible] iii. Instantia Britanorum regum per legatos Eleuterii pape misteria xpianitatis susceperunt, quorum licet multi sub persequtione Diocleciani deferrent, plures tamen nec uinci potuerunt morte sed ad martirii coronam prouecti sunt, Deinde postquam Maximus tirannus insulam militum presidio euacuauit, irruerunt picti ceterique barbare nationis populumque nobilem et terram uastare ceperunt, accessit huic aliud graue quia rex Vortiginus ad tutamen sui et hostium expugnationem inuitauit Saxones adhuc paganos, qui postquam aliqua strenua egissent, ceperunt tirannidem exercere aptantes usurpare dominium. quod aduertentes Britanni eos repulerunt, qui repulsi multiplicius redierunt, pacemque simulantes pene eorum principes fraudulenter occiderunt, et ad tempus preualuerunt, Iam pro auxilio miserant ad regem minoris Britanie qui eis misit Constantinum fratrem suum cum milicia et factus est rex, qui cum regnasset annis 10. reliquit tres filios, primum Constantem qui factus est monachus, Secundum aurelium Ambrosium qui ei successit in regno, qui Saxonum duces interfecit, et ciuitates eis abstulit, et reliquas fugauit, Tercium Uterpendragon qui secundo successit, ei uero successit filius eius inuictus Arturus ¶ post hoc sex reges de gente eorum regnauerunt, post quos preualentibus Anglis auxilio Affricanorum aliarumque gentium Britones monarchiam insule amiserunt et alii quidem in minorem Britaniam ubi eorum genus et nomen permanet, alii in Gualiam transfugerunt, demum cum rediret regnum obtinuerunt, sed non multo post urgente diuina ultione per famem et mortalitatem insulam alienis gentibus inuadendam dimiserunt, et ab ipso tempore Saxones idest Angli a suo nomine Angliam nominantes obtinuerunt ¶ Filii Hectoris illum receperunt auxilio Ele[n]i auunculi expulsis posteris Nestoris cum Anthenore ¶ Tunc agit Siculus prima galea fuit. (29. capitulum de Samuele et sibi contemporaneis, cuius prima pars de archa recuita)

Samuel ultimus iudicauit Israel, Philistei autem posuerunt archam in templum Dagon sublime abscissa, truncumque uero prostratum quasi archam adoraret, primo Regum 6o capitulo ciues quoque crudeli dissenteria percussi sunt, et mures copiosi corrodebant extales eorum, consilio autem sacerdotum et diuinorum remiserunt archam cum quinque annis et quinque muribus aureis pro numero ciuitatum que percusse erant, et positam super plaustrum nouum due uacce fete illud trahebant, quarum filii reclusi erant, Ibant ergo mugientes Bethsames leuite autem deposuerunt archam, uiri autem Bethsamite obtulerunt holocausta, percussit autem dominus 70 uiros de Bethsamitis de populo uero 50 milia, 6o capitulo, creduntur autem illi 70 deposuisse archam cum non essent sacerdotes alii autem percussi uidendo archam, quia erat eis prohibitum, miserunt ergo ad uiros Cariathiarim qui tulerunt archam et intulerunt eam in domo Aminadab uiri iusti in Gabaa et Eleazarum filium eius sacerdotem instituerunt in custodia arche et fuit ibi 20 annis, capitulo 7o.

¶ Dagon in Azoto quasi tropheo, et inuenerunt caput et manus

¶ Nota quod de Cariathiarim transtulit eam Samuel in Maspha ubi iudicauit Israel ibidem, postea Saul in Gabaa capitulo 14o, postea idem in Nobe capitulo 21, et de Nobe in Gabaa 1 [Paralipomenon] capitulo 6o. postea Dauid in domum Obed 2 Regum capitulo 6o, post Salomon in templum libro 3o capitulo 8o, de templo in domum Sellum et deinde iterum in templum capitulo xe.o parte 1a, inde a Ieremia accepta absorbetur a petra, capitulo 27o parte 1a. (Secunda pars de uictoria contra philisteos)

Congregauit (philisteis a postulatione regis) autem Samuel populum in Maspha ut oraret pro eo et doceret legem contra quam congregati sunt Philistiim, et offerente Samuele agnum lactentem intonuit dominus fragore magno super Philisteos et patebat latus terre, propter quod in fugam conuersi cesi sunt ab Israel, cum autem senuisset Samuel posuit duos filios ut iudicarent populum unum in Bethel alterum in Bersabee qui declinauerunt post auariciam et peruerterunt iudicium quod non ferens populus petiit regem 8o capitulo Saul autem querens asinas patris peruenit ad Samuelem, cui edoctus in spiritu ait Samuel, cras dimittam te, et de asinis nostris solicitus, honoratus autem fuit Saul in mensa super 30 uiros inuitatos, et in harmo idest portione regali. Mane uero cum surrexisset in egressu ex Ramata, lenticula olei unctus est in regem, tribus signis receptis, in sepulcro Rachel, in quercu Thabor et est nomen uiri, et in cuneo prophetarum inter quos prophetauit, Vocauit autem Samuel populum in Maspha, ubi sortibus temperatis electus est, et inunctus 2o capitulo x ¶ qui cum Iabitas et Naas rege Amedo liberasset unctus est in Galgal 2o capitulo xi. ¶ Et reprehendit Samuel populum de regis electione et in signum ire subito misit deus tonitrua, capitulo 12o ¶ Post hec Saul uocauit populum in Galgal non expectato septem diebus Samuele sacrificauit, propter quod ab eo redarguitus capitulo 13o sine ense et lancea, reputate Ionatha cum armigero Philisteos ceteros strauit, et Ionatha qui fauum contra male dictum comedit uix a se eripi substrauit capitulo 14o. et quia de Amalech non perfecit uerbum domini licet lugeret eum Samuel electo Dauid a domino reprobatur capitulo 15o. (3a pars de modernis 3i p. 2)

Hoc tempore (sibi contemporaneis cuius prima pars quomodo fuit ... illius temporis) Homerus fuisse putatur ¶ anno Saulis 15o. simul orta sunt duo regna, scilicet Lacedemoniorum, ubi regnauit primus Euristeus, et regnum Corinthiorum, Codrus 17us rex Atheniensium ut ait Ualerius libro 5o. cum eius regio Peloponensium quos Iustinus Dorenses uocat, uiribus attereretur debilitaretur ferro et igne uastaretur humani auxilii diffidentia ad Apollinis confugit oraculum, ac per legatos sciscitatus est quomodo tam graue bellum discuti posset, responsumque ei factum est finem ei fore, si hostili manu caderet, hoc non solum in Atheniensium castris percrebuit sed etiam in contrariis ob hoc ab illis edictum est ne quis uulneraret corpus Codri hic postquam cognouit depositis signis imperii familiarem cultum induit ac pabulantium hostium se globo obiecit, unumque ex eis falce percussum in cedem suam compulit, ne Athene occideretur in quo extinctum regni destructum est. (30. capitulum de Dauid, et sibi contemporaneis, cuius prima pars quomodo fuit primo inunctus.)

Reprobato Saule ait dominus Samueli, usque quo tu luges Saul, iussitque ei, ut ungeret in regem unum ex filiis Ysay, elegit autem dominus minimum, qui pascebat oues, et uocabatur Dauid, qui adductus in medio fratrum inunctus est, et directus est spiritus domini in Dauid, et deinceps recessit spiritus domini a Saule et exagitabat eum spiritus domini malus, et querebatur peritus in cithara, quia

Marginal notes: de archa; am.; 26. p. 1; 25. p. 2; 22. p. 1; 2829. 20.; 22. p. 1; 30. p. 5; 2889. 20.; 1 Regum 7. 9 et Paralipomenon

multi demoniaz armoniaz ferre non possunt / Igitur in-
uenitur dauid non soluz in hoc peritus sed etiaz belli-
cosus et cuz recessisset aliquandiu spiritus malus a saule
dauid redijt ad patrez / Secunda ps. de morte Golie et

Congregatis / Inuidia Saulis in dauid /
philistiz contra israel in prelio Goliath spurius / et
gigas sex cubitoruz petebat ab israel singulare
certamen / et eo diebus exprobrabat phalangibus israel
¶ Interim ysay filijs qui erant in bello per manus dd
misit subsidia / Vidit autez dauid goliaz maledicetez
israeli / similiqz audiens uiruz qui illuz percussisset ditan-
duz et generuz regis futuruz ad regez ait / Ego seruus
tuus pugnabo cuz eo / naz leonez et ursuz interfeci cum
inuaderet gregez / apportata autez sibi arma spreuit / quia
earuz non haberet usuz sed cuz funda et quinqz lapidi-
bus limpidissimis processit / contra euz · et percussit in eo
dez loco frontis / primo secundo et tercio / deiectoqz euz / eiusqz
mucrone caput illi precidit / aiunt quidaz ebrei extunc
ferro cedente lapidi / factaz circumcisionez ferreo cultro /
que prius fiebat lapideo / et persequutus est israel aduersariuz
usqz ad portas acharon / dauid autem caput et gladiuz go-
lie posuit in tabernaculo suo / postea tulit in iherusalem / In-
quirete autez saule de qua tribu esset / filius sum serui
tui ysay ait dauid / Saul eniz propter exagitantez euz spiritum
debilis memorie factus erat / tunc conglutinata est anima
Ionathe cuz anima dauid et dedit ei uestimenta sua
usqz ad gladiuz et archuz et baltheuz ¶ redeuntibus
uero cuz triumpho / occurrit feminei sexus et mulieres
quidez cantabant Saul percussit mille / et uirgines re-
spondebant et dauid decez milia / Inuidit exinde saul
dauid nec rectis oculis respiciebat eum / Tercia pars

/ quomodo dd. citharizans / et gener regis efficitur
Ltera die cuz spiritus exagitaret Saulem
et dauid cithara psalleret cuz lancea euz et
parietez confundere nisus est / ¶ Declinantez uero itaqz
constituit chiliarcuz et promisit ei filiaz suam merob
quaz dedit adriel molathite / Dilexit autez dauid mychol
et placuit regi / petijt qz pro sponsalicio C. preputia philisti-
noruz cupiens illuz in bello cadere / Dauid autez CC. occisis
philisteis annumerauit ea regi qui licet inuitus ei filiam
copulauit / Quarta pars / qualiter dauid persecutiones declinans / confugit ad Samuelez et Ionathaz /

Ciens Saul felicitatez dauid mandauit Io-
nathe et seruis eius ut euz occiderent / Ionathas
autez dauid instruxit / ut eo die se celaret / et in crastino
ait patri / Dauid est innocuus et tibi utilis / morte quoqz
eius uiduata filia tua uexabitur / et placatus Saul iura-
uit quia non occidetur / stetit ergo ut prius dauid coram
rege ¶ post hoc percussit dauid philisteos plaga magna
et exagitante spiritu saul / iteruz dauid psallentez confi-
gere temptauit / ille uero in domuz suaz fugit / et misit
rex satellites qui mane egredientez occiderent / mychol au-
tez hoc prospiciens / per fenestraz euz dimisit / ille autez
ad samuelez peruenit in ramatha / et ambo abierunt in
naba(i)oth colez in ramatha / ubi erat cuneus prophetarum /
quod audiens saul illuc pergens anteqz ad locuz ueniret
quasi amens factus et exutus regia ueste tota die et noc-
te cecinit / ¶ Fugit autez dauid ad Ionathaz qui promisit
ei uoluntatez patris explorare / eiqz in agro occulto reuelare
Igitur primo die solempnitatis apparuit locus dauid uacuus
siluitqz saul estimans euz munduz purificatuz / alia uero
die requisituz excusauit Ionathas dicens profectuz in

bethleez sua licencia quia solempnitas esset cuz tribubus
suis / Iratus uero saul dixit / fili mulieris ultro uiruz ra-
pientis non stabilieris tu in regnuz tuuz eo uiuente
et arripuit lanceaz ut percuteret euz / ipse uero ab-
scedens non comedit panez illo die et cito retulit dd
et firmato inter eos pacto lacrimans in pace dimisit
euz 2° ca° / Octaua ps. de fuga dd in geth / z morte sacerdotum in nobe

Auid fugiens in nobe petijt panes ab Abime-
lech sacerdote qui fuit tercius ab hely qui
alios non habens dedit panes propositionis
et gladiuz goliath / quod per doech ydumeuz sauli in-
timatuz qui occidi fecit 80 uiros indutos effod sol(us) a-
biathar filius abimelech fugit ad dauid ¶ Dauid au-
tez iuit ad achis regez geth / serui autez eius dixerunt
quod quasi rex esset in israel / et cito euz hostez haberet / sa-
ul autez euz petierat / et cuz duceretur ad regez simula-
uit se insaniz et quasi arreptiuuz dimiserunt euz / ipse
uero fugit in speluncaz odolaz / conuenerunt autem ad
dauid omnis congregatio eius et metuentes saulez et
oppressi ere alieno quasi 400 armati / et profectus est ci-
cis in masphath que est in moab / Sexta ps. de multiplici

Orientem aute gad propha / fuga dauid
dauid uenit in terraz iuda et nunciatum
est dauid quod philistei expugnarent ceylaz
et prius consulto dno per abyatar qui seruz portauerat effod / quod fecit moyses percussit philisteos pla-
ga magna / et intrauit ceylaz / quod audiens Saul
congregauit exercituz / Dauid autez preconsulto dno
et uiri cuz eo quasi 600 cuz eo uagabantur incerti /
Saul autez exire dimisit ¶ tunc dauid exiuit in mon-
tez solitudinis ziph / Iuitqz Ionathas ad euz et confor-
tauit euz dicens / tu regnabis in israel et ego tibi seruus
ziphei autez promiserunt sauli tradere sibi dauid ·
Itaqz uiri saul / in moduz corone circumdederunt montez
cuz uero desperasset dauid ait nuncius sauli / redi
festinus quia insiluerunt se philistim super terraz / et
abijt saul ¶ Iteruz cuz saul persequeretur dauid cuz
3000 / intrauit speluncaz ad aluuz purgandiz / erat au-
tez dauid et uiri eius in interiori parte spelunce / et
precidit oraz clamidis eius latenter / cuz uero abiret
saul clamauit post euz dauid dicens / quare audis di-
centes / dauid querit maluz aduersuz te / cognosce oraz
clamidis tui in manu mea / cur persequeris puliceż unuz
hijs auditis fleuit saul / et ait iustior me es / Reddat
tibi deus / scio quia regnaturus es / Septima pars de morte
/ Samuelis et nabal et de tribus uxoribus dd

Amuele mortuo fleuit euz israel · C. usqz
ad finem secundi libri / scripsisse creditur
aliquis ex discipulis suis propter hoc attribuitur samu-
eli / aliqui hoc attribuunt nathaz ¶ Dauid autez descen-
dit in montez pharan opiduz in arabia / Audiens au-
diens tez quod nabal tonderet gregez in carmelo / misit
decez iuuenes ut sibi daret aliquaz benedictionem /
qui respondit non mittaz / quis est filius ysay / hodie in-
creuerunt serui qui fugiunt dnos suos / iratus dauid
cuz uiris 400 accinctus est gladio ut non dimitteret
de nabal mingentez ad parietez idest debilez uel ca-
nez ¶ Abygayl audiens quod fecerat uir eius nabal
cuz multo apparatu ciboruz obuiauit dauid / eiusqz
uorauit ducez constitutuz a dno et ideo sanguinem
innocentez non debere effundere / nabalqz dixit fatuu
secundu nome suu / interpretatur enim fatuus et ob

tenta nemia rediens periculuz tecitauit nabal et statiz pre timore cor eius emortuuz est/ et post dies 10 obijt/ hoc audito david accepit abigail coniugez/ erat enim pulcra et prudes ¶ Saul autez dederat micol fatti de gaddi accepit quoqz terciam uxorem/ achinoem de iezrael/ Octaua pars de fuga david in Geth —

Iterum prouocatibus ziphseis Saul cuz 3000 electis persecutus est david/ David vero duces seruz abysay nocte descendit in tentoriuz regis/ et accepta hasta et quibusdaz vasis abscessit/ postea de loco apto clamauit ad abner et ad ppłm filij mortis estis/ ubi est lancea regis et ciphus aque/ et ait Saul Reuertere fili mi david non ultra faciam tibi maluz david autez cuz 600 viris ad achis filiuz maoch nomen est matris/ quia pater suus achis vocatus est/ ille dedit david sicheleth que exinde facta est reguz Juda/ David autez agebat predas de viculis philistinoruz et nulluz ducebat captiuuz ne forte reuelarent eum/ Nona ps de morte Saulis et Jonathe

Et congregati sunt philistim contra isrł in preliuz Saul autez non valens a deo habere responsuz nec per discipulos samuelis nec per doctrinaz idest per ephod quesiuit aphitonissa ut suscitaret sibi samuelez/ et cuz suscitasset euz cognouit quia rex esset/ mutauerat eniz habituz et timuit/ quia saul cunctos alios mages occiderat/ quia ut dicitur preminabat david futuruz regez/ hec autez reseruata est quia mater abner sz unde cognouit esse regez aiunt quia suscitatus coraz rege primo mouet caput cora alijs pedes. Itez aiunt samuelez recenter mortuu quia non potest suscitari corpus nisi integra habeat vitalia/ Dubiuz autez an fuerit corpus samuelis vel anima apparuerit in simili corpore/ an res fuerit prestigiosa/ et respondit/ Cras mecum eris cuz filijs/ idest cras morieris/ ¶ castramentati sunt autez philistei in apheth/ et isrł iuxta fontez Jesrael satrapes philistinoruz videntes david timuerunt/ ne inchoato bello esset contra eos/ et ait achis ad david bonus es tu sicut angelus dei sed satrapis no places et redijt david in sicheleth et captiuas duxerunt mulieres et paruulos succenso opido/ et fleuit david cuz suis donec deficerent in eo lacrime/ et volebant euz sui interficere ¶ David consuluit dnz qui respondit persequere amalechitas et tradaz eos in manus tuas abijt ergo david et 600 viri cuz eo/ et venerunt ad torrentez bezor/ et ibi 200 lassi substiterunt ad sarcinas ex madato david/ ceteri procedentes inuenerunt hostes super cpłas effusos/ et obtenta victoria rediens david licet plurimi dicerent ut lassis sufficeret/ uxores et filios recipere iussit/ ut descendentiuz ad preliuz et remanentiuz ad sarcinas portio equaretur/ et hoc pro lege deinceps seruatuz est in isrł ¶ Rediens autez in sicheleth misit de preda senioribus Juda proximis suis/ et reliquis cum quibus fuerat ¶ philisti autez preualuit contra isrł/ et ceciderunt tres filij Saul/ Jonathas Aminadab melchisua/ Saul autez grauiter vulneratus dixit armigero suo ut occideret euz ne ab incircumcisis illuderetur et occideretur/ qui renuit/ Saul autez ita debilis ut se transuerberare non posset cecidit super gladiuz suuz et mortuus est quod cernens doech armiger eius conformiter se occidit ¶ Altera die philistei expoliantes cadauera/ precisa capita Saul et filioruz ad terras suas miserunt per circuituz/ et corpora suspenderunt in muro bethsan/ quasi in oculis ysrael/ Viri autez Jabes/ quos liberauerat Saul ab amonitis/ ambulauerunt tota nocte et corpora rapuerunt p^a p. x. c. dicitur/ mortuus est Saul propter iniquitates suas et pro cumulo peccatoruz additur/ Insuper phitonissaz consuluit propter quod interfecit euz dns ut ostendatur magnitudo peccati ¶ Mortuo Saule doech aiunt ebrei/ filio dedit regalia Saulis insignia que deferebat/ ut ea portandiret ad placanduz sibi dnz/ qui mentiendo ut gratiaz plenius inueniret ait q rogantez interfecisset Saulem/ ne ab incircumcisis occideretur erat enim proselitus propter quod iubente david occiditur quia manuz posuisset in xpm dni ¶ Precepit autez david ut patres docerent filios suos arcuz idest artez sagittandi/ quia sagittis occiderat isrł et planxit david carmine lugubre super saul et Jonathaz/ primo detestando loci inclititi isrł super motes tuos interfecti sunt/ montes gelboe/ nec ros nec pluuia descendat super vos/ secundo comendando Saulez et prolez Sagitta Jonathe nunqz abijt retrorsuz/ et gladius Saul non est reuersus vacuus Saul et Jonathas amabiles in vita sua/ In morte quoqz non sunt separati/ aquila velociores/ leonibus fortiores Tercio ostendendo ad Jonathaz singularez amorez/ doleo super te frater mi Jonatha/ decore nimis et amabilis super amorez mulieruz/ quomodo mater diligit unicuz filiuz suuz ita et te diligebam/ 2^o li^o p^o ca^o // Decima pars/ de 2^a unctione david/ et morte Abner —

David pre consulto dno ascendit in Ebron/ Unctusqz est super tribuz Juda/ et Jabitis benedixit pro sepultura saul li^o 2^o ca^o 2^o abner autez circuduxit ysboseth per castra/ cuz esset annoruz 40. et 2. annis regnauit/ ortuz est autez belluz inter eos/ et occurrerunt sibi abner et Joab et pueri eoruz/ luseruntqz duodeciz pro parte/ affixit unusquisqz gladiuz in latus corporis sui/ ortuzqz est belluz inter reliquos/ fugitqz abner cuz suis et sequentez asaelez percussit ca^o 2^o/ natiqz sunt filij david in ebron/ ¶ Abner autez ingressus est ad concubinaz saul/ et reprehensus ab ysboseth composuit cuz david missa sibi micol/ Joab veniens cuz exercitu reuocauit abner et dolo occidit pro ultione asael/ vel forte ne ille esset secundus a rege. David autez planxit super abner ca^o 3^o/ Undecima ps/ de morte ysoseth/ et tercia unctione david

Duo quoqz principes latronuz vcati recesserant ab ysboseth et mierant ad misphiboseth quasi ad filiuz primogeniti regis ut facerent euz regez qui renuit/ deinde euntes ad domuz ysboseth dormiente/ ancillam hostiariam inuenerunt consimiliter dormientez et eo occiso obtulerunt david caput eius qui fecit eos interfici ca^o 4^o. ¶ Congregate sunt ergo vniuerse tribus ad david dicentes/ os tuum et caro tua sumus/ et vnctus est tercio in Ebron/ ¶ Deinde ascendit david in yherlz ut eiceret yebuseu opidani vero confidentes de urbis munitione posuerunt cecos et claudos super muruz derisiue quasi illi sufficerent pro defensione/ sed david obtinuit ciuitatem/ inferiorez tradente eaz sibi ornaz gebuseo/ deinde primo agredienti et canales tectoruz tangenti archesron proposuit premiuz militie principatuz/ quaz Joab acquisiuit/ et excepto ornaz expulsi sunt inde omnes gebusei/ misit qz hiraz rex tiri artifices qui hedificarent domuz david in yerlm et hedificauit p circuituz;

ciuitatez amelo idest quadaz uoragine diuidentem montem syon a pertz/ et uorata est Ciuitas dauid/ et postea melo/ reliquaz autez partez urbis hedificauit Joab/ percussitqz dauid philisteos in ualle raphaym ca° 6to/ ¶ Duxit postea dauid archaz dni in pertz/ qua tangens oza mortuus est/ quia non erat sacerdos sedz Josephum et tribus mensibus stetit in suburbio in domo obeth filij edom/ Jethei leuite/ dauid autez percutiebat in organis armigatis/ et derisus est a micol/ ca° 6°/

Duodecima pars/ de prelijs dauid et postea uarauit/ di

Cogitauit autez dauid/ ¶ nunc laudi hedificare domuz dno et respondit ei dns per Natha quia ipse effuderat plurimuz sanguinez hoc non faceret sed filius eius et promisit ei continuationez regni ca° 7°. ¶ erat autez Joab super exercituz Josaphat commentarius idest scriptor gestoruz/ scribebant autez singuli reges cronicaz gestoruz/ zadoch et abiathar sacerdotes dni saraias scriba idest cancellarius banayas super celeti quod sonat exercitatores et pheleti idest admirabiles hij dicuntur fuisse/ 7° autez filij dauid sacerdotes erant idest digniores ceteris post regez/ et liberauit ysrael a tributo philistim moab quoqz et syriaz damasci et ydumeam posuit sub tributo ca° 8° ¶ et percussit adarez regez soba cum ei forent auxilio syri percussit ex eis 20 milia et posuit in syra presidiuz fecitqz tributariaz ¶ et cum rediret rex ad syriaz occurrerunt ei ydumei in ualle salinaruz et percussit ex eis 12 milia Jero. corrigit 18 milia/ et in gebelez 20 · milia/ et ponens in ea presidiuz fecit tributariaz/ et portauit auruz et argentuz multuz/ et obtulit illud dno pro templo hedificando 8° ca°/ similiter et es/

Terciadecima pars/ de subactis amonitis

Mortuo naas rege amon/ dauid quia ab eo benigne susceptus fuerat quando recessit de geth simulato furore misit nuncios qui consolarentur amon filiuz eius et amonerent ut amicitia quaz cuz patre habuerat continuaretur/ principes autem dixerunt qui eos ad explorandum misit dauid/ ideo rasit medias barbas eoruz et uestes precidit usqz ad nates et uidentes amonite qui irritassent dauid/ conduxerunt auxiliarios de syria/ roab et de sira sobal/ et amacha regez ystob/ dauid autez misit Joab et omnez exercitum dedit abisay fratri suo/ ipse uero in syros irruit/ et fugauit eos in ore gladij quod uidentes amonite terga dederunt abisay ¶ Iteruz syri maiorez duxerunt exercituz/ dauid autez contraxit omnez ysraelez/ et transito iordane percussit ex eis currus et equites .1ij. et sobal principez militie timueruntqz syri amplius dare amonitis auxiliuz qui fecerunt pacez et seruierunt ysraeli/ ¶ Sequenti anno Joab ducens exercituz uastauit filios amon et obsedit rabath/ dauid autem remanserat in pertz/ et post somnuz meridianuz ambulans per solariuz uidit bersabe/ uxorez urie lauantez se/ neptez achitophel ex filio/ et accersitaz cognouit/ statimqz cognouit concepit/ dauid hoc cognito reuocauit Uriaz ut ex eo concepisse uideretur/ hic secundum Josephum armiger erat Joab/ Urias autez a rege monitus non acquieuit ire ad hospitiuz suuz dicens archa dni habitat in papilionibus et dns meus Joab manet super faciez terre/ et ego ingrediar domuz meaz? tunc dauid remittens euz scripsit Joab ut euz poneret in parte belli ubi percussus periret/ eo uero mortuo dauid accepit bersabe in coniugem/ ¶ misit dns ad dauid natham ut iudiciuz faceret de homine habente multas oues qui unaz tantuz habenti abstulit/ qui dixit reus est mortis/ et ait nathaz tu ille es accipiens uxorez Urie/ quaz ob rez non recedet gladius de domo tua in sempiternuz/ et suscitabo dicit dns super te maluz de domo tua/ ¶ primuz factuz est in diuisione regni ¶ Secunduz quando a filio expulsus est/ dauid/ autez ait peccaui dno/ et descendens de throno consistorij sedit in terra/ et coraz omnibus peccatuz confiteri non erubuit/ et ait nathaz transtulit dns peccatuz tuuz non morieris/ nec regnuz amittes/ sed natus ex ea filius morietur/ percussit ergo dns pueruz/ dauid autez orauit pro eo ieiunans et super terraz iacens/ mortuo autez puero vijo die faciez lauit/ et mutata ueste intrauit ad domuz et orauit et exhilaratus comedit/ admirantibus uero super hoc seruis/ respondit donec spes affuit fleui et oraui/ nunc autez cur flerez/ ego ibo ad euz/ et ipse uero non reuertetur ad me/ postea dauid ex bersabe genuit salomonez ¶ Cum uero adesset tempus uictorie Joab scripsit regi ut ueniret ne sibi ascriberetur uictoria qui profectus cepit urbez ac uastauit et tulit dyadema de capite melchon ydoli moabitaruz habens gemmas et auri talentuz alia quoqz uastauit opida/

Quartadecima pars de oppressione thamar per amon

Uisitauit igitur dns maluz in domo dauid/ Amon enim primogenitus eius uictus obsceno amore thamar simulans langorez rogauit patrez ut ad se transmitteret ut sorbiculaz sumeret de manu eius/ missaz autez uirginem uiolenter oppressit/ et statiz exosaz sibi factaz repulit supplicantez ut sibi maneret uxor quod possibile aliqui asseuerant/ qui ex matre gentili erat quaz in bello raptaz capillis prensis et unguibus secunduz legez duxerat illaz dauid/ ¶ Factum est autez post bienniuz Absalon frater eius ex utraqz parente/ cuz tonderet oues impetrauit a rege ut omnes filij regis secuz pranderent/ in quo prandio Amon temulentuz propter sororis stupruz occidi fecit/ et fugit ad auuz maternuz regez Jessur/ et fuit cuz eo tribus annis/ tandez intelligens Joab consolatuz regez super morte Amon/ misit ad regez mulierez sapientez de tecua/ que simulans se lugere filiuz ait/ salua me rex/ erant michi duo filij et rixati sunt in agro/ et unus occidit aliuz/ consurgit autez uniuersa cognatio contra ancillaz et querit extinguere scintillaz mea super terraz/ et promisit ei rex impunitatez semel et iteruz/ et cum instaret ait ei rex tercio uiuit dns quia non cadet unus de capillis filij tui super in terraz ¶ Illa uero exponens similitudinez ait Reducat ergo dns meus abiectuz filiuz suuz/ et ait rex numquid manus Joab tecuz est in hijs/ illa ueritatem confessa est/ diligebat enim absalonez Joab et ait ei rex/ reuoca pueruz absalon non tamen uideat faciez meaz donec uorez eum/ post duos uero annos dixit absalon Joab/ intro ad regem ut uideam faciez eius alioquin interficiat me/ uocatur tandez absalon et osculatus est eum rex//

15a ps de persecutione absalonis in patrez

Nunc cepit Absalon aspirare ad regnum forte quia zeleph eo maior inheres erat vel mortuus et fecit sibi currus et equites 50 qui precederent eum et per blandicias hominum corda ad se flectere nitebatur. ¶ Post 40 annos consilio usus achitofel impetrato a patre ut ad solvendum vota eat in ebron multi secuti sunt eum de gelo et cum ymmolasset hostias facta est coniuratio valida et augebatur populus. Egressus est autem rex nudis pedibus ca. 15 et 600 viri pugnatores qui secuti fuerant eum de geth. Et cum ascendisset rex clivum olivarum occurrit ei cusi cui dixit rex ut remaneret et dissiparet consilium achitofel. Apparuit ergo siba portans exenium qui interrogatus ubi esset miffiboseth dominus eius respondit remansit in gelo dicens hodie restituet michi dominus regnum patris mei, deditque ei rex bona omnia domini sui. ¶ Et cum venisset usque bahurim egressus est semei de genere saul proiciens lapides et lutum maledicebatque david dicens egredere vir sanguinum nunc premit te mala que fecisti in domo saul, et prohibuit rex abisai ne illum occideret dicens deus illum ut misit ut malediceret david, respiciat deus hanc afflictionem meam. ¶ Absalon autem consilio achitofel spectante universo populo intravit ad concubinas patris ut sic implacabiliter ostenderet persequi patrem. Dixit autem ei achitofel, accipiam 12 milia virorum, et hac nocte fessum persequar david. Interrogatus super hoc cusi respondit, tu nosti patrem tuum et omnes qui cum eo sunt fortissimos bellatores, et si percusserint aliquem de tuis, quicumque audierit dicet facta est plaga in populo qui sequebatur absalon, et timebunt esse tecum, sed congregetur universus israel et ubicumque fuerit opprimemus eum, et placuit consilium omnibus, quo notificato david prexit ante diluculum ultra iordanem in manaym. Achitofel spreto eius consilio, timens regnum redire ad david, disposita domo sua laqueo se suspendit 17. ca. ¶ Porro viri ultra iordanem berzelay maxime portaverunt david cibaria multa et stratoria et vasa fictilia. ¶ Absalon vero congregato exercitu constituit principem exercitus nepotem david ex sorore abigail et commissum est bellum iuxta saltum effraym et fugit exercitus absalon cesis 20 milibus ex eis, et plures interfecerunt bestie saltus quam gladius, et cum in mulo fugeret absalon caput eius adhesit quercui frondose et mulus pertransiit. Joab autem fixit tres lanceas in corde eius. ¶ Audita filii morte david operto capite flens clamabat fili mi absalon quis michi det ut pro te moriar absalon fili mi, absalon quod audiens populus timuit ingredi civitatem sed comminatione Joab dicentis quia universus populus ab eo recederet rex locutus populum dulciter allocutus est.

16.a pars de scandalo Sibe

Emittit autem israel regalis invicem. Rex autem misit ad tribum Juda dicens os meum et caro mea vos et quod essetis primus ad reducendum regem promittendo principatus milicie post Joab. Rediens autem rex circa Jordanem supplicanti semei indulsit ut ceteris qui offenderant servitutem daret. Miffiboseth se excusantem iussit cum siba possessiones dividere nam utrique dederat eas rex. Berzelay honoratus remisit propter senectutem et eius filium secum duxit. ¶ Videns autem israel quod Juda principaliter regem conduceret indignans ait 10 partibus maior sum, et cum Juda durius responderet siba filius bochri cecinit tuba dicens non est nobis pars in filio ysay, et secutus est eum israel 19. ca. Juda vero perduxit regem in gelo et separatis decem concubinis ad quas ingressus fuerat absalon misit amasam principem milicie ut congregaret Judam in die tercio, et cum immoraretur, misit rex abisay cum robustis de gelo ut comprehenderet sibam, et occurrit ei amasa, cui Joab prodiciose porrigens osculum effudit in terram intestina eius, postea siba obsidetur in abella sed proiecto sibe capite ad Joab obsidio soluta est. ¶ Rex autem restituit Joab super exercitum adhuram statuit super tributa, yram fecit sibi sacerdotem principem.

Vicesimaseptima pars de quatuor bellis david

In prelio autem contra philisteos iterato Jesbis de nob de genere arapha, missus est percutere david lassatum in prelio sed interponens se abisay occidit philisteum, quem tradunt ebrei fuisse de genere giganteo, dicunt enim quod arapha fuit orpha que peperit viro geteo quatuor gigantes hunc et sephim et goliam et quartum habentem senos digitos in manibus et pedibus, nec passi sunt viri david eum ultra in bellum progredi, ne extinguatur lucerna israel. Recapitulantur quoque tria superiora prelia. Quorum primum fuit in gob que et gaser in quo percussit sobochay sephim de genere gigantum. ¶ Aliud fuit in gob similiter in quo percussit adeodatus filius saltus polimitarius bethlemites goliath geteum. ¶ David dicitur adeodatus quia ad liberationem israel a deo datus est in regem, filius saltus quia de pascuis et saltu assumptus est, polimitarius quia de genere beseleel polimitarii fuit mater eius. ¶ Aliud fuit prelium in quo Jonathas filius samaa fratris david percussit virum habentem senos digitos in pedibus et manibus. David quiescens a preliis cecinit, dominus illuminatio mea etc. Tunc secundum Josephum ymnos composuit faciens diversa organa in quibus levite per sabbata et alias solemnitates ymnos cantarent.

18.a pars de fortibus david et de populo numerato

Habuit autem david inter alios 30 fortes et tres fortiores hiis cum tres vero fortissimos ultra 33, et secundum ebreos de numero istorum erat david et de eo dicitur quia sedebat in cathedra sapientissimus inter tres principes, ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus quasi terrebella dicitur quia dum tangitur mollis est, cum vero tangit fortis sit et david qui occidit 800 impetu uno. ¶ Alii ponunt quod david non fuerit de numero illorum trium sed quod hoc dictum sit de eusebio secundum Josephum vel Jesboa paralipomenon xi. Post quem erat eleazar filius patrui david qui percussit philisteos donec obrigesceret manus eius cum gladio, post hunc Samaa arartes, quem Josephus semmam vocat, qui fugiente populo solus stetit in agro lentis, et percussis philisteis fecit salutem in israel. ¶ Hiis tribus Josephus attribuit delationem aque de cisterna bethleem. ¶ Historia vero regum ad alios tres refert qui fortiores dicti sunt. Primus erat abisay frater Joab qui levavit hastam contra 600 quos interfecit.

Secundus banayas qui percussit duos leones idest
duos principes moab et ipse interfecit egiptum idest
imitatorem egipti blasfemantis deum quem interfecit
moyses hunc dicunt ebrei fuisse semei quem postea
interfecit sub salomone aliud occidit egiptium eius
asta qui erat longitudinis 5. cubitorum occidit etiam
leonem baculo suo tempore niuis qui lapsus fuerat
in cisternam. Tercium nec liber regum nec Josephus po
nit hic autem fuit soborhay porro reliqui 30 nomi
nantur 23 ca. et tacetur Joab vel quia princeps e
orum ut propter mortem abner et amase ¶ Prouoca
uit autem dauid dominum in numeratione populi post
famem triennem et ceciderunt 7 milia ca. 24. 2. p. p.
21. 70 tantum secundum ebreos ¶ In libro regum po
nitur numerus nobilium in paral. comparatum et cessauit
plaga secundum Josephum hora prandii secundum alios
hora sacrificii uespertini cum autem angelus percussor
extenderet manum suam ad yerlm ut disperderet eam
et cum uidisset dauid iuxta aream aurenna Jebusei ha
bentem gladium euaginatum humiliter orauit dominum
et ciuitas non est percussa et consilio gad prophete
empta illa area edificauit ibi altare ubi secundum
ebr. abraham uoluit filium ymolare. De ranona

Senuit autem ¶ ps. de prima unctione Salomonis
dauid et inuenta est Abisag ad serui
endum ei. Adonias autem fecit sibi
currum et equites anelans ad regnum erat enim maior
inter fratres et preparauit conuiuium iuxta fontem rogel
et sermo eius cum Joab et abiatar sacerdote uocauitque
filios regis et seruos. Robustos autem non fauentes
sibi et Salomonem non uocauit. bersabea autem in
structa a Nathan locuta est dauid qui dixit ad Sa
doch et nathan et banaiam ut Salomonem ponerent
super mulam regis et ungerent eum quo audito dis
persus est populus qui erat cum adonia ipse autem fugit
in tabernaculum domini donec securitatem uite iurauit ei
Salomon 3. l. ca. p. c. 20. ps. de secunda unctione salomonis

Volens autem ostendere ¶ et morte dauid
dauid post regnaturum conuocauit prin
cipes et sacerdotes et ipso uncto Salomone
precepit ei de legis custodia et iusticia et pietate et
templo construendo cuius inpensas parauerat tribu
autem leui diuisit in tres partes in aaronitas moysi
tas et leuitas. Aaronitas diuisit per generationes et
inuenit de eleazar 16 de itamar 8. et ex una quaque
instituit unum summum sacerdotem ut singuli ministra
rent a sabbato in sabbatum moysitas fecit custodes
thaurorum dei et uasorum que reges domini offerrent
De leuitis autem instituit supra fabricam templi 24.
hii dicti sunt nathinei Judices populi et scribas
septem milia Janitores domus dei quatuor milia et ca
tores 4 milia filiosque suos monuit ut de rege non gra
uarentur sic enim domino placebat ipse quoque minimus
fratrum fuerat unctus ¶ Appropinquauit dies dauid
ut moreretur et mandauit ei ut iusticiam faceret de
Joab et semey et graciam redderet filiis berzelay idest
faceret eos comensales 2. ca. ¶ Circa tumulum
dauid fecit Salomon viii loculos thaurorum ¶
Cartago condita est ut quidam uolunt a calcedone ty
ro uel ut alii dicunt a filia eius didone ut dicit eu
sebius anno 30 regis dauid alii dicunt quod ante troiam
excidium anno 31 a zioro et cartagine tyrus ut idem

cantat erat enim fenicum mos qui a mari rubro ue
nerant et tyrum edificauerant cum inerrationibus
profecti ut ait plinius et capta hominum beniuole
ntia loca urbibus condendis occupare et in affrica
exponere uticam leptim aliasque urbes in maritima co
diderunt ¶ Ex his profecta dido que et elisa di
cta est urbem condidit et cartadam nominauit quod
fenicia lingua exprimunt urbem nouam. Jdem ait quod
prius birsa post tyrus deinde cartago dicta est ¶
notandum est quod obtinuit ab afris quantum bouis corium
caperet quod subtilissime in corrigiam diuisit
qua corrigia amplius quam 20 passuum circumde
dit ¶ Jero. contra Jouinianum li. 1. ait Dido
soror pigmalionis multo auri et argenti ponde
re congregato a uiro suo sacerdote herculis et a
pigmalione rege occiso in affricam nauigauit
et cartaginem condidit a rege autem libie hyrabi
in coniugium petita distulit nuptias donec con
deret ciuitatem nec multo post in memoriam prio
ris uiri sicheri constructa pira maluit ardere quam nube
re quamdiu Cartago inuicta fuit pro dea habita est et
asdrubalis uxor capta et incensa urbe cum cerneret
a romanis esse capiendam apprehensis ex utroque la
tere paruulis filiis in domus sue deuolauit incen
dium ¶ Chume in ytalia condita est sic nominata
ab augurio mulieris pregnantis que grece cimos
dicitur uel ab undis que grece chumas dicuntur
Jtem dicta est eubora ab eubora insula de qua uene
runt conditores eius ¶ Jtem dicta est ares calcidica
eadem causa a calcide ciuitate predicte insule et de
his duobus nominibus facit mentionem Virgilius
6. eneyd hic etiam secundum Juuenalem dedalus
fatigatas deposuit alas de quo supra 23. p. 1 et
dicit eam ciuitatem sibille et Janiam baiarum et
mirene. 31. ca. de salomone cuius prima pars de eius

Salomon audiens ¶ confirmatione in regno
adoniam petere abisag ac per hoc aspi
rare ad regnum iussit eum interfici eiecitque
abiatar ne esset sacerdos. Joab quoque sibi delatum
quod declinaret post adoniam in tabernaculo domini
occidi iussit successitque ei banaias filius Joyade
zadoch autem fuit summus sacerdos semeyque fecit
interfici quia egressus est yerlm. 2. ca. ¶ Confir
matum est igitur regnum in manu salomonis ha
buit autem uxorem filiam regis egipti de qua secun
dum ebreos cum adhuc xi annum ageret genuit
filium obtulit quoque in ebron mille hostias apparuit
autem ei dominus in sompnis et accepit sapientie donum
declaratum in iudicio meretricum de filio discep
tantium ca. 3. Secunda pars de deliciis et glo

Habuit autem duodecim ¶ ria Salomonis
prefectos quorum quilibet mense suo
faciebat sibi expensas erat autem co
tidianus cibus eius 30 chori simile et 60 farine
decem boues pingues et 20 mascuales et 100
arietes excepta uenatione caprarum et bubalorum
et auium altilium sed et pisces cotidie portabantur
¶ habebat quoque 40 milia equorum curulium et
12 milia equestrium quorum medietas regi in ye
rusalem obsequebatur reliqui per uicos regios dis
persi manebant et precellebat rex in sapientia
omnes orientales et egiptios et ebreos et scripsit

librum de canticis et modulationibus in numero versuum 5000. tria milia parabolarum, et disputavit de natura herbarum a cedro libani usque ad ysopum, idest a maxima arbore usque ad minorem herbam egredientem de pariete, de natura quoque omnium animantium philosophatus est per unumquodque genus parabolarum. ¶ Excogitavit etiam adiurationes quibus infirmitates solent mitigari, et alias quibus demones pellerentur, et excogitavit caracteres qui scribebantur gemmis, que posite in naribus arreptitii cum radice Salomoni monstrata statim a demone liberabat, que scientia multo necessaria erat. ¶ Proposuit autem Salomon tria facere, primum fuit templum domino quod opere precio condidit vii annis et vii mensibus. Secundum fuit circundare Jerusalem triplici muro, ut in primo ambitu esset templum et mansiones ebdomadariorum domusque regia cum mansionibus domesticorum, in secundo viri potentes et prophete, in tertio opifices. ¶ Tertium fuit facere sibi domum ca. 7°. Inter cetera fecit domum saltus libani que erat in solario, et pars inferior dicebatur pigmentaria, ubi ex beneficio terre et muri pigmenta diu vigebant, superior pars lignea erat de lignis libani. Unde et dicta est domus saltus libani, vel forte propter viridaria et densitatem arborum instar libani, ibi conservabatur arma regia ne rubigine vastarentur. ¶ Pro regio autem statu fecit rex Salomon 200 scuta aurea, et 300 peltas quarum quedam rotunde erant, alie instar semicirculi facte, hiis utebantur custodes ad hostium excubantes et quando rex ibat ad curram isti precedebant in equis et iuvenes flavis capillis defluentibus usque in equorum sessionem adiciebant auri tincturam, ut eorum capita sole percussa radiarent, e regione stabat domus regia grandi intercurrente viridario, in medio domus erat domuncula latitudinis 30 cubitorum et in ea erat solium validis columpnis extensum, in quo sedens rex iudicia faciebat. In posteriori fronte domus laquearia et parietes vestiti erant auro, cuius ascensus erat 6 graduum de marmore porfirio, 12 leonculi stabant super 6 gradus hinc et inde, declinatio posterior rotunda erat sedes super vitulum respicientem et manus hinc atque inde tenebant sedile, et duo leones iuxta manus singulas non fuit tale opus in universis regnis ca. x. ¶ Deditque Yram 20 civitates, et cum non placuissent ei, appellavit eas terram chabul ca. 10°. ¶ Regina quoque Saba 10° ca. venit ad Salomonem in enigmatibus, et tria singulariter mirabatur, domum saltus, ordinem et distinctionem ministrantium regi in mensa et sacrificia templi, dedit autem Salomoni cum unguentis preciosissimis radices balsami que propagate sunt in engaddi, cui Salomon multa redonavit, et postquam ad patriam suam rediit, remunavit Salomon de ligno crucis quod viderat in domo saltus et in profundis terre visceribus demergi fecit ubi facta est postea probatica piscina. ¶ Legitur etiam de hoc ligno, quod Adam infirmatus misit Seth filium suum, ut oleum ad ungendum corpus sibi portaret de paradiso deliciarum, cui angelus custos paradisi arboris ramum dedit quem terre affixit et in arborem magnam crevit, postea cum in templi edificatione inter cetera cesa et deportata esset, edificio inutilis apparuit, nunc excedens nunc deficiens sicut lapis quem reprobaverunt hedificantes ideo quasi abiecta posita est in transitu cuiusdam fovearum, quam cum regina Sabba dei nutu cognovisset forte iam positam in domo saltus adoravit. Tempore vero passionis Christi cum siccaretur probatica piscina apparuit, et Iudei lignum abilius non habentes de eo crucem Christi fecerunt. Non puto incredibile id fuisse lignum scientie boni et mali, ut qui in eo ligno vicit Adam in eodem quoque ligno vinceretur per Christum dominum nostrum. ¶ Post multas autem delicias Salomon in fine desipuit, amore enim mulierum et cultu ydolorum priorem vitam maculavit. Ebrei tamen dicunt ipsum in penitentia scripsisse ecclesiasten. ¶ Suscitavit autem dominus adversarios Salomoni Jonadab ydumeum, qui propter subactam ydumeam fugit, et rex egipti dedit ei sororem uxoris sue, et alium Razon principem latronum in damasco et Jeroboam filium Nabath de quo sequenti ca. 32. ca. cum prima pars de Roboam.

Roboan filius Salomonis et sibi contemporanei scismatis occasionem dedit populo Israel. Dure respondens iuxta consilium iuvenum, spreto consilio seniorum, divisumque est regnum, ita ut decem tribus sequerentur Jeroboam qui servus fuerat Salomonis, ideo vocatum est regnum 10 tribuum vel Effraym vel Samarie. Aliud dictum est Juda a nobiliori tribu vel Jerusalem, propter quod remansit cum Roboam tribus Beniamin, et tribus levitica propter templum. Roboan autem collegit 18. milia pugnatorum, sed a domino per Semeiam prophetam prohibitus quievit a prelio. ¶ Tunc Sesach rex egipti Jerusalem ascendit templum expoliavit scuta aurea tulit pro quibus Roboan enea fecit. ¶ Hic Sesach multas gentes sibi subiugavit et quasdam sine bello cepisse legitur in qua subsanatione in statuis earum que triumphanti preferebantur genitalia mulierum insculpsit. ¶ Ethiopes et phenices ab egiptiis didicerunt circumcisionem.

Secunda pars de Roboan rege Israel.

Jeroboam virum industrium Salomon posuit super opus cum vellet adequare voraginem civitati que vorago erat inter Jerusalem et montem Syon, deinde constituit super universa vectigalia domus Joseph. Huic occurrens Achias propheta scidit pallium suum novum in 12. scissuras dicens quia dominus constitueret eum 10 tribuum, residuum dimittebat filio Salomonis. Ex hoc autem intumescens suasit populo a Salomone recedere, et cum quereret eum Salomon fugit ad Susach regem egipti usque ad mortem Salomonis. Tunc revocavit eum omnis multitudo filiorum Israel, et facto scismate ne populus rediret ad Roboam propter templum et sacerdotium posuit in Dan et in Bethel vitulos aureos et fana eis edificavit, dicens quod ex suis constitueret sacerdotes et in eis deum qui ubique est adorari posse, nec oportere ad hostes ire. ¶ Misit autem dominus Abdo prophetam, qui stante rege ad ydolum clamavit quod nasciturus erat domui David filius Josyas nomine qui super id altare combureret ossa sacerdotum eius, et quia scinditur altare et effunditur oblatio, rex autem extensa manu contra eum apprehendi iussit que statim cum brachio aruit altare

quoqz scissuz est / rex vero timens rogauit prophetaz et eius oratione sanatus / propheta autez inuitatus ad prandiuz et ad munera, respondit se prohibituz a dno / deceptus tamen a pseudo propheta comedit et ideo recedens a leone percussus est / qui custodiuit cadauer et asinuz / pseudo propheta autez sepeliuit euz et euz sepeliri ordinauit ut eius intuitu ossa sua no comburrerentur / ¶ Jeroboam autez vias prauas non deseruit deceptus a sacerdote ydolorum asserete stuporez tantuz fuisse in brachio propter nimiuz laborez, et altare scissuz propter nimiuz pondus / ¶ Deinde infirmato eius filio, misit uxorez ad achyaz, qui respondit pueruz morituruz, et quod dns percutiet omnez domuz eius ita ut preter huuc nullus in sepulcro ponatur ¶ Sed et iuda peccauit, et fecit aras et lucos et statuas super excelsa, et effeminati fuerunt idest cultores cibelles auati ria uel actu ideo supuenit susach / ¶ habuit autez Roboan uxores ·18· et concubinas 30· et habuit filios 18· et filias nouez opera eius scripsit semeias propheta / (33.^m ca.^m cuius prima

pars / de Abia et Asa regibus Juda /

Abia filius maach / filie thamar filie dauid que etiaz dicitur mater assa quia aua eius / hic licet malus / victoriaz etiaz contra spez habuit cuz pugnaret contra Jeroboaz 3^o R^e. 14^o Accepit autez 14 uxores / et habuit 22· filios et 16 filias pa· 14· ¶ Asa bonitatez dauid primitus imitatus effeminatos de terra et sordes ydolorum purgauit / et matrez suaz amouit / ne esset princeps in sacris priapi / de quo uide de dijs gentiuz p·9· ethiopes in bello superauit / qui fuerunt decies centena milia / cuz curribus 300 In fine vero desipuit / prophetaz anani velleu se corripientez in martirio mitti iussit / propterea egrotauit vehementissimo dolore pediuz et dnm no quesiuit / magis autez in medicoruz arte confidit / ¶ Achyel reedificauit Jericho / in abyra primogenito fundauit eaz et in segub nouissimo posuit portas eius iuxta verbuz Jos ca^o 17^o p·2· sed et hec destructa est / eo tempore quo jerlz obsidebatur a Romanis aut Jero· pro qua 3^a edificata est ca^o 14^o / ¶ Capis octauus latinoruz rex Capuaz in campania edificauit /

Secunda pars de regibus israel / et helya propheta /

Nadab filius Jeroboam ambulauit in vijs patris eius qui cuz obsideret gebethon urbez philistinoruz occisus est ab assa / qui percussit etiaz omnez domuz Jeroboaz iuxta verbuz achie / et regnauit in tersa / ¶ baasa ambulauit in vijs Jeroboaz / et comminatus est ei iheu filius anani quia destruet dns domuz eius sicut domu Jeroboam / nec quieuit propterea / sed belluz habens cuz asa cunctis diebus / edificauit rama ·40· stadijs a jerlz / asa autem in arto positus / tollens auruz et argentuz de domo dni et domo Regia / misit benadab regi syrie / renouans fedus patris quod habuerat cuz patre illius / et petens ut renouaret fedus quod habebat cuz baasa / Ille autez misit exercituz in terras israel / propter quod recedente baasa / Asa misit in omnez judaz dicens nemo sit excusatus / et de lapidibus et lignis rama muniuit gabaa et masfath / reprehensus autez a propheta / quod spez suaz posuisset in rege syrie et non in deo / euz supra in neruo posuit / ¶ baasa autez a morte commilitone suo occisus est secunduz iosephum et regnauit pro eo filius eius Ela / ¶ Ela cuz recumberet in domo arsa prefecti sui percussit euz tumulentuz / zambri dux medie partis equituz et omnez domuz baasa iuxta verbuz iheu / ¶ Cuz vero audisset exercitus israel in obsidione gebeton, quod zambri occidisset regez constituit regez amri qui erat princeps milicie in castris qui obsedit zambri in tersa ille vero timens fugit in domuz et succendit se cuz ea ¶ Tunc diuisus est populus israel / medietas sequebatur ambri / et medietas thebni / et post tres annos preualuit ambri / occiso thebni / et emit asemer partez montis in qua erat ciuitas macro / quaz reedificans vocauit samaeron / grece dicitur samaria / et illuc de tersa transtulit sedez regni / et fecit maluz plusquam sui predecessores / cui successit deterior filius achab ¶ Josephus autez dicit quod senaceriub samariaz construxit vocans samariaz idest custodiaz / ibi ponens custodens quando jerlz vexauit ca· 8· p· 1· sed hoc fuit longe post / ¶ Sequitur in ysl· hanc obsidione captaz anthiocus solo coequauit / quaz postea herodes a fundamentis restaurans in honorez augusti augustaz idest sebaste greco sermone vocauit / ¶ Achab iuxta abhominationez prioruz introduxit ydola gentiuz / duxit enim in uxorez yezabel filiaz regis sidonioruz et hedificauit in samaria fanuz et altare baal / ¶ Misit autez dns helyaz thesbitez de habitatoribus galaad qui dixit ad achaz / viuit dns in cuius conspectu sto / si erunt his annis ros et pluuia / nisi iuxta oris mei verba figura aposiosis est idest valide orationis defectus / et si intromittit in requiez meaz ·si· initiuz eet ut accipitur si pro non / ¶ Achaz autez querebat animaz elye qui precepto dni fugit in torretez carith / et coruus portabat ei panez et carnes mane et vespere / ¶ Siccato autez fonte misit euz dns ad viduaz sareptenaz / quaz cuz inuenisset colligentez ligna ut sibi et filio ex modica farina et modico olei cibuz faceret et postea fame tabesceret ait elyas noli timere fac michi primo subcinericiuz panez tibi et filio tuo facies postea / hoc eniz ait deus israel ydria farine non deficiet / nec lecitus olei diminuetur donec pluat super terraz / ¶ Duz vero pasceretur ibi elyas / mortuus est filius vidue / quez ebrei aiunt fuisse abdiaz prophetaz / euiqz suscitauit elyas / ¶ Post triennuz siccitatis et famis elyas / per abdiam ad se vocatuz achab / audit dicentez tu es qui conturbas israel / Respondit elyas non suz ego / sed tu et domus patris tui / qui relinquentes dnz secuti estis baal / veruntamen congrega omnez israel / ad montez carmeli / et prophetas lucoruz 400 / qui comedunt de mensa Jezabel / quo facto iubet elyas prophetas illos unuz bouez ponere super araz et ipse similiter fecit / ut ille qui de sublimi ignez venire faceret pro deo habeatur / annuit populus / ¶ Igitur sacerdotes baal / a mane usqz ad meridiez / transiliebant altare / percucientes se lanceolis / et nil actuz est / post hoc elyas foueas fecit circa altare dni et impleuit aqua / eoqz orante descendens ignis de sublimi vorauit holocaustuz et lambuit aquam et clamauit populus dns ipse deus est et ducti sunt omnes prophete baal / ad torrentez cyson / et ibi elyas occidit eos / et data est grandis pluuia super

terram/ ¶ Jezabel hijs auditis/ Elie comminata est
mortez ipse vero fugit in bersabee/ et intrauit de
sertuz via unius diei/ et obdormiuit/ et afferens an
gelus subcinericiuz panez et vas aque et iussit
euz comedere/ semel et iteruz dicens grandis est via
tibi restat/ et ambulauit in fortitudine cibi illius
xl diebus et xl noctibus usqz ad montez dei oreb/
¶ Inde misit euz dns in damascuz ut pro ultione
sua ungat azaelez regez super syriaz/ et hyeu sup
ysrl/ et heliseuz de abela in prophetaz/ et isti tres in
terficient ydolatriaz de ysrl/ et qui adhuc serua
ui michi vij milia virorum in ysrl qui non curua
uerunt genua ante baal/ Elias non unxit aliter
azaelem nisi qz hoc ei predixit per heliseum/ et
hyeu unxit unus prophetaruz missus ab eliseo/ he
liseuz vero non unxit/ nisi mittendo palluz suuz
super euz et continuo prophetauit/ et sequtus est elya
et ministrabat ei ¶ benadab autez cuz 32 regibus
obsedit samariaz et misit ad achab ut daret filios
suos quos mitteret quicquid accipere vellent etia
uxores et filios/ confortauit autez euz micheas p
pheta/ ut quidaz volunt/ dicens/ hec dicit dns om
nez hanc multitudinez tradaz in manu tua per
pedisseros principuz prouinciaruz et ille petijt/
quis erit dux eoruz et respondit tu/ et inuenit a
chab filios principuz 232/ et contra misit benadab
700 viros quibus ab illis prostratis fugit exer
citus syroruz percussus plaga magna/ ¶ Dixerunt
autez syri/ dij montiuz dij eoruz/ ideo sequenti
anno venerunt in afferh in campestribus/ et dixit
vir dei ad achab quia dixerunt non est dns deus
vallium tradaz eos in manus tuas et percussi sunt
ex syris .C. mil/ et quia dimisit benadab et confe
deratus est ei/ micheas propheta ait ei/ quia dimisis
ti viruz dignuz morte erit anima tua pro anima
eius/ et iratus achab euz misit in carcerez ¶ Na
bath vineaz suaz ex testo successoribus debita, no
luit vendere achab/ Jezabel autez videns ob hoc co
tristatuz regez procurauit ut iudices ysrl euz pro
ductis falsis testibus lapidaret/ et cuz ad vineam
descenderet achab/ elias ait ei/ hec dicit dns sic
canes linxerunt sanguinez naboth ita lingent tuu
et comedent carnes Jezabel in agro Jezrael/ et des
truet dns domu tuaz super Jeroboam et baasa/
timens autez achab valde scindit vestimenta sua
et operuit se cilicio/ et ambulauit demisso capite
/ et ait dns quia humiliatus est achab/ non inducaz
maluz in diebus eius sed in diebus filij sui/ 38m

38m ra/ 4us pma pars de Josaphat/ et sibi contemporaneis

Iosaphat patrez aza in vijs eius
bonis sequtus est/ et tercio anno
regni sui precepit principibus et
sacerdotibus ut per singulas ciuitates doceret ppl'z
legez moysi cuzqz diues esset filio suo Joraz filiaz
achab et Jezabel accepit/ et iuit contra syros cuz
eo partuz ad recuperandu ramoth galaad contra
michee consiliuz ra° 22. unde et a Jeu propheta redar
gutus est dicente/ Impio prebes auxiliuz et hijs
qui oderunt dnz amicicia iungeris 2 p. 19. ¶ porro
cuz amonite et moabite et arabes venerunt in
Judaz/ rex indicto Jeiunio omnez populum in te
pluz ad obsecrandum dnz congregauit/ ibiqz ab

ozieie confortatus est/ dicente in templo/ Judea
et Jerlz nolite timere 2 p. 20. et egressus hostes
percussit ¶ Cuz ochozia etiaz cuius opera pessima
fuerunt amicicias iniit/ ideoqz naues eius quas mi
serat in ophir in asyon gab. confracte sunt sic pre
dixit eliazar/ ¶ Tunc 7us rex latinoruz fuit Si
luius tyberinus/ a quo fluuius dictus est tyberis ĉ
qui prius albula dicebatur/ ¶ Omerus poeta in grecia
claruit de quo ait elinandus et valerius libro 10°/
quia leuez quaedaz in insula a nautis propositaz explica
re non potuit/ et cuz prolixius ab eis derideretur/ iur
verecundi ingenij quasi cogitato confusionis iaculo
percussus spirituz exalauit/ hoc tamen de platone
asserit flamanus vel de vestigijs phorum/ dicens
xenofontinos aduersus platonis gloriaz confinxisse
nonnulli dicunt putant omeruz platoni fuisse sy
nonimuz propter eloquentiaz et pectoris latitudinez

/Secunda pars/ de Regibus ysrahel/

Ochozia achab patris et Jezabelis opera se
quutus est et recessit moab a tributo eius
et ipse cecidit per cancellos cenaculi/ et misit nunti
os ad consulenduz deuz acharon de salute/ quibus
occurrens Elias ait/ dicite ei quia morietur/ misit
autez principez quinquagenariuz ut duceret Eliaz
sed ad verbuz elie igne celesti voratus cuz 50 suis
similiter et secundus/ tercius vero qui creditur
fuisse abdias humiliter rogauit euz/ Elias vero
monente angelo iuit cuz eo/ et mortez regi annu
ciauit/ quia spreuerat deuz isrl/ et regnauit frat
eius pro eo/ ¶ Cuz autez eleuare vellet dns Eliaz
Ille Jordanez percussit pallio et diuise sunt aque
transiuitqz cuz elizeo per siccuz/ postea ait Elias
ad eliseuz postula quod vis anteqz tollar a te/ qui
ait/ obsecro ut requiescat duplex spiritus tuus in
me ad prophetanduz et miracula operanduz/ et cuz
pergerent currus igneus/ et equi ignei diuiserunt
utrumqz/ abiecit elias palluz eliseo quo percussit Jor
danez in reditu/ et non sunt diuise aque sed di
cens ubi est deus elie etiaz nunc percussit iteruz
et pertransijt ¶ Dixerunt autez eliseo viri Jerico/
terra hec optima est sed aqua torrentis pessima/
ille in vase terreo ponens sal misit in fontez et
sanatus est/ et cuz ascenderet in bethel ex pueri
clamauerunt ascende calue ascende et maledixit eos
et duo ursi deuorauerunt eos/ et cuz pertransisset
per montez carmeli redijt in samariaz ¶ Joraz tulit
de samaria que pater eius achab induxerat/ sed non
Jeroboaz/ et per micheaz reprehensus occidit euz pre
cipitio/ ait epiphanius eps salamine cipri aliis e
micheas sextus prophetaruz ¶ processit autez contra
moab qui negauerat sibi tributuz/ et cuz eo Josaphat
sertuz ducens regez Edom cuzqz iuissent per desertuz
ydumee 7. diebus nec erat eis aqua/ sed vocatus
eliseus propter Josaphat/ factis fossatis in alueo torrentis
produxit aquasque cuz turbide descenderent versus
moab/ putauerunt moabite sanguine infectas bellatu
contra se reguz/ et euntes quasi illos debellati sunt/
Rex vero moab in arto positus filiuz qui regnaturus e
rat immolauit/ in muro/ Reges autez humana compas
sione obsidionez soluerunt/ et occurrens hyeu filius
Ana culpauit Josaphat qz ydolatrie prebuisset sola
ciuz ¶ Uxori etiaz abdie qui filios relinquerat de

bitis obligatos propter alimoniaz prophetarum Eliseus multiplicauit modicum olei intantum ut satisfaceret debitoribus et ipsa cum filijs uiueret de reliquo ¶ Mulieri etiaz sterili que ei sepe transeunti paruulum habitaculum fecerat filium impetrauit et postea defunctum suscitauit/ ¶ Filij quoqz prophetarum tempore famis iussit parari cibum et inter ceteras herbas fuerunt coloquintide/ et clamauerunt mors idest amaritudo in olla uir dei ille farinullaz in olla iaciens cibum dulcorauit ¶ Viginti etiaz panes ordeacios iussit apponi et dubitanti puero dixit comedent et supererit et ita fuit ¶ Naaman leprosum iussit in Jordane septies lauari et mundatus est Gyezi uero puer elisei eius nomine petijt aliquid a naamã/ cui postea astanti ait eliseus quia hoc fecisti lepra naaman adherebit tibi et semini tuo in eternum/ ab isto gyezi uendentes spiritualia dicti sunt gyezite/ sicut ementes symoniaci a symone et statim egressus est a facie eius leprosus ¶ Ferrum quoqz Jordane lapsum porrigente elizeo lignum enatauit/ ¶ Audiens etiaz rex Syrie/ ꝗ secreta sua magnimi insidias reuelaret regi israel/ misit robur exercitus sui ut caperetur/ timorauit et timens puer eius uidit montem plenum curribus igneis idest agminibus angelorum/ Syros autem percussit aorisia et adduxit eos in samariam/ nec eos ledi permisit/ et non uenerunt ultra elysei latrunculi syrie in israel ¶ Item cum tanta esset fames in samaria obsidente eam rege Syrie/ ꝗ caput asini uenderetur 80· argenteis Vnaqz mulier conquesta sit regi ꝗ altera mulier ferum eius similiter comederat et nunc proprium abscondebat predixit elyseus in crastino ubertatem/ et immittente dns sonum magni exercitus fugauit Syros et habundauit ciuitas ¶ Audiens benadab ꝗ deus et non homo amouisset obsidionem egrotauit/ misitqz Azaelem obuiam elyseo eunti damascum ut sciret si sanari debebat/ Elyseus autem reuelauit azaeli ꝗ rex esset futurus/ flenitqz sciens ꝗ mala facturus erat israeli/ ille uero rediens stragulum posuit super faciem regis et regnauit pro eo/ 36.us ca.m / cuius prima pars de Joraz et ochozia et Atalia regibus Juda

Joraz consilio uxoris sue athalie filie achab et yezabel ydola coluit et Jerosolimitas ad ydolatriaz compulit/ sex quoqz fratres suos occidit/ Edon ab eius dnatione recessit· r.o 8· iuxta comminationem quoqz cuiusdam Elye/ arabes irruentes in Judeam uastauerunt domos regias/ et abduxerunt uxores regis/ et filios preter oziam occiderunt ipse tandem comminaz incidens infirmitatem interna uisce(rum) corruptione mortuus est/ ¶ Ochozias ambulauit in uijs achab aui maternj/ et in obsidione ramoth cum patruo suo Joraz perrexit 8.o capto Secunda pars de regibus israel

Misit autem Eliseus unum de filijs prophetarum qui Jehu unxit in regem israel ille uero cum exercitu rediens occurrentem sibi Joraz cum ochozia occidit/ fugientem etiaz ochoziam uulnerauit/ et de uulnere mortuus est/ Joraz autem proiici fecit in agrum naboth/ ubi canes sanguinem naboth linxerat in filio ¶ Ingressus autem opidum Jezabelem de turri precipitari fecit et a pedibus equorum conculcata est/ et cum in conuiuio uellet eam sepeliri nichil inuenerunt nisi caluariaz et pedes et summitates manuum/ et ait Jehu impletum est uerbum dni quod loquutus est per Elyaz ¶ Et misit ad nutricios 70 filiorum achab in samaria qui portauerunt ei capita eorum/ ceteros omnes de domo achab occidit in yesrael/ et cum iret in samaria obuiauit ex fratribus ochozie ignorantibus quod acciderat/ et uenientibus ad salutandum fratrem atqz Joraz occiditqz eos/ ¶ Tunc egressus est in occursum Jehu Jonadab filius rechab et benedixit ei pro ultione quaz fecerat/ Ipse uero reliquos de achab consumpsit in samaria/ ¶ Et simulans se uelle ampliare cultum baal omnes seruos baal congregatos iussit interfici/ statuaz eius comminuit et de templo latrinas fecit/ et propterea regnauit usqz in quartaz generationem ca.o 10.o/ Tercia pars de Athalia

Athalia mater ochozie filium mortuum uidens ut posset regnare occidit omne semen regium excepto Joas filio ochozie quem adhuc lactantem uxor Jorade pontificis que soror fuerat ochozie ex patre vj annis ne interficeretur abscondit In vij.o autem anno Jorada congregatis sacerdotibus et leuitis ac ceteris omnibus eum in regem inunxit/ et athaliaz reclamantem occidi fecit ca· 18· templum baal quod fecerant Joras et athalia et azas destruxerunt et sacerdotem baal ante araz occiderunt Vixit autem Joiada pontifex 120 annis secundum eusebium/ Jonadab filius rechab clarvit cuius filij precepto patris in tabernaculis seorsum habitantes nec domos edificabant nec seminabant nec uineaz plantabant nec uinum bibebant Jer 35.o/ 36.us ca.m cuius prima pars de Joas rege Juda et ligurgo et sibi contemporaneis

Joas sartatecta restaurari fecit et cunctis diebus Joiade recte uixit sed post mortem eius a legitimis dei declinauit et optimates exemplo suo uiciauit/ quem cum azarias qui et zacharias filius Jorade sine barachie argueret lapidari fecit inter templum et altare et extunc ut ait epiphanius/ nec ex dabir nec ex ephod manifeste sicut prius populus in templum responsum accepit/ ¶ Azael autem rex Syrie expugnata geth ascendit ierlm Joas uero misit sibi thesauros domus dni et domus regie et recessit ab eo/ hic diuinos honores sibi exhiberi passus est ca.o 12.o/ propterea secundum ebr incurrit languorem pessimum/ et percusserunt eum duo serui sui et mortuus est/ ¶ Tunc ligurgus in signis habetur/ de quo Justinus libro 3.o/ cum ligurgus fratri suo polibite spertanorum regi successisset carilo filio eius cum ad etatem adultam peruenisset/ regnum cum summa fidelitate restituit medio autem tempore leges instituit exemplo earum in inuentione clarior quarum quia dure uidebantur apolinem delphicum finxit auctorem/ Prima lege populum in obsequium principum principes autem ad iusticiam informauit/ Secunda patrimonium omnibus suasit/ per eam extimans laborem milicie feliciorem fore/ Tercia/ emi non pecunia sed compensatione merces Quarta auri et argenti usum quasi materiaz omnium scelerum abstulit/ Quinta administrationem rei publice per ordinem diuisit/ Sexta fundos equaliter inter omnes partitus est ne unus alio esset potentior/ Septima omnes cominari publice/ ne cui diuicie uel diuicie in occulto essent Octaua/ Juuenibus non plus una tunica uti toto anno permisit/ Nona pueros puberes non in foro sed in agro duci/ ut

- C. 36. - C. 37. - C. 38.

primos annos non in luxum sed in opere ageret
Decima virgines sine dote nubere ut severius
viri sua matrimonia colliberent. Undecima magni-
mam honorem pro gradu senum esse voluit. Duodecima
senatum creandi populo quos vellet concessit. Dein-
de ut eternitatem legibus daret iureiurando obli-
gat civitatem nil eos de legibus mutaturos priusquam
ipse reverteretur, simulans se ad oraculum delphi-
cum proficisci consulturum quid addendum quidve di-
minuendum. Profectus est autem in cretam ubi volun-
tarium perpetuo egit exilium et moriens abici sua
ossa in mare iussit, ne eorum reportatione se legi-
bus lacedemonii solutos putarent. Secunda pars de regibus Israel

Joachas ambulavit in viis
Jeroboam et iratus dominus dedit Israel in manu
azael et benadab filii eius, et non sunt
derelicti Joachaz de populo nisi 50 equites et decem
currus et 10 milia peditum et clamavit Joachaz ad
dominum et dedit ei pacem in diebus eius. Joas autem
ambulavit in viis Jeroboam non adeo ut patres
eius. Egrotabat autem Elyseus et flebat Joas dicens
pater mi currus Israel et auriga eius et dixit ei Ely-
seus prohice sagittam per fenestram qua proiecta ait
sagitta domini contra Syriam, et iterum ait percute iacu-
lo terram, ille vero percussit tercio iratus Elyseus ait
si percussisses usque septies totiens et Syriam percus-
sisses, nunc autem tercio percuties et sepultus est
apud abdyam. In cuius sepulcrum propter superveniente-
tes latrunculos quidam deferentes corpus mortuum
proiecerunt, quod tactis ossibus Elysei revixit.
Mortuus est et azael rex Syrie cui successit filius
benadab contra quem Joas tercio victoriam habuit
et recuperavit civitates quas tulerat azael. C. 37.
Capitulum cuius prima pars de Amasia rege et de morte

Amasias primo quod rectum
est in conspectu domini fecit, et colligens
exercitum contra ydumeos et amale-
chitas, cum a rege Israel C. milia armatorum conduxis-
set suadente propheta eos dimisit quia ydola secum
ferebant, percussit ergo ex Edom 10 milia in valle
salinarum et cepit petram arabie nobilem civitatem
alia quoque decem precipitantur de monte, demumque y-
dola que tulit de amalech coluit, audiens quia
darent responsa, et quia amalechite perissent quia
ea non digne coluerant, elatus ergo in superbiam
regem Israel sibi servire petit quo negante et in bel-
lo eum superante 400 cubitis murum a porta salis
effraym vel vallis usque ad portam anguli Jerusalem des-
truxit, sublatis thauris templi et domus regis
et obsidibus in samaria deductis C. ie. demumque
coniuratione facta contra eum fugit in lachis ibique
comprehensus occisus est. Tunc fuit primus rex
latinorum Picus qui post Saturnum deificatus est secundum Augustinum
18 de civitate dei capitulo 21. 2a pars de regibus Israel

Jeroboam ambulavit in viis prioris Je-
roboam, hic restituit terminos Israel ab
introitu emath usque mare mortuum
unde elatus fecit malum coram domino et missus est Amos
tecuites de pastoralibus qui pascat gregem in samaria
et prediceret eversionem domus Jeroboam et calamitatem
Israel, et prohibitus a rege ne amplius prophetaret, respondit
se non esse prophetam sed pastorem missum a domino et
ab frequenter ab amasia sacerdote bethel plagis
affectus est tandem ab ozia eius filio vecte per tempo-
ra transfixus est et semivivus in terram suam transla-
tus. C. 38. capitulum de ozia et sibi contemporaneis cuius prima pars de

Ozia qui et azarias quod placitum, gestis eius
erat in conspectu domini fecit amonites sibi
tributarios constituit, muros Jerusalem rehedificavit, ama-
tor agriculture fuit sacerdotium sub maria usurpavit
propter quod lepra percussus est et factus est terremotus
et sol valde refulsit ante civitatem scissa est media pars
montis ad occidentem et vias clausit et regios ortos
oppressit. 2a pars de ortu Remi et Romuli

Eius tempore ex marte et ilia remus et romu-
lus generantur, cum elmandus qui latino-
rum 16us regnavit Amulius prote filius
huius frater maior numitor ab eo regno pulsus in agro
suo vixit, filia vero eius ylia ad medi spem partus
causa virgo vestalis est electa, que cum uno partu gemi-
nos edidisset infantes iuxta ripam fluminis tyberis ex-
positos faustulus regii pastor armenti ad Accam lau-
rentiam uxorem suam que propter pulcritudinem et ra-
pacitatem corporis questuosi lupa a vicinis vocabatur
a qua meretricum cellule lupanaria dicuntur detulit
qui cum adolevissent collecta pastorum et latronum ma-
nu, interfecto apud albam amulio avum numitorem
in regnum restituunt. Justinus autem dicit quod ylia per-
petua virginitate dampnatur ne quis ultor patrius
ex ea nasceretur, et dubium est si ex stupro an ex mar-
te nati sint, et quia amulius parvulos exponi fecit, et
expositos alnit lupa quam bestiam extimant ad martem
pertinere quasi cognoverit filios dei. Situ 18 de ci-
vitate dei capitulo 22. et pueri adulti cum latrones pecora sub-
moverent remus a latronibus captus numitori tamquam
latro suarum omnium offertur, quem cum inspiceret et per
similitudinem figure pre consideraret, tempusque expo-
sitionis pensaret, repente faustulus cum romulo super-
venit, et de puerorum origine eum docuit, factaque con-
spiratione amulium interficiunt et numitorem restitu-
unt regno. 3a pars de translatione Monarchie

Monarchia assyriorum defecit in Medos
de qua ait Justinus libro primo ninias filius Ni-
ni et semiramis contentus elaborato a
parentibus imperio belli studia deposuit, et veluti sexum
cum matre mutasset, raro a viris visus, in turba femina-
rum consenuit, postea quoque eius exemplum secuti res-
ponsa gentibus per nuncios dabant. Postremus apud
eos regnavit sardanapalus vir muliere corruptior
qui tarsum et anchialem condidit, ad hunc videndum quod
nemini ante eum concessum fuerat prefectus medie ar-
bactus introducitur qui egre hoc ambitione optinuit
viditque eum inter scortorum greges purpuram colo neren-
tem muliebri habitu, qui cum omnes mulieres lascivia
oculorum et mollicie corporis anteiret, pensa inter vir-
gines partiebatur, quibus visis indignatus parere tan-
tam lanam habens ferrum et arma, egressus ad socios
quid viderit refert, et negat se ei parere posse, qui ma-
lit mulier esse quam vir, fit igitur coniuratio, et bellum
sardanapalo infertur, qui tandem constructa pyra se su-
asque divitias in ignem misit, hoc solo virum imitatus
post hoc constituitur rex arbactus qui imperium trans-
fert in Medos quorum prefectus erat. Ozie etiam an-
no xviiio ortum est regnum macedonum in quo primus

Marginalia: 3119 · 52 · xo. P. 2 · Re mi · Jnitium romanorum · 3110 · 29 · Elyseus moritur · 18 ca. · 38 P.

Carnariis. ¶ Phul rex assyriorum causa recuperande monarchie ascendit in terram et cum successoribus suis infestavit regnum israel usque ad plenam eius destructionem. Tirreus prima navigavit in colonthum ex inde plura emersere bella et per varia media ad sathas caldeosque et cursum ad medos regnum redijt. nam et si babilone potestas apud medos proprietas tamen apud caldeos fuit. ipsique propter urbis dignitatem non illi suam, sed se potius illius idest babilonis vocabant. ¶ Eo autem tempore quo babilonia ab arbato dehonestata est, rome semina oriuntur, que illi imperio quasi filia successit, de qua .1ª pe. v°. salutat vos ecclesia que est in babilone collecta. Unde Augustinus .18. de ci. dei. ca. 22. roma velut prioris filia babilonis et quasi altera babilon. ¶ Verum inter hec duo regna quasi inter senem patrem et impuberem filium quasi tutores duo regna oriuntur, assiriorum a meridie et macedonum a septemtrione, brevia fuere sicut curatores potestate temporis non iure hereditatis. ¶ Lidorum regnum exp. anno ozie ortum est sub ardizo primo rege.

Quarta pars de regibus Israel.

Zacharias xiiij a hyeu interficitur a sellum filium iabis et v generatione de hyeu translatum est regnum iuxta sermonem domini. ¶ Sellum vero occidit manahem. ¶ Manahem datis 1000 talentis argenti phul, ut ab eo recederet dono falsorum vitulorum eius iram in se provocavit. ¶ Tunc olimpias prima constituitur, et grecorum ystoria certior est. Faceiam occidit facee cyliarcus eius in convivio honorum. ¶ Facee non restitit tegla falasar quin captivaret ij tribus et dimidiam et de tribu zabulon equipolentes dimidie. ¶ Osee dedit licentiam iudeis ascendendi ter in anno in ierusalem et captivate sunt vij tribus a salmanazar in quibus fuit tobias, obsessa ccc. annis samaria cuteis vel iacobitis vel samaritis impleta que ob timorem leonum lege recepta non abiecerunt ydola. ¶ Athenis primo tireus navigavit. ¶ Tunc etiam ysiodus in signis habetur. Tricesimi nonum ca.m de Ioatam rege iuda et prima captivitate Israel.

Oatam fecit bonum coram domino, portam sublimissimam ipse edificavit que speciosa dicitur ac 3. quam putant thurem gregis, et hec sola remansit facta per caldeos. hic vicit amonitas et imposuit eis tributum in argento frumento et ordeo. portam etiam gregis edificavit, 2 R 16°. ¶ Contra facee autem regem israel venit tegla fasar et transtulit tres tribus in assyrios et hoc fuit initium captivitatis decem tribuum.

Quadragesimum ca.m de Achas, et sibi contemporaneis, 4 pars.

Achas ambulavit (pars 6 de eius malicia) in vijs regum israel domini de filijs suis consecravit ydolo, traciens per ignem tophet in valle beeno idest filij enno cuius erat vallis. tunc secundum Iosephum ascenderunt primum contra ipsum Rasin rex syrie et facee filius romelie rex israel et victus est achas et occisus filius eius zacharias et multa milia cum eo 2. par 28. ¶ Secundo autem ascenderunt ca. 16° et ys 7°. cumque timeret achas nimis, confortavit eum ysayas dicens ne timeas ab hijs duabus caudis titionum fumigantium hoc sed non credidit prophete, nec voluit monitus querere signum a domino. propter quod signum datur domui david durature usque ad tempus signi. Ecce virgo concipiet etc. quod fuit signum domui david tempore nativitatis domini, quia nisi crederent omnes simul perirent. quod per titum et vespasianum completum est. Secunda pars de secunda captivitate Israel et de samaritanis.

Et misit nuncios ad regem assiriorum tegla falasar dicens servus tuus sum salvum me fac de manu regis syrie et regis israel. et intravit rex assiriorum in syriam et cepit damascum et interfecit Rasin et damascenos transtulit in cyrenem que est versus ethiopiam, est enim alia in affrica, et occurrit ei achas cum muneribus in damascum, cumque vidisset altare damasci misit ad uriam sacerdotem ut simile construeret. et de altari eneo tradunt quidam fecisse sibi horologium et super altare novum obtulit, et sicut reclusit templum ita luteres et mare eneum deposuit ut eis non uteretur ut placeret regi assiriorum. deinde ascendit salmanasar rex assiriorum contra ozee regem israel et fecit eum sibi tributarium, compertoque quia postea rebellare niteretur per susach regem egipti cui miserat munera obsedit eum et vinctum misit in carcere in Ninive et transtulit 7. tribus in assyrios ultra montes persarum et medorum idest ultra montes caspios iuxta flumium gozar, et adduxit colonos de cuta regione persidis, unde dicti sunt cutei. multi autem ex vij tribus fugerunt, et post recessum regis assiriorum redierunt et habitaverunt cum samaritis. ¶ Lacedemonij contra messenios propter stupratas virgines suas in sacris messenis, bellum suscipiunt gravissima se execratione obstringentes non prius domum reversuros quam messenia expugnassent. que res dissensionis grece et intestini belli origo fuit. cum vero in obsidione urbis annis 10 tenerentur, et querelis uxorum revocarentur advertentes propter earum infecunditatem decedentium numerum non posse suppleri. Unde iuvenes sibi quam messenis venerant iuvenes eligunt, qui post iusiurandum in supplementum exercitus venerant, eosque remittunt ad communem omnium feminarum concubitum maturiorem conceptum rati si singule plures viros experiantur ex hijs tunc nati ob notam materni pudoris spartani vocati sunt. tandem messenia a lacedemonijs capitur et per annos 70. eis subicitur qui cum ad annum xxx. pervenissent metu inopie nullius enim patris successionem sperabant, ducem falantum assumunt qui auctor fuerat ut taliter nascerentur et in ytaliam transvecti tarentinorum arcem expulsis incolis occupant. postea messeni bellum restaurant, lacedemonij oraculo delphico iubentur ab Atheniensibus belli petere ducem et in contemptum spartanorum dant tirteum poetam claudum pede, qui spartanos tribus prelijs fusos, coactosque servos manumittere ad supplementum exercitus illisque interfectorum matrimonia et dignitates polliceri, postremo redire volentes ita suis versibus hortamenta virtutis et belli exposuit consilia, ut accensi spartani superiores bello fierent. Interiecto tempore messeni tercium reparavere bellum. lacedemonij vero inter alios socios etiam athenienses adhibuere, deinde quasi suspectos dimiserunt, indignati athenienses pecuniam collectam pro persico bello ab universa grecia a delo athenas transferunt, ne in fide deficientibus lacedemonijs preda fieret. lacedemonij immiserunt pelloponeses contra athenas, tunc classis atheniensium ierat in egiptum ideo facile superantur, post sicorum autem reditum bellum reparant. Lacedemonij vero dimissis

C. xo.

messenii contra athenienses arma dirigunt, tandem equo marte discedunt. Inde revocati lacedemonii ad messeniorum bellum cum thebanis componunt ut beotiorum imperium rehabeant quod tempore persici belli amiserant. Athenienses duos belli duces perficiunt periclen et sofoclem tragedum qui diviso exercitu sparthanorum agros vastavere, et multas asye civitates subiecerunt. hiis malis fracti lacedemones pacem in annos xxx faciunt, sed in duodecimo anno fracto federe agros atticos populantur et hostes ad bellum vocant consilio periclis dissimulata iniuria postea athenienses totam sparthanam predantur, proinde huius periclis agros hostes in populatione aliorum dimiserunt intactos ut illi suscitarent aut invidiam aut proditionis notam quod ille precognoscens agros reipublice dedit, intantaque periculum, deinde navali bello lacedemonii victi fugiunt, et terra marique se mutuo ledunt. deinde fessi tot malis pacem faciunt in annis xo, que non amplius sex annis servata est. exeunt, exeunt per socios bella commovent magnamque in sicilia. hi. p. 8. c. 3a

Post edificationem ¶ ps. de Rome edificatione turris babel ac divisionem linguarum, ferunt noe rate applicuisse ytaliam et in loco proximo ubi roma postea edificata est sui nominis construxisse pagum ibique laboris et vite finem fecisse. ¶ Ianus deinde silvius cum Iano filio Iaphet nepote suo et chamese indigena civitatem Ianiculum construens apud transtiberim palatium edidit et Ianiculum appellavit, ubi nunc est ecclesia sancti Io. ad Ianiculum ¶ ad hunc quoque locum veniens saturnus eius auxilio opidum construxit ubi nunc est capitolium ¶ Consequenter ytalus ad Ianum et saturnum veniens cum syracusanis iuxta tiberim civitatem edificavit, ¶ hercules postea cum armis exercit valeriam sub capitolio ¶ Exinde rex tiberis ab oriente cum sua comitiva veniens et ipse iuxta tyberim edificavit ¶ Evander postea rex archadie in monte palatino construxit opidum ¶ rex etiam coribantum urbem edificavit in valle cum suo exercitu, ¶ Et glaucus nepos Iovis menia construxit ibidem ¶ Eneas etiam cum troianis fortilicium erexit supra ca.o 26. p. 7a ¶ Aventinus quoque in monte aventino et civitatem etiam mausoleum sibi construxit, ¶ Tandem primo anno athas in monte palatino ubi evander edificavit, locumque neglexerat propter palladis filii necem Remus et Romulus avo regno albanorum restituto, cum essent annorum. 18. civitatelle fundamenta iecerunt ¶ Tercio anno edificate urbi orta inter gemellos de principatu contentione regnum committunt augurio Remus aventinum montem Romulus conscendit palatium, primus prior sex vultures Romulus posterius vidit 12. utriusque comitiva suum consultat regem magna spe elati bellatricem futuram urbem ambo id policentibus avidis prede et sanguinis, unde et proximis fraterna cedes in ea victima prima fuit. dum enim hii prioritate, illi pluralitate auspicii gaudent a contentatione verborum labuntur ad vulnera, idest remus in turba ictus occubuit, quibusdam placet quod contra edictum muros nove urbis transiliens a fabio Romuli duce rastro pastorali percussus sit ¶ post parricidium urbs continuo sceleratorum concurrentium promissa affinitate asilum efficitur latinorum atque tuscorum confluxerunt et friges qui cum enea et achades qui cum evandro advenerant ¶ hii matrimonia a finitimis petita quia non impetrabantur manu rapiunt, simulatis enim a noviis equestribus ludis, virgines que ad spectaculum venerant preda fuere. pulcerrima autem virginum thalamoni duci romuli sorte data est, et quia bene cesserat ei locus nuptiarum thalamus dictus est, hoc statim fuit causa bellorum nec alias quam parentum sanguinem dedere coniugibus, nam ad tacium sabinorum regem undique congregantur. Inexpertatis autem custrumeriis atque athenatibus, gens ceninensium in agrum romanum impetum facit, fit obvius cum suis romulus levique certamine exercitum fudit et rege mudavit, et urbem primo impetu cepit, inde spolia ducis fabricato apto ferculo in capitolium tulit, Iovisque templum designavit, cognomenque dedit dicens, hec tibi victor Romulus rex regia arma feres templum hiis regionibus quos modo animo metatus sum dedito etc. ¶ Secundo autem redeuntem cesi sunt ¶ Deinum contra crustumeros bellum inferentes profectus minus certaminis habuit, ¶ postea sabinis porte per virginem produntur aurum tacio policente quod armati levo brachio ferebant armillas scilicet et gematos magna specie anulos erat autem spurii tarpei filia qui romane arci preerat, tamen autem in ipso aditu pugna fuit ut romulus feretrium Iovem oravit fedam suorum fugam sistere, supervenere rapte laceris comis, sic pax cum tacio, fedusque percussum est resque mira sequuta est ut propriis relictis sedibus in novam urbem hostes cogitarent nobilesque exeunt Romulus prefatas urbes sub una restrinxit clausura, et urbis partem tacio et sabinis assignavit ut essent sibi auxiliatores et socii, romani ad amiciciam confirmandam nomina sabinorum preponebant suis et similiter faciebant sabini unde accidit ut nemo romanus exeunt sit absque prenomine. romulus quoque eadem causa cum sabinorum more astam ferret que eorum lingua quiris dicitur, quirinus est dictus. Sabini vero diu in fidei tenore neque cuncti mansere, Igitur in perfidos vindicavit, fideles autem quirites appellavit ¶ ps de palaciis rome et edificiis.

de palaciis Rome

Palacium maius erat in medio urbis in signum monarchie orbis, palacium Romuli iuxta tugurium faustuli, pal. neronis lateranense pal. sussurianum ubi nunc est ecclesia sancte crucis, palacium pacis, pal. traiani, pal. Adriani ubi est columpna, pal. neronis supra hospitale sancti spiritus usque ad sanctum petrum, pal. camilli, pal. claudii prope pantheon, palat. Anthonii ubi alia columpna, palat. Iulii cesaris ubi quievit, pal. Eufemiani in monte aventino, pal. titi et vespasiani foris muros ad catacumbas, palat. Constantini ubi equus eneus qui dicitur constantinus sed non est, tempore in quo consules et senatores urbem regebant armiger procere stature et animo audax potentissimum regem qui urbem obsederat, cum solito more ad requisita nature exisset raptum violenter in urbem portavit, et soluta fuit obsidio In huius rei memoria idem armiger obtinuit fieri etc., palacium domiciani transtyberim ad micam auream, palatium olimpiadis ubi assatus fuit beatus laurentius pal. Octaviani ubi est ecclesia sancti silvestri ad capud, pal. vetus apud stolam grecam, pal. Ciceronis, pal. Catiline ubi est ecclesia sancti Antonii iuxta locum qui dicitur infernus quia ibi erat vorago antiquitus cuius exalatio perniciosa erat

romanis. In quam Marchus Curtius responso deorum armatus se iecit ut urbs salvaretur, et clausa est terra et civitas liberata. ¶ Palatium quod dicitur therme domitiane olimpiadis agripine. ¶ Capitolium autem caput erat totius urbis, ubi consules ac senatores manebant ad gubernandum subiectos, cuius facies erat erecta muris altis et firmis vitro et auro undique cohopertis ut esset speculum cunctis cernentibus. ¶ In summitate arcis Capitolii fuit templum Iovis. Sub capitolio ubi iacet simulacrum Mamutini. Templum fatale ubi est sancta Martina. Templum refugii ad sanctum Adrianum. Templum concordie ad sanctum Sergium. Templum Cereris et telluris in canapara. Templum veste ubi dicitur infernus et draco cubare. Tem. asyli in ecclesia sancti Cosme. Tem. pacis retro sanctum Cosmam. Tem. concordie et pietatis in sancta Maria nova. Tem. Solis fuit coliseum et stabat eius simulacrum in summitate colisei, cuius manus et caput sunt in laterano. Tem. solis et lune erat septisolium quod fuit septem ordinibus columnarum subnixum. Tem. Cibrum propter victoriam de cimbris in monte esquilino qui est inter sanctam Mariam maiorem et lateranum. Tem. Cybeles ubi est sancta Maria rotunda. Tem. Fauni cuius simulacrum locutum est Iuliano et decepit eum ad sanctam Mariam de fontana. Tem. Veneris ad sanctum Petrum ad vincula. Tem. Iovis et Dyane in celio. Tem. Saturni et Bacchi iuxta caballos marmoreos, ubi iacent sepulcra eorum, caballi autem illi propterea facti sunt quia imperante Tyberio apparuerunt duo iuvenes Praxitelus et Fydia philosophi qui nudi penitus incedebant asserentes omnia sibi nuda et aperta, etiam secreta cesaris consilia, quod expertus imperator iuxta quod eis promiserat, iussit illos equos fieri pro eorum memoria. Templum Apollinis infra palatium Neronianum quod modo dicitur sancta Petronilla, ante quod est basilica dicta vaticanum, quia illic vates idest sacerdotes Apollinis sua ei canebant officia coram templo. Tem. Solis ad gradelos. Tem. Phauni ubi sanctus Stephanus rotundus. Tem. Minerve ad velum aureum. Tem. Fauni in ponte Iudeorum. Tem. quod dicebatur almiretum totum ex cristallo et auro ubi erat astronomia cum omnibus signis celi, quod destruxit beatus Sebastianus cum Tyburcio filio Cromatii, nunc est sanctus Stephanus in piscina. Tem. Gorgonis sub campitolio. Tem. Iovis et Esculapii in insula. ¶ Fuerunt et plura alia templa et palacia ornata auro et argento ebore et stupendo opere. Fuit et Arcus aureus Alexandri ad sanctum Celsum. Archus Theodosii et Valentiniani et Graciani imperatorum ad sanctum Ursum. Arc. foris portam Appiam ad templum Martis. Arc. Titi et Vespasiani in circo. Arc. Constantini iuxta amphiteatrum. Arc. vii. lucernarum Titi et Vespasiani ad sanctam Mariam novam inter pantheon et templum Romuli. Arc. Cesaris et senatorum inter edem concordie et templum fatale, iuxta sanctum Laurentium in lucina. Arc. Octaviani iuxta illum qui dicitur Anthonini. Arc. ad sanctum Marcum qui dicitur manus carnea. Arc. panis aurei in capitolio. ¶ Sunt ibi et montes Ianiculus Aventinus. C. Celius. C. Capitolinus qui Tarpeius. C. Palanteus vel Palatinus qui et Quirinalis. C. Esquilinus qui et Salustius. C. Viminalis. ¶ Sunt et cimiterium Calipodii ad sanctum Pancracium. D. Calixti iuxta Catharumbas. D. Pretextati inter portam Appiam et sanctum Apollinarem. D. Concordiani iuxta portam latinam. D. inter duos lauros ad sanctam Helenam. D. sancte Agnetis. D. fonti sancti Petri. D. Priscille ad pontem salarium. D. Trasonis ad sanctum Saturninum. D. sancte Felicitatis. D. Potentiane iuxta cimiterium Calixti. D. sancti Cyriaci via ostiensi et alia plura.

Quinta pars de fine eius

Romanum regnum in Daniele ferro designatur quasi sicut ferrum cuncta domat metalla ita totum orbem usque ad Octaviani tempora arma circumferens, a quo exiit edictum ut describeretur universus orbis, ita perdomuit annis paulo plus DCC, ut qui magnitudinem imperii cum annis conferat etatem ultra putet, cuiusque si gesta transcurrat non unius populi sed humani generis facta arbitretur. ¶ Postquam vero lapis sine manibus est excisus de monte Christus natus de virgine comminuturus statuam Danielis, paulatim virtus eius decrevit atque potentia, et si interdum convaluit consequenter tamen gravius cecidit, nam suos cineres sub duce Breno filio minore Galaonis regis Britanie Roma conspexit, et sub Alarico incendium deploravit, successivos quoque et cotidianos defectus gemuit more senis decrepiti vix valens alieno baculo sustentari, vixque habens aliquid honorabilis vetustatis preter antiquam congeriem lapidum et stupenda vestigia ruinosa, quibus eventibus manifeste colligitur nequaquam sumendam de presenti potestatis audaciam, cum mundus deficiat et concupiscentia eius. ¶ In gestis etiam sancti Benedicti ait Gregorius quod antistiti Canusie dicenti quod per Totilam Roma destrueretur respondit Roma a gentibus non exterminabitur sed tempestatibus et coruscis et turbinibus fatigata marcescet in semetipsa. 6a pars

Romulus prudens et bellicosus in De Romulo regem sublimatus iussit contra emergentia bella in armis et equis iuvenes excubare, consilium vero regende reipublice apud C. senes constituit de quo ait Lucius Piso quod ad cenam vocatus non multum bibit, quia post tridium negotium haberet, dictumque est ei Romulo, si istud omnes facerent vinum vilius esset, ymmo non inquit carum si quantum volet quis bibat. ¶ Inter latinos hic primus menses distinxit annos a Marcio inchoans ad honorem Martis quia tunc bella Romani inchoabant. Secundum Aprilem quia aperiuntur arbores. Tertium Maium propter maiores. Quartum Iunium propter iuniores. Quintum Quintilem. Sextum Sextilem. Septimum September, et sic de aliis. Alii duo fuerunt additi ut infra. ¶ Post Romulum regnaverunt ut figura docet qui a Roma reges romani dicti sunt. 7a pars de decem Sibillis

Quidam dicunt Sibillam Eritream claruisse sed invenisset a captivitate troie circa de qua prophetavit. Ideo dicunt alii fuisse cumanam. Sibille autem lingua greca dicuntur omnes femine vates fuerunt autem decem. Prima de persis. Secunda libica. Tercia delphica. Quarta cimeria ytalica. Quinta eritrea que in babilone nata eritrea dicitur quia in eadem insula inventa sunt eius carmina. Sexta eriofila que et Samia a Samo insula. Septima cumana a civitate Cumis que est in campania cuius sepulcrum est in Sicilia et nominata est Almaltea, que novem libros attulit Tarquinio Prisco, in quibus erant decreta romana conscripta, ipsa dicta est et cumea. Octava Elespontica in agro troiano nata, que scribitur Salomonis et Cyri fuisse temporibus. Nona frigia. Decima tyburtina, quarum omnium solempnior Eritrea reputata est, que contra cultores falsorum deorum ita loquitur ut inter illos qui pertinent ad civitatem dei deputari videatur, secundum Augustinum 18 de civitate dei capitulo 23°, in primis litteris suorum versuum continetur Ihesus Christus filius dei salvator.

De templis

De arcubus

De montibus

De cimiteriis

Infra templa

XX. ut s.

xi. ut s. 6

7. ut 11

x2. ut 2

177 ut 1

xi ut 3

eriteam

xi ut 2

x3 ut 1. 180

C. xi.

Capitulum xi. de Ezechia et sibi contemporaneis, et primo de eius gestis

Ezechias convocatis sacerdotibus et levitis aperuit templum primo mense primi anni regni sui et vasa templi reparavit, et restituit sacrificia intermissa, dissipavit excelsa et statuas et confregit serpentem eneum cui adolebant, scripsit filiis Israel ut ad dei cultum redirent, et quia neglexerunt et aliquos irrisorum occiderunt merito captivati sunt. ¶ Decimoquarto Ezechie Senacherib rex Assiriorum cepit de civitatibus Juda et petenti fedus Ezechie imposuit dare 300 talenta argenti et 30 auri, sperans quod a molestia cessaret, quibus receptis exhaustis templi regisque thezauris misit ad obsidendum Jerusalem Tarthan et Rapsacem, qui castrametati sunt ad aqueductum piscine superioris in via agri fullonis, et abstulerunt civibus aquam exterioris piscine, et Rapsaces noluit loqui siriace ut intelligeretur a populo. Ysaye primo fuit enim Samaritis secundum aliquos, nonnulli dicunt fuisse filium Ysaye, qui ritum gentium susceperat et factus est Chuliacthus, et ait Ezechie in quo confidis? In rege Egypti? baculus est arundineus. In deo tuo? numquid dii Israel liberaverunt eum in populo tuo? exhibeo duo milia equorum et non poteris prebere sessores. Ysayas autem roganti regi ut oraret respondit. Rex Assiriorum audiet nuntium et revertetur in terram suam. Transiit autem Senacherib in Egiptum ut triumphans in reditu everteret Jerusalem, scripsitque Ezechie inter minas quod deus suus non posset liberare eum, qui expandens litteras coram domino in templo oravit contra blasfemiam, et Ysayas iterum confortavit eum. ¶ Cum vero Senacherib obsideret Pelusium audivit Therachem regem Ethiopie in auxilium venire Egiptiis, et ait formidans eum sacerdotem Vulcani rediitque in Judeam. Erodotus autem dicit quod multitudo serpentum orante rege Egipti corrodit corrodas arcuum et exercitus remansit inhermis. Iterum autem prophetavit Ysayas 29. quia recederet non rediturus. Et Ezechias obturavit capita fontium extra urbem et cavit aquarum in Judea ut redientes Assirii non haberent aquarum habundantiam et tunc obturavit superiorem fontem aquarum Gyon, et vertit eam ad occidentalem partem Jerusalem ut flueret in piscinam interiorem, fecit quoque fontem Syloe quasi stagnum vocatum Natatoria Syloe. Je. 9 ut aque civitatibus conservarentur. Cum autem vastasset Senacherib in reditu Judeam et obsideret Jerusalem in castris Assiriorum angelus interfecit 185 milia Assiriorum, ignis enim divinus consumpsit corpora eorum et spolia dimisit intacta. Senacherib autem fugit in Ninive et occiderunt eum in templo orantem filii sui, et fugerunt in Ararat partem Armenie campestrem ad radices montis Tauri post quem fuit Arqueses et regnavit Asaradon filius eius cap. 19. Secunda pars de ortu regis Caldeorum.

Tunc recessit Caldea a regno Assiriorum, et cepit habere per se reges usque ad tempora Cyri ubi primo regnavit Merodach Baldas qui muneribus suis honoravit Ezechiam, audiens quod sol eum honorasset quem Caldei colunt, cui ostendit nuntiis omnia secreta domus sue, propter quod reges Babilonie infestaverunt regnum Juda usque ad eius destructionem. Causa autem egrotationis secundum Hebreos fuit quia de victoria tumefactus licet obtulerit domino tamen ut morem patrum ymno non cecinit. Dedit autem ei Ysayas signum salutis et additionis quindecim annorum adiutam dicens: Vis ascendat aliquando stet umbra solis in horologio aut

C. xii.

ut revertatur totidem gradibus, id est vis ut sol stet immobilis decem horis vel quod redeat ad orientem et inchoet diem, utroque modo horis diei adduntur decem, erat enim hora decima. Rex autem elegit secundum, et tertia die ascendit in templum et cecinit: Ego dixi in dimidio dierum meorum, intellige regni non vite vadam ad portas inferi. Cum mortuus autem sepulcrum factum est sibi quam ceteris regibus propter eius pietatem in deum, nec fuit aliquis similis ei in regno Juda propter quod excipitur David. Josia fuit melior sed iste excellentior in tribus predictis, scilicet strage Assiriorum, prolongatione vite, et retrogradatione solis. Tertia pars de incidentibus.

Tunc Siracusa et Cathania in Sicilia condite sunt. Illo tempore Romulus milites ex populo sumpsit quasi ex mille unum cives Sabinos qui sub Taco rege Sabinorum Romulo favebant, quirites appellavit, nobilissimos. Centum senes elegit quos propter solicitudinem appellavit patres. Tandem apud paludem Capre contionem habens sublatus, suborta tempestate et solis defectu 18. etatis sue 38. regni, nusquam comparuit, suadente Julio Proculo Quirini nomine consecratus est, eo quod augustioris forme sibi apparuerit, et iussit se pro numine haberi et Quirinum in celo vocari se ait. ¶ Mortuo Romulo per 5. dies aliquis ex senatoribus regebat rempublicam, sicque annus unus expletus est, quod interregnum appellatum est. ¶ Candaulus ex rex Lidorum ut ait Justinus li. 1. cum uxorem suam quam propter pulcritudinem nimium diligebat omnibus predicaret, non contentus de voluptatum suarum tanta conscientia nisi etiam matrimonii reticenda publicaret, quasi silentium dampnum pulcritudinis esset, postremo ut affirmationis sue fidem faceret, Gigi sodali suo nudam demonstravit, quo facto et amicum et uxoris adulterum electum hostem sibi fecit et uxorem veluti tradito alteri amore a se alienavit, nam brevi post tempore cedes Candauli nuptiarum premium fuit, et uxor sanguine viri dotata regnum viri et se pariter adultero dedit. Capitulum xii. de Manasse et sibi contemporaneis, primo de gestis eius et morte Ysaye.

Manasses edificavit excelsa que dissipaverat pater eius et erexit aras Baal et altaria militie celi, et posuit ydolum lucum in templum domini, et traduxit quemdam filium suum per ignem Tophel, Jerusalem quoque sanguine prophetarum se arguentium purpuravit. C. 21. Ysayam affinem suum ymo avum maternum secundum Hebreos iuxta piscinam Syloe serra lignea per medium scindi fecit et dum in principio sectionis angustiaretur, petiit aquam ut biberet, et cum nollent ei dare dominus de sublimi misit aquam in os eius et expiravit, nec tamen carnifices destiterunt a sectione nec sepelierunt eum in sepulcro prophetarum, sed sub quercu Regel, id est memoriam miraculi quod dominus fecit ad preces Ysaye, cum enim aque ille essent communes civibus et hostibus, quando cives ibant aquam inveniebant, hostes vero non, unde et exitium ille aque non fluunt continue sed interpellate, et ut eius orationibus post mortem illius aque beneficio poterentur. Causas autem mortis eius assignat quod subditos dixerit populum Sodomorum et presidentes principes Gomorre, et quia dixerit: Vidi dominum sedentem super solium excelsum, cum dictum sit Moysi faciem meam non videbis. Immisit autem dominus contra Manassem regem Babiloniorum et depredatus est Judeam et cum dolo captum in Babilone multum afflixit

tormentis ubi cum intellexisset quia manus dei esset egit penitentiam et attente orauit, et misertus deus reduxit eum in regnum suum. ubi ydola deleuit, et cultum dei restituit et menia urbium firmauit. ¶ Bisantium a pausania rege spartanorum dicta est. / Secunda pars de numa pompilio, et legibus romanis

Hunc numa secundus rex romanorum duos menses anno addidit scilicet Januarium et Februarium cum prius 10. tantum haberet apud Romanos Januarius dictus a Jano Februarius a februo id est plutone quia tunc Romani sacrificabant plutoni et dijs infernalibus pro animabus antecessorum suorum. Assumpsit tamen annos lunares, unum 29. et alium 30. dierum qui dies quia non sufficerent ad cursum ideo adduntur c. 70. p. 1a. ¶ Capitolium fundauit, hic nullum cum finitimis bellum gessit, sed pace romam auxit, sicut bello Romulus. Janum indicem pacis fecit clausum, apertum vero belli, et luxuriarentur animi quos continuerat disciplina militaris studet deorum metum inicere, ac simulat se cum dea egeria nocturnos habere congressus, cuiusque monitu que acceptissima sunt dijs sacra instituere de quo Aug. 7o de ci. d. ait, quod ydromantiam facere compulsus est, ut in aqua uideret faces demonum, et audiret ab eis quid in sacris institueret, tunc ad religionem conuersos romanos finitimi populi perturbare nephas extimant, libros autem suos secum sepeliri fecit, quos bulcius arator ex terra eruens ad pretorem urbis pertulit, qui rem tantam detulit ad senatum qui tamque religiosi patres, ut pretor comburreret censuerunt, numa enim quod sacre neminem uoluit ne homines nepharia doceret uiolare timuit ne demones iratos haberet Aug. ubi supra, hic etiam primus Romanis leges dedit, deinde cum populus sediciosus agragratus ferre non posset, decem uiros legibus scribendis decreuit, qui leges ex libris solonis in latinum sermonem transferrent quibus romani duos addiderunt ait titus liuius. ¶ Numa quoque nummus denominatur quia primus in eo ymaginem sculpsit, suum nomen inscribens, cuius tempore cysticus ciuitas in ponto edificata est ¶ Tercius romanorum rex hostilius primus purpura et phasibus usus est, et monte celio urbem ampliauit. hic post longuam pacem bella renouauit, albanos uegetes qui a roma distabant 12 miliibus et fidenatos qui 12 distabant, bello superauit, huic enim nume nepoti propter uirtutis honorem ultro regnum datum est, hic omnem militarem disciplinam condidit. cum albanis congressus diu principibus et equalibus uiribus diu utraque pars comminuitur in compendium ex geminis, hinc atque inde fratribus fortitudine equalibus utriusque partis fata commissa sunt, tribus ex albanis uulneratis duobus ex romanis occisis, qui superfuit oratius apposito uirtuti dolo ut distraheret hostem singulos exsuperat, sic unius manu parta uictoria est, hic uidens sororem erga se flentem spolia sponsi quidem sed hostis, ferro percussit dicens transmigra hinc puella oblita fratrum mortuorum, uiuique oblita patrie, sic erit quecunque romanum lugebit hostem ¶ Post hec non diu in fide permansit albanus, nam fidenatibus inferentibus bellum romanis albani ex federe medij expectauere fortunam, tullus uero callidus eos cernens declinare ad hostes. hoc mandasse mentitus spem suis hostibus metum dedit. ¶ Metium albanorum dictatorem ligatum inter duos currus pernicibus equis distraxit. Albam licet parentem emulam tamen diruit, opes eius romam transtulit, ut non perisse

sed ad prolem transisse uiderentur ¶ Tullum denique longo tempore morbo implicitum sacrificia Joui pistam minime non rite, aut minori cura agentem fulmine ictum cum domo conflagrasse aiunt. / Tercia pars de Gige et rege archilogo, ac symonide poetis

Giges quintus lidorum rex cum esset regius pastor ut ait tu. li. 3o de offic. facto imbre descendit in quendam hyatum terre, ubi inuenit hominem mortuum in equo eneo, et in digito eius anulum per quem inuisibilis factus stuprum regine intulit, cuius auxilio regem occidit. Valerius 7o li. ait giges lidie regno inflatus sciscitauit apolinem si quis mortalium foret eo felicior, ex abdito autem specu uox sacrarij somuit aglaum ei preferens. Is archadum pauperrimus erat, qui agelli sui terminos nunquam excesserat plus approbans securitatem rudem tugurium quam aulam regiam, et arua lidie pinguissima metu referta. ¶ Archilogus et symonides et aristoxenus musicus insignes habentur. Valerius li. 6o. lacedemonij libros archilogi poete, quia parum pudicam lectionem eorum arbitrabantur, exilio multauerunt, noluerunt enim liberorum suorum animos imbui, ne plus moribus noceret quam prodesset ingenijs ¶ Et de Symonide li. 7o. ait, quod 8o anno docuisse se carmina, et in eorum certamen descendisse gloriatur. Et 1o. li. ait Symonides poeta cum ad litus naue applicuisset et corpus inhumatum sepelisset, amonitus ab eo ne in proximum diem nauigaret remansit, qui autem nauigauerunt fluctibus perierunt. In eodem Symonides cum apud scopam cenaret nunciatum est ei duos iuuenes ad ianuam stare rogantes ut ad eos continuo prodiret, quo cum exisset neminem repperit, eodem momento cenaculum collapsum omnes conuiuas oppressit. / 4a. ps. de galeuco Justiniano et aliis eiusdem

Zeleucus uel galeucus legislator apud locros celeber fuit de quo ualerius li. 6o. zaleucus cum eius filius, utroque oculo propter adulterium dampnatus esset, ac tota ciuitas in honorem patris aliquandiu repugnaret ad ultimum uictus ne lex a se condita uiolaretur, suo prius deinde filio eruto oculo utrisque usum uidendi reliquit, sicque mirabilis equitatis temperamento se inter misericordem patrem et iustum legis latorem partitus est ¶ Sibilla erophila in samo clarauit ¶ Deyoces apud medos regnauit qui egbanam condidit ¶ Parthenij tarentum condiderunt ¶ Glaucus dechio primus ferri glutinum intra se excogitauit ¶ In insulis balearibus baliste usus inuentus est. / 5a. pa. de Amon rege Juda / et phalari tyranno, et ligdamo

Amon fecit malum sicut ipsius pater et tetenderunt ei insidias serui sui, et interfecerunt eum in domo sua, populus autem percussit eos qui interfecerant regem et statuerunt regem pro eo Josiam filium eius cum esset annorum viij. ¶ Falaris siculus agregentinos accepta tyrampnide depopulatur, qui crudeli mente tormentis crudelior omnia nepharie in innocentes agens inuenit aliud quod iuste puniret iniustus, nam quidam eius artifex affectans tyranni amicitiam aptum munus eius crudelitati illius eneum taurum fecit, unde impositi subiectis ignibus, cum torqueretur, sonum extorte uocis capacitas concaui eius augebat et competens ymagini mugitum

exibat, ne cruciatus ipsorum humano sono tirannum ad misericordiam provocaret. Sed falaris factum amplexus factorem exercens opificem primum sua inventione punivit. Istius falaris ait Elinadus per zenonem philosophum tyrannis destructa est, qui cum ab eo torqueretur ut socios adversus tirannum proderet, neminem nominans adeo contra ipsum populum provocavit, ut ipsum interficeret. De hoc tamen zenone ait Valerius li° 3°, quod cum a tiranno torqueretur de cuius nece tractaverat dixit se velle secreto ei loqui, latus auriculo, aurem eius morsu corripuit nec ante dimisit, quam ipse vita, et ille parte corporis privaretur. Ligdamus syracusanus potens in olimpico certamine nec sudare nec sitire consuevit, eiusque ossa deprehensa sunt sine medulla esse ut ait Solinus.

xx^m^ ca^m^ de Josia et sibi contemporaneis, cuius prima pars

Iosias quarto anno regni sui, de gestis eius qui erat secundum Josephum etatis sue 12. pietatem et Justiciam mirabilem in se demonstravit. nam populum Jam revocabat ab ydolatria, et opera prava velut sermo emendabat. Porro regni octavo anno, omnem civitatem et omnem provinciam a cultu ydolorum purgavit, ut nullum vestigium ydolatrie superesset. Scrutabatur etiam domos ne quid suspectum lateret, misitque per totam provinciam, ut deferrent ad reparationem templi munera pro sua voluntate, ideo dicit quod usque ad Josiam archa fuit in domo Selum, ex quo tempore archa fuit extracta de templo propter repositionem ydolorum, fuit autem Selum patruus Jeremie pater anancemiriolte. Et cepit Jeremias prophetare anno eius 13° et vidit virgam vigilantem ad percutiendum paratam et ollam succensam, idest babilonios a facie aquilonis, deinde abscondere lumbare iubetur ad eufrate ubi computruit, in signum quod populus aglutinatus deo sic lumbare renibus captabitur trans eufrate. Preteritus etiam est inventio deuteronomio in archa. c. 22. 2 p. 33. fecit multa et incomparabile autem celebravit phase 2° esdre p°. Ascendit autem nechao rex egipti contra regem assyriorum, audiens eum debilitatum, putans obtinere syriam, prius autem ascenderat contra adremon, qui regnabat in cartaminis. Cum igitur Jozias et adremon ad impediendum eum componerent acies et forte dum transirent de curru qui sequebatur eum more regio, sagitta vulneratus moritur in campo magedon, et planxit eum insolabiliter adremon cum exercitu suo et planxit universus iuda et maxime Jeremias qui super exequias scripsit trenos lamentabiles quibus utebantur cantores et cantatrices, ferunturque quia iuxta fontem et arborem mortuus est qui statim aruerunt. Epydaurus que nunc durachium conditur. Secunda pars de arione et delfino tale plurimo, et destructione Ninive.

Tunc arion methimneus lesbios atque Jones gravissimis morbis cautus eximpe presidio de quo ait agelius, arion fidicen lesbius per pandri regis corinthiorum familiarissimus cum grandi pecunia a sicilia corinthum quasi amiciores nautas corinthios elegit, hii pecunie cupidi arionem in mare proicere precipiunt, at ille omni spe vite perdita impetravit ut ante mortem ornari possit vestimentis suis, et carmen canere consolabile sui casus quod postquam implevit se de navi proicit, proiectum vero statim delphinus super fluctus eductum ad terram deduxit, arion autem talem se periandro obtulit et quod accidit narrat, sed rex immine

credit. Venientes ergo nautas de arione interrogat qui respondent eum in illis partibus gratia et pecunia fortunatum. Inter verba hec arion cum fidibus et ornatu suo se ipsis ostendit. Tales millesius claruit. Jo super naum ait erodotum dixisse subversam ninivem a rege medorum tempore Josie, de finali quoque subversione predixit naum, que facta est in hunc modum, fluvius qui circumdabat eam inundavit super eam facto pariter terremotu et igne de sublimi misso, que cum egit penitentiam liberata est tempore regis dein timentis. Ancus romam muro cinxit, pontem super tyberim fecit inter montem aventinum et Janiculum quos urbi addidit, hostiam condidit iuxta mare 16° miliario ab urbe a successore occisus est. xxi^m^ ca^m^ de Joachim rege Juda.

Ioachim vel Eliachim vel Jeconias primus filius Josie fuit, antequam factus fuit rex a populo Joachas secundogenitus quem post tres menses tulit nechao rex egipti, substituens Jeconiam c. 3e. 2. 2. p. 36. esdre p°. qui ei erat tributarius, hic malum fecit coram dno, Urie prophete se corripienti graviter comminatus est propter quod fugit in egiptum, post quem misit, et reductum morte turpissima interfecit. Anno 3° huius cepit regnare nabuchodonosor, qui nec de regibus assyriorum neque medorum fuit sed ex caldeis ex regia femina incerto coytu, propterea natus statim in silva proiectus est, et a quadam leprosa lactante eum capra nutritus est qui vocabatur bubo et ex his tribus nomen eius compositum est lingua caldea Nabuch dicitur bubo. codu. capra. nosor. lepra. hic victo rege egipti tulit omnia que fuerant circa flumen egipti, usque ad eufrate et transiens eufratem totam syriam cepit, usque pelusium excepta iudea et 8° anno regni sui ascendit in Jerusalem, captumque Joachim trahebat ligatum in itinere vero imposuit ei tributum, accipiens obsides de semine regio danielem et tres pueros. Circa tempora vero autem Jeremiam prophetantem destructionem civitatis et templi, Jeremia quoque incluso, librum hac scindi fecit Jer. 36° cum neque exemplo dechabitarum fuisset commotus 35°. Postquam autem tribus annis servivit ei Joachim, cum audisset quia rex egipti vellet rebellare contra eum, negavit quod promiserat et ascendens rex babilonis in iure federis civitatem intravit, et non servato federe occidit Joachim c. 3e. et constituit Joachim filium eius equivocum patri regem sed penituit eum et timuit ne propter cedem paternam, adhereret regi egipti, et obsedit Jerusalem, Joachim postquam regnavit tribus mensibus consilio Jeremie tradidit se nabuchodonosor cum matre et domo tota sua et principibus suis, et tulit nabugodonosor vasa templi, et tulit secum de domo regia et de principibus, et viros robustos vii^m^, artifices m. inter quos fuerunt mardocheus et ezechiel, et hec dicta est transmigratio, quia sponte se tradiderunt, et instituit nabuchodonosor patruum eius mathathiam filium Josie regem quem vocavit sedechiam in signum dm.

Tunc pitacus mitilenensis floruit. Tarquinius priscus licet corinthius ultro regnum romanum petens accepit, grecumque ingenium ytalicis artibus miscuit, numerum senatorum auxit atque militiam, cloacas fecit, quibus lutum et aqua urbis in tyberim defluunt. Capitolium hedificare cepit sic vocatum, quia cum fundamentum foderetur ibi caput hominis recens notatum literis sine corpore inventum est, ludos etiam romanos instituit, dicitur etiam quod urbis muros fecerit, forte quod ancus incepit iste supplevit. Xii tuscie populos frequentibus armis subegit, inde fasces trabee curules anuli falere. paludamenta pretexta indeque currus aureo.

equis quatuor triumphatus omnia tandem decora et insignia quibus imperii dignitas eminet ¶ ab anchi filijs orsus est / fasces hores consulum trabea vestis regia · toge preterea purpura · et toro · falere ornamenta equorum ¶ curules sella paludamentum insigne ducum et imperatorum / toro aut purpura et auro distinctum pretexta puerile pallium quo nobiles sub discipline cultu utebantur usque ad 27 · annum pretexebatur eum lator purpura / 26ᵘᵐ · ca.ᵐ

de Sedechia et sibi contemporaneis / cuius prima ps de Je. et fluc.

Sedechias fecit malum coram deo et negavit tributum nabu. preterea venit contra Jerusalem 8º anno sedechie / contradicebat autem Jeremias falsis prophetis prospera nunciantibus et tunc misit eum dominus in domum figuli Jer. 18º et vidit quod dissipatum est vas in manu figuli et fecit vas aliud sicut placuit in oculis eius / quo exemplo ostendit deus quia sic poterat facere de domo Juda / in anno etiam 4º Sedechie detulit ei cathenas dicens quia dedit dominus terram in conspectu nabu. / Jer. 27º misitque litteras ad omnem transmigrationem ut hedificarent domos et plantarent vineas quia ibi diutius manerent Jerem. 29 · et rescripserunt pseudo prophete sacerdotibus ut ponerent Jerem in nervum qui legerunt epistolas coram Sedechia et respondit Jer. visionem de ficubus optimis et pessimis / primis comparans transmigrationem Sedechie / secundis captivitatem et dixit dominus ad Jeremiam ut contereret laguncula figuli in signum conterende civitatis / et postea predicavit in atrio templi / et phasur sacerdos percussit Jeremiam et posuit in nervo educens ipsum in crastino 5º anno post 6 epistolam / Jerem cepit prophetare ezech. in babilone / ¶ Nabu. venit Jerusalem et rex egipti ut amoneret eum ab obsidione et movit exercitum quem fugavit nabucodonosor in ore gladij / cumque recessisset Nabu a Jerlm. dicebant Jerem ante egressisse / quidum pergeret in Anathot capitur quasi fugeret ad hostes / et incarceratur Jeremias ubi emit agrum ab ananeel / in signum reversionis post captivitatem / 2ª ps. de captione Jerlm et morte Sedechie

Nono autem anno Sedechie rediit Nabusardam et circumdederunt civitatem et clausa est civitas decem et octo mensibus / perterritus Sedechias Jeremiam de carcere tulit et veritatem secreto interrogans audivit tradendum caldeis / iterum autem publice predicantem / obtimates ad locum miserunt usque ad gutur finibus / tunc abdemelech ethyops unus eunuchus suasit regi · et eduxit Jerem inde positis veteribus pannis sub cubitis Jerem et super funes / tandem deficientibus victualibus capta est civitas / et Sedechias dum fugeret captus est et presentatus Nabu. in reblata / et reprehendit eum nabu. de ingratitudine contra munificum regem hostiliter agentem et de periurio in deum / et addidit magnus deus habens te odio propter nequitiam tuam tradidit te michi / fecitque filios occidi in conspectu eius / ipsumque excecavit et vinctum cathenis duxit in babilonem / nabuzardam vero templum et civitatem incendit / captivos et vasa domini transtulit in babilonem / Jerem libertatem et munera obtulit / recabitas liberos permisit / godoliam pauperibus terre et vinitoribus prefecit / qui vectigalia redderet nabu. / ¶ porro nabu. intrans cum triumpho babilonem solemnizavit diebus novem / precepitque Sedechiam duci cum aliquibus cantoribus templi / iubens coram comunicantibus psalere de canticis syon et dum ceteris daretur potus precepto regis / Sedechie datur aliquid laxativum / propter quod coram omnibus est fedatus reductus igitur in carcere nimio se dolore afflixit / itaque post paucos dies moreretur / cuius mortis causam cum cognovisset rex nabu. / cum regio honore sepelire iussit / 3ª ps de conditione massilie et milone

Anno quarto Sedechie massilia hedificata est ex asia enim ferentium Juventus hostio tyberis invecta amicitiam cum romanis iunxit / unde in ultimos galie sinus inter ligures ferasque gentes galorum condita est et ex nomine ducis sui massilij denominaverunt · hos varro trilingues ait / quod grece loquuntur latine et galice et valerius maximus li. 2º hec civitas acerrima est / nullum aditum mimis dando / ne talia spectandi consuetudo / et imitandi licentiam sumat omnis qui per aliquam religionis simulationem alimenta inertie querit clausas portas habet / mendacem et fucosam supersticionem submovendam existimans / ¶ a condita urbe gladius est ibi quo noxij iugulantur rubigine quidem exesus et vix sufficiens ministerio / in minimis quoque rebus omnia antique consuetudinis monumenta servant ante portas etiam arche iacent altera que liberorum altera que servorum morientia corpora vehiunt / ¶ venenum cicuta temperatum in civitate publice custoditur quod datur ei qui causas senatus exhibuerunt / propter quas mors sit illi expetanda / ¶ Sequitur massilientium civitatem in trace nulli cum tello licet prestoque est qui custodie gratia id acceptum exitum reddat / ut hospitia sua quemadmodum humana ita et tuta sint / terre autem mare et exiguitate studiosius mare quam terram exercere piscando / plerumque latrocinando quod illis temporibus glorie habebatur ab his galli usum vite cultioris et agrorum cultus et urbes muris cingere didicere / mansuefacta barbarie legibus non armis vivere / et vitem ponere et olivam ¶ milon crotoniensis bovem vivum ut ait solinus in olimpico certamine per stadium portavit inhumeris / et eundem ictu manus victimam fecit et eodem die totum assumsit non gravatus / hic ut ait valerius iter faciens per agrum cum quercum cuneis adinnsis fissam videret insertis manibus divellere conatus est / quas arbor excussis cuneis in suam naturam revocata compressit / eumque feris lacerandum prebuit / ¶ Solon populo suo leges dedit / Epimenides athenas subvertit / 27ᵘᵐ ca.ᵐ

de contemporaneis babilonice captivitati / cuius prima ps de reliquijs Juda / de morte Je. et ymagine virginis

Capta civitate Jerem planxit lamentationem hanc in Jerlm / et amaro animo suspirans et eiulans dixit / Quomodo sedet sola civitas plena populo / facta est quasi vidua domina gentium / princeps provinciarum facta est sub tributo etc. / Reliquie autem Juda / contra consilium Jeremie descenderunt in egiptum ducentes secum Jeremiam / et factus est ei sermo domini in taphnis sume lapides grandes / et absconde eos in cripta que est sub muro laterino in porta domus pharaonis / et dices ad eos hec dicit dominus / Ego assumam servum meum Nabu. et ponam thronum eius super lapides istos et percutient terram egipti / et peribitis vos cum egiptijs / et lapidavit populus Jeremiam lapidibus quos absconderat sub muro laterino / egiptij vero honoraverunt prophetam sepelientes eum iuxta tumulum regum / memores beneficiorum / nam aspides et corcodrillos oratione sua fugaverat / tradunt etiam pulvere eius loci aspidum percussuras sanari et corcodrillos fugare / Unde et Alexander macedo veniens ad sepulcrum prophete et cognoscens loci misterium transtulit eum in alexandriam gloriose sepeliens et extunc a terra illa prohibiti sunt corco

R. iiij⁹ 3351 .ii.

ꝑ. 2

R. iiij⁹ 26ᵘᵐ ca.ᵐ

26. ꝑ. 6

27. ꝑ. 3

27. ꝑ. 5

3362 .66.

Pulli qui inter omnia animalia forte mandibulaz superio-
rez mouent, et solo uisu oua sua fouent. exclusi autez pulli
statiz fugiunt parentez tamquam hostez. quia si illos rapere
possent statiz gluciunt ac deuorant, sed et aspides similiter
prohibentur. hic yeremias signuz dedit egiptijs, quod eoruz
ydola subuerti oporteret cum uirgo pareret, unde et sacerdo-
tes eoruz in secreto loco templi ymaginez uirginis cum
puero statuentes adorabant, et cum ptholomeus interro-
gasset eos cur hoc agerent, responderunt paterne tradi-
tionis esse misteriuz quod a sancto propheta acceperant
et ita credebant in rebus esse uenturuz. hic etiaz templuz
euertenduz esse prenoscens archaz testamenti pro hijs
que in ea erant precibus suis absorberi fecit a petra que
est inter duos montes, in quibus iacent moyses et aaron.

Secunda pars de reliquijs captiuitatis et subleuatione Ioa-
chiz et successoribus Nabu. ac Tulio seruilio. —

Quinto anno captiuitatis descendit Nabuchodonosor in
syriaz inferiorez et obtinuit eaz et moabitas
et amonitas, et tandez intrauit egiptuz
eamque subuertit et regez occidit, aliumque substituens. Iu-
deos ibi existentes captiuos duxit. ¶ Mortuo autez Nabuchodonosor
regnauit pro eo filius eius nabuchodonosor iunior, qui templuz bel-
li magnifice decorauit, ciuitatez reparans ita ut nequaquam
obsidentes ualerent fluuiuz conuertere. hunc tradunt
uirtute et operibus herculez transcendisse. plantauit
ortuz qui suspensibilis dicebatur propter uxorez, que
mediaz unde orta fuerat uidere cupiebat. ¶ Post hunc
regnauit frater eius euilmerodach, qui 37° anno capti-
uitatis subleuauit caput Ioachiz regis iuda de carcere
quia pater eius seruauerat cum eo fedus. tradunt autem
quidaz quod iste in diebus eiectionis paterne multa impie
gessit, pater autez restitutus accusatuz posuit in carcere
ubi erat Ioachiz, ibique fuit usque ad mortez patris, cumque
regnare cepisset eleuauit Ioachiz, quez sociuz in carcere
habuerat, timensque ne surgeret pater suus qui de bestia
redierat in hominez, consuluit Ioachiz, ad cuius consili-
uz cadauer patris in 30 partes diuisit, totidemque uultu-
ribus dedit, et ait Ioachiz non resurget pater tuus
nisi omnes ulturez prius redeant in unuz. hoc tempo-
re inuentus est ludus scachoruz. ¶ hic tres filios habuit
qui ei in regno successerunt. 3a pars de regibus Romanis

Romanoruz Sextus Tulius seruilius sic dic-
tus quia de nobili ancilla natus, patre eiz
eius Cormiculo sue urbis principe occiso, ma-
ter grauida inter captiuas cognita propter nobilitatez,
a matre tarquini seruitio prohibita est. nato puero dormi-
enti flamma circa caput emicuit, quez regis mater tana-
chil admirata conseruatuz pueruz in moduz filij educa-
uit, et ad fastigiuz euexit. uulnerato eniz tarquino, ta-
naquil clausa regia de fenestra populuz tumultuantez
alloquitur et iubet bono animo esse, sopituz fuisse regez
subito ictu capitis iaz ad se redisse absterso cruore, inspec-
to uulnere omnia salubria esse et confidere ipse diez
ipsuz esse uisuros. ¶ Interiz seruius cum trabea et lictoribus
prodit et regia sede locatus regez se simulat, deniuz pala-
factaz regis morte ille presidio firmo munitus iussu populi
et uoluntate senatus regnauit. hic tres montes urbi
adiecit quirinalez, brumalez et esquilinuz, fossas circuz mu-
ruz duxit, censuz romanoruz ciuiuz primus instituit, et
inuenta sunt capita romanoruz ciuiuz 80 milia et ad
extremuz tarquini superbi generis sui sceleze occisus est,
maximaz urbez quasi domuz unaz rexit. ¶ Tarquinius
ex moribus cognominatus superbus, auidus paterni reg-
ni incitabatur amplius a coniuge secunda tulia, maio-
re dicente quia meminisse deberet se tarquinii prisci fili-
uz, si erat cui se nuptaz putabat, et uiruz euz putabat et
regez, nec sibi a chorintho nec a tarquinijs, ut patri suo,
aliena magna moliri necesse est. Nam dij penates pa-
trijque patrisque ymago et domus et regia cum domo regale
soliuz et nomen tarquiniuz creant uocantque regez. ¶ Si
uero ad hoc parz est animi facessat inde ad tarquinos aut
corinthuz retro se uertat ad stirpez fratri quam patri similior.
¶ Ille uictus ambitione et molesta uxore paternuz regnuz
maluit rapere quam expectare et iussis percussoribus seruio rege
occiso male partaz pietatez non melius egit quam acquisierat. usus
in senatu cedibus in cunctis superbia. ¶ Et cum seuitia domuz
fatigasset tandez in hostes conuersus est, capta sunt in latio
ualida opida, ardea, oriculuz, gabij, suesa, pometia. hec fi-
liuz simulauit hostez et recepit ut uolebat a gabijs, per nun-
tiuz consulentez quid agere deberet eminentiuz forte papa-
ueruz capita uirga decutiens, et per hec principes interficien-
dos informans non intelligente nuntio respondit sic faciat.
¶ hic circa incarceratos compedes et huiusmodi crudelia
excogitauit. ¶ Tandez populus romanus qui eius tulit su-
perbiaz libidinez non portauit. Sextus enim filius eius lu-
crecie dormienti cum ferro in manu amorez fatetur et preci-
bus minas addidit, moriens inquiens si uorez emiserit, et cum
uidisset nec mortis metu inclinari ad metuz dedecoris addidit
dicens se iuxta eaz mortuaz se posituruz seruuz nuduz, ut
in sordido adulterio necata dicatur. ¶ Victa pudore lucrecia
hec patri ac uiro uocatis denunciat, illi respondent mentez
non corpus peccare uertuntque noxiaz in auctorez delicti. illa
uero ait uos uideritis. quid illi debetur, ego me etsi pecca-
to absoluo a pena non libero, nec ulla impudica exemplo
lucrecie uiuet, cultruque sub ueste absconditum in corde fixit.
Inde merhus regnuz cum patre amisit, cepitque roma per
consules regi. ¶ Expulsus itaque tarquinius ad porsenaz rege
clusinuz se contulit, et aliquoruz romanoruz factione confi-
sus exercitu tuscoruz et alioruz ut recuperaret regnuz
usque ad litus tyberis iuxta ianiculuz accessit sed bello pulsus
est. xx. p. ii. ¶ Regnatuz est rome annis 244. Romulus
exarsit in armis, numa ferreuz populuz temperauit re-
ligione. tulius bellandi disciplinaz dedit. Ancus urbez colo-
niaz extendit pontez iunxit, muro assecurauit. Tarquini
ornamenta ostenderunt principis et populi dignitatem.
Seruius censu egit, ut se nosceret ipsa respublica. superbus
coegit ut libertatez quereret. 4a pars de ezechiele propheta

Anno 10° percussione ciuitatis adductus est ezechiel
sacerdos in spiritu in montez excelsum nimis
et ostensa est ei descriptio ciuitatis et templi.
hic in caldea prophetabat populo et signuz dedit populo
in fluuio chobar ut quando deficeret sustineret desolationez
quando inundaret sperarent regressuz. ¶ Ad euz quandoque
conuenerat multitudo captiuoruz ad fluuiuz chobar, et
caldei rebellionez ueriti irruerunt super eos. ezechiel uero
oratione sua super aquas cum omni multitudine populi a-
bulans ad ripaz alteraz se recepit, et quotquot hostiuz pre-
sumpserunt eos persequi submersi sunt. Itez per orationez
pisciuz copiaz populo prestitit ad uescenduz, sepe quoque mul-
tis deficientibus uitaz restituit. Iudicauit et transgressores
legis et precipue quosdaz de tribu dan et gad, qui in dominuz
committerent impie persequendo legis custodes, et fecit contra

eos prodigium ut dicit epifanius: quia filij eorum et uniuersa pecora a serpentibus perierunt, et predixit quod tribus ille non reuerterentur ad propria, ob hoc excarcerabant distrauerunt equus per crepidinem saxorum et excerebrauerunt eum, et sepelierunt in agro mauricin in sepulcro sem et arphaxath in spelunca duplici, ad cuius similitudinem abraam in ebron sepulcrum composuit.

Sepultura arphaxat uber

Quinta pars de septem sapientibus grecie

Tunc etiam sapientes grecie floruerunt videlicet ·1· tales milesius princeps phylosophorum, Jonithi generis, secundum Augustinum 8. de ci. d. ubi distinguit duo genera phylosophorum ytalicum ex parte ytalie que quondam magna grecia vocabatur, et Jonicum ubi nunc grecia nominatur, ytalici autem generis fecit pitagoram samium. ·2· Solo Atheniensis qui dicebat se cotidie aliquid discentem senescere hic moriens assidentibus amicis et sermonem de quadam re conferentibus, caput erexit. Interrogatus quare id fecisset respondit ut cum istud quicquid est de quo disputatis percepero moriar, huius fuit illa sententia, felicitatis iudex dies ultimus est. ·3· Pitacus tercius mitilenus, qui ita pectus moderatione instructum habuit inquit valerius li. 4 quod anseum poetam, in amaritudine odii et uiribus ingenii contra se pertinatissime usum tyrannidem a ciuibus delatam adeptus, tantummodo quid opprimendo posset admonuit. ·4· Chilon lacedemonius ·5· Theodolus lidius huius fuit sententia quia magis amicorum inuidiam quam inimicorum insidias cauere debemus, illud enim apertum, hoc celatum est malum nocendique fraus quo non speratur potentior. ·6· Periander corinthius ·7· Bias prieneus qui capta ciuitate sua ut ait valerius interrogatus cum omnes honusti preciosarum rerum pondere fugerent, cur de bonis suis nihil secum ferret, respondit: Ego enim omnia bona mea mecum porto, pectore enim illa gestabat non humeris. huius sententia fuit oportere in usum uersari amicitie, ut reminisceret eam ad graues inimicitias posse conuerti, et inter duos amicos quam inter duos inimicos molestius est iudicare. De hijs septem sapientibus recitat valerius libro 4°. quia a piscatoribus quidam iactum emerat, extracta aurea mensa, controuersia orta est, illis piscium capturam uendidisse affirmantibus, isto uero dicente se emisse fortunam iactus placuit ciuitati ut consultaretur apollo, qui respondit illi esse dandam, qui sapientia ceteros prestaret, tunc illi taleto eam dederunt, et ille cessit biati, et ille pitaco, et is protinus alij, sicque per omnium sapientum orbem, ultimo ad solonem peruenit qui titulum amplissime prudentie et premium et apolinem transtulit.

29.c.6.

6ta pars de uisione Danielis

Daniel in caldea captiuus cum tribus pueris eruditur annis tribus in litteris et lingua caldeorum ut staret postea coram rege, respuens cibum et uinum regium sibi constitutum leguminibus et aqua contentus fuit, et inuenit rex in eis omne uerbum sapientie quod sciscitatus est ab eis, in decuplum super omnes magos et aureolos regni sui, fuit autem daniel de semine regio secundum Josephum et epiphanium sed lxx. sacerdos de tribu leui. Nabucodonosor secundo anno regni sui cogitans quis regnaret post eum uidit sompnium, et oblitus sompnij faciebat interfici omnes sapientes babilonis quia sompnium indicare non poterant, sed daniel eos liberauit, qui regi sompnium dixit, et exposuit sic: Videbas statuam grandem, cuius caput et collum erat aureum, hoc est regnum tuum, pectus et brachia de argento hoc est regnum persarum et medorum secunda scilicet monarchia, uenter et femora ex ere tercia monarchia alexandri, propter sonoram famam, tibie ferree · quarta monarchia romanorum que quasi ferrum perdomuit orbem, pedum pars quedam est ferrea Julius cesar, quedam fictilis pompeius, et abscisus est lapis de monte sine manibus id est Christus de uirgine et percutiens statuam ita comminuit, ut de tota statua nec remansit uestigium. Tunc rex deum coluit danielis et statuit eum super omnes prouincias et sapientes babilonis et obtinuit daniel ut tres socij eius principatum haberet super prouincias, ipse uero staret in foribus regis. Secunda uisio. Cum nollent tres predicti quibus prefectus ceteri inuidebant adorare statuam in campo duza, missi sunt in fornacem ignis ardentis, et uidit rex quartum cum eis similem filio dei id est angelum et erumpens flamma incendit quos reperit de caldeis. Illi autem tres laudantes deum dicebant benedictus es deus patrum nostrorum etc. et uocati a rege exierunt, nec capillus capitis erat ustus. Rex autem edixit ut qui blasfemaret deum eorum periret ca. 3°. et restituit eis principatum. qui mortui in uno specu in babilone sepulti sunt. Tercia uisio est. Epistola regis que narrat se sub specie arboris uisum ob superbiam suam in bouem anteriis, et in leonem posterius, sed misterium tyrannorum, qui in prima etate uoluptatibus dediti sunt ac ceruicosi. In fine crudelitati et rapacitati, quem solus daniel semper increpabat et orationem pro eo fundebat, i. ut vij. annos deus in ·7· menses conuerteret, in quibus 40 diebus insaniam patiebatur, idest alienationem mentis, et alijs 40ta diebus reuersus ad cor hominis flebat in oratione, adeo ut oculi eius caro fierent, iterumque ad insaniam reuertebatur 40 · diebus, donec complerentur vij menses, post quos non statim regnauit, sed constituti sunt pro eo septem iudices. Ipse uero usque ad finem ·7· annorum penitentiam egit, a carne et uino abstinens secundum consilium danielis, et utebatur leguminibus et herbis ca. 4°. Sed baldasar de 4 · uentis qui pugnabant in mari, idest quatuor angelis pro regnis laborantibus, et iiij bestijs idest quatuor regnis in leena, ratione libidinis regnum assiriorum in semiramide et filio, ac sardanapalo, alas aquile habuit propter longam durationem usque baldassar, large loquendo de illo regno, et auulse sunt ei ale, et tamen stetit supra pedes suos, et cor hominis datum est ei, ad nabuchodonosor refertur, in urso autem regnum persarum et medorum propter patientiam laboris et uictus parcitate, nam pro pulmento sale utebantur et cordamomo, et dicitur in parte urso similis, quia in populo dei nichil crudeliter egit, tres ordines dentium sunt media persia et caldea, uel tres principes supra 120 satrapas, qui dicebant comede carnes plurimas, hoc tangit cyrum et asuerum qui concessit amam omnes iudeos perimere, in pardo regnum grecorum, propter alexandri uelocitatem, unde et alas habere dicitur, quatuor capita eius sunt 4 · successores. In iiijta que erat similis apro secundum ebr. iuxta illud uastauit eam aper de silua regnum romanorum comminuens omnibus, et habebat cornua 10 · idest regna, quod prospicit finem mundi.

Margin notes: ·T· · 20.c.5. · 28.c.5. · Secunda uisio · 3a uisio · 4a uisio · 1a uisio

·88·f·3·

et ecce cornu aliud paruuz ortuz est de medio eoruz hic est antixps ignobilis de tribu dan, in obscuro loco babilonie scilicet nasciturus ex seminibus quidez parentuz sed post conceptuz spus malignus descendet in uteruz matris, cuius uirtute puer deinde aletur et adolescet unde filius perditionis dicitur 2 thess 2o, et tria de cornibus primis euulsa sunt, quia interficiet reges affrice egipti et ethyopie, et alij septez uictorj colla submittent, et ecce quasi oculi hominis erant in eo idest subtilis consideratio, quia magice faciet miracula, inueniet qz thesauros occultos, et erit ei os loquens ingentia, quia deuz se faciet, trahet multos Judeos specialiter terrore muneribus et miraculis. Aspiciebam

alia 2a·125·f·12· ·125·f·8·

her donec throni positi sunt, de quibus sedebitis super sedes duodecim Judicantes xij tribus et cetera, et antiquus dieruz sedit idest deus eternus Judex, ante eius faciez fluuius igneus rapidus qz egrediebatur, in quo celeritas Judicij in ictu oculi mille milia assistentium, et Judiciuz sedit, et libri aperti sunt scilicet conscientiaruz, et uidi qz interfecta esset bestia et alaruz qz esset ablata potestas quia cessabit omnis prelatio, et ecce cuz nubibus celi quasi filius hominis ueniebat, iuxta illud actuuz quemadmoduz uidistis euntez in celuz sic ueniet, et usqz in antiquum dieruz peruenit, quia sedet ad dexteraz patris et interroganti danieli unuz de adstantibus ueritatez respondit per singula dicens addens qz antixps sanctos conteret in tempus et tempora et dimidiuz temporis, ebreus enim nomine temporis intelligit annuz

5ta visio ·88·f·4·

C·7· ¶ Quinta uisio ¶ Sub eodez in susis castro, quod est in elaz ciuitatez, de ariete habente cornua imparia idest regno medoruz et persaruz, et irco in eum efferato, cui successerant quatuor cornua, idest iiij successores de quoruz uno modicuz cornu factuz est magnuz anthiocus epiphanes, et magnificatuz est contra fines egiptios et orientez contraqz fortitudinez celi idest Judeos et deiecit de stellis et conculcauit eas usqz ad principez fortitudinis, idest deuz magnificatus est, et ab eo tulit iuge sacrificiuz, et deiecit locuz sanctificationis eius in templo ponens statuaz Jouis, usqz ad uesperaz et mane dies 2300· et mundabitur sanctuariuz quia ab introitu anthiochi in perdz usqz ad mundationez factaz a Juda machabeo, per successorez diej et noctis fluxerunt anni 6· menses 3· dies 20·

6ta visio

C· 8· ¶ Sexta uisio, ¶ Sub eodez de destructione regni sui per cyruz et dariuz exposita scriptura in conuiuio que continebat, mane, techel, fares idest numeratuz appensuz, diuisuz est regnuz tuuz et datuz est persis et medis

7a visio

C· 9· ¶ Septima uisio ¶ Sub dario de angelo qui danielez liberauit de lacu leonuz, ubi preter uoluntatez regis positus fuerat, quia decreto principuz in inuidia promulgato de petitionibus non faciendis nisi a rege, fer orando in die contra fecit

8a visio

ca° 6· ¶ Octaua uisio ¶ Sub eodez gabriele euz certificante de aduentu xpi post ·70· ebdomadas, et captiuitate finali futura per romanos post edificationez ciuitatis per neemiaz et alios C· 9· ¶ Nona

9a visio

uisio ¶ Sub cyro, cuz ieiunans iuxta tigriuz, ut deus sicut dederat animuz principibus liberandi iudeos, ita daret populo animuz redeundi, et uidit uiruz uestituz baltidi, cuius corpus chrisolitus oculi lampades

facies fulguris qui dixit se impedituz, et princeps regni grecoruz restitit ei ·21· diebus sed reuertebatur ut postea desiderata nunciaret, ca° X°. ¶ Decima uisio ¶ Cuz idez

·10· visio

nuc de successione regni persaruz et alexandro cuz suis successoribus, et ·maxime regibus egipti et syrie scilicet anthiochi epiphani et antixpo per tempus et tempora regnaturo cuz certificauit, ¶ Hunc danielez magnus Nabuchodonosor filioruz suoruz coheredez facere uoluit, cuz post insaniaz in regnuz est restitutus, qui ait absit ut hereditatez patruz relinquaz, et incircuncisoruz domus adhereaz ¶ ystoriaz susane patet esset facta adhuc cerente captiuitate, quia daniel adhuc erat Juuenis quando Judicauit senes, uixit autez usqz ad tempora cyri, quo autez tempore post laxataz captiuitatez mortuus est ignoratur, mortuus uero sepultus est cuz gloria solus in sepulcro regali

28·us ca.m De Cyro et sibi contemporaneis, cuius

·38·28· 30·

Cyrus primus ¶ prima ps de natiuitate eius rex persaruz fuit, astrages uero ultimus rex medoruz uidit somniuz, qz de genitalibus filie sue oriebatur uitis que totaz asiaz occupabat, coniectores interpretantur nepotez ei ex filia, et regni amissionez, propter quod filiaz dedit plebeio militi cambisi ex obscura tunc gente persaruz, ne natus puer ex paterno genere superbiret pregnantez filiaz ascuit, et natuz filiuz exponenduz tradidit arpago secretario suo, is uerituis ne regnuz ad filiaz deueniret mortuo rege, et homicidij peteret ultionez pastori regij pecoris pueruz exponenduz tradidit, quez cuz exposuisset in nemore, indicauit uxori at mulier supplicauit sibi deferri pueruz, cuius precibus fatigatus pastor reuersus in siluaz inuenit iuxta infantez canez feminaz paruulo ubera prebentez, et a feris alitibusqz defendentez, motus et ipse misericordia qua canez similiter motaz uiderat pueruz defert eadez cane anxius prosequente, cuuqz attulisset uxori, alusit ei quasi diu note, uorauitqz pueruz spartaciz, idest catuluz, tantusqz in illo uigor et dulcis quidaz blandientis risus apparuit ut pastorez ultro rogaret ut permitteret sue fortune nutrire pueruz, atqz ita permutata sorte hic pro filio pastoris educatur, ille uero pro isto exponitur grandiusculus autez a pueris rex sorte efficitur, et contumaces uerberibus arcet, quoruz parentes interrogant pueruz qui nichil mutato uultu, se ut regez fecisset respondit, miratur rex constantiaz, ac in memoriaz somnij et interpretationis reuocatur, atqz cuz uultus et expositionis tempus et pastoris confessio conuenirent, Rex arpago filiuz eius epulanduz tradidit qui dolore simulato, odiuz regis in uindicte occasionem distulit, pueruz cyruz cognominans quod interpretatur heres, quasi dicat licet reluctetur astrages hic est heres

2a pars de primo bello cyri contra astragez qui dariuz in filiuz adoptauit

Cum autez adoleuisset puer, arpagus dolore orbitatis admonitus scribit ei, ut relegatus ab auo in persias fugerit, ut omidi per euz paruuluz iusserit, qz sit suo beneficio reseruatus qz regez offenderit, filiuzqz amiserit ortatur itaqz ut exercituz paret, et proinaz ad regnuz uiaz ingrediatur, transfectione politicus, quibus receptis eadez somno aggredi iussus est sed premonitus ut quez postera die obuiuz haberet, sociuz cepti assumeret, igitur ante lucano tempore, cuius iter agressus, obuiuz habuit seruuz de ergastulo cuiusdaz medi fugientez, huius regni

sita origine, ut Persam cognovit, demptis compedibus comitem assumpsit ac Persepolim urbem ingreditur. Ubique convocato populo, iubet omnes cum securibus paratos esse, et silvam vie circumdatam excidere. Qui cum strenue effecissent, eosdem postera die ad paratas invitat epulas. Deinde alacrioribus convivio factis, rogat si condicio proponatur, utrum hesterni laboris vel presentium epularum sortem eligerent. Ut acclamaverunt omnes presentium, intulit hesterno labori esse subiectos dum Medis subicerentur, quare omnes bellum Medis leti inferunt. Astrages hoc facto timens Darium consobrinum adoptavit in filium, et summam belli Arpago commisit, oblitus demeriti sui in eum, qui acceptum exercitum Cyro per deditionem tradidit, regis crudelitatem defectione ulciscens. / 3a ps. de 2o et 3o bello

Ut autem audivit Astrages hoc, contractis undique auxiliis ipse in Persas proficiscitur, et repetito alacrius certamine pugnantibus suis, a tergo partem exercitus ponit et tergiversantes ferro agi ut in hostes iubet, et suis denuntiat ut non minus post terga fortes quam a frontibus invenirent. Pulsa proinde paulatim Persarum acies redit, quibus matres et uxores eorum occurrentes obscena corporis ostenderunt, rogantes num in uteros matrum vellent refugere. Hac repressi castigatione in bellum redeunt et quos fugiebant fugere compellunt. / Quarta ps. de translatione monarchie in Persas

Captum autem Astragem non ut hostem sed ut avum Cyrus tractavit, nam regnum Hyrcanorum ei concessit. Dario vero tamquam fratri matris tradidit regnum Medorum, sed arcem seorsum cepti negotii prefecit. Medis civitates Persarum que Medis tributarie erant, mutato imperio, a condicione liberavit, que res Cyro multorum bellorum origo fuit.

Quinta pars de captione Babilonie

Domitis exinde plerisque gentibus, cum adversus Babilonia bellum gereret, Cresus rex Lidorum, cuius divitie insignes, in auxilium venit, victusque et de se sollicitus in regnum refugit. Factum est autem dum Cyrus Babiloniam obsideret, ut fluvius Gages unum regiorum equitum interciperet transmeandi fiducia persuasum. Rex iratus in amnem ulcisci statuit, contestans eum qui preclarum vorasset militem feminis vix genua tingentibus permeabilem relinquendum. Productisque fossoribus in 360 alveos comminuit. ¶ Cena autem facta Baldassar rege Babiloniorum obtimatibus suis ac bibente cum eis, et uxoribus et concubinis suis in vasis que asportaverat Nabuchodonosor de Ierusalem de templo, et laudante cum eisdem deos suos, quia intellexerat transactos esse 70 captivitatis annos, nec tamen liberatos Iudeos a sua iurisdictione, apparuit manus scribens in pariete, ut 6a visione Danielis continetur. Factisque meabilibus vadis, eadem nocte visionis capta est civitas, et Baldassar mortuus, et successit ei Darius, cui Cyrus tamquam maiori in omnibus deferebat. Quidam vero tradunt quod mater Baldassar pro qua factus fuit ortus suspensibilis filia fuit Darii, et quia Baldassar filium non habebat, festinabat Darius occupare Babilonie regnum. Capta est autem civitas anno primo Cyri regis, nec extunc reparata sed in desertum redacta, quod de manu elaborante aperte consumendum ostendit. Et usque tunc, ut ait Io., Daniel potens fuit in Caldea, postea vero a Dario in Medos translatus, et unus fuit de hiis qui preerat 120 satrapis, et cogitabat eum rex constituere super omne

regnum, sicut in eius visione 7a continetur. Fuit autem infusus castro metropoli Elamitarum, in qua excelsam turrem extruxit mire pulcritudinis, ubi reges reliqui conduntur. Susis a fratre Memnonis condita a Suse fluvio nomen accepit. In Persida ibi fuit regia Cyri lapide candido et vario, cum columpnis aureis et laquearibus et gemmis distincta, continens etiam similitudinem celi, stellis micantibus et ceteris quasi incredibilibus. / 6a ps. de solutione captivitatis Babilonie

Anno itaque primo Darii Daniel oravit Dominum ut Darius et Cyrus liberarent populum suum, et promulgata est sententia de danda licentia redeundi. Et dum super hoc disponeret Darius, morte preventus est. Post mortem vero Darii Cyrus monarchiam orientis obtinuit, cuius sedem posuit apud Persas, licet regnum Medorum maius et nobilius foret. ¶ Primo igitur anno excitatus verbis Ys. xlv, qui ante 210 annos predixerat: Hec dicit Dominus christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, subiciam illi gentes et cetera, et ipse hedificabit michi domum in Ierusalem, licentiam dedit Iudeis redeundi et hedificandi domum Dei, et qui nollent ascendere iuvarent ascendentes. Ipsi vero quia omnes fere nati erant in Caldea et possessiones acquisiverant, eligebant remanere in terra nativitatis sue. Quod videns Daniel iterum oravit ut qui regi dedit animum licentiandi daret et populo animum redeundi. Tercio autem anno Cyri vidit Daniel nonam visionem. Erat autem inter Iudeos Zacharias natus in Caldea. Hic benedixit Salatiel in filio vocans eum Zorobabel ducem, quod interpretatur magister Babilonis, quasi diceret hic erit magister captivitatis Babilonie. Ad cuius prophete exhortationem primi surrexerunt de tribu Iuda, postea viri Beniamin et levite ut ascenderent Ierusalem, et ascenderunt 40 milia, ex viris 42 milia et 360. Reliqui vero servi et ancille et homines promiscui generis, sub Zorobabel duce et Iesu magno sacerdote, adhortantibus eos Zacharia propheta et Aggeo iuvene, sed mundum propheta Hesdre primo. Et remisit cum eo Cyrus partem vasorum templi 5400. ¶ Ille annus est 70us relaxande captivitatis, sed huic contrariare videtur Zacharie primo quod dictum est secundo anno Darii filii Ytaspis: Domine exercituum, usquequo tu non misereberis Ierusalem et urbium Iuda quibus iratus es? Iste iam 70us annus est. Ideo nota quia distinguntur 70 anni captivitatis a septuaginta annis desolationis templi. Primi computantur a 13o anno Iosie, in quo cepit Ieremias predicare, usque ad primum annum Cyri. Huic consonat Iosephus. Ieronimus tamen dicit primum annum Cyri fuisse tantum septimum annum ultime decadis. Secundi computantur a destructione templi usque ad secundum annum Darii, ut dictum est per Zachariam. Cui concordat Clemens in primo Stromate, ita scribens: et perseveravit captivitas annis 70 usque ad tertium annum Darii. / Septima ps. de templi fundatione

Anno autem regressionis congregatus populus edificato altari obtulit sacrificium matutinum et vespertinum, feceruntque solemnitates tabernaculorum. Anno autem 2o mense secundo iecerunt fundamenta templi. Porro Samarite indignati impediebant eos, cumque per se impedire non possent dederunt munera

principibus regum qui ei fauerent tyro ignorante. Ita
quod tempore tyri non sunt erecti muri nisi usque ad appodia-
tionem. Arpagus apud tyrum primum locum habens contra
lamiam pugnat. 8a pars de bellis tyri contra lidos

Tyrus autem post uictam babiloniam compositis
in ibi rebus bellum transfert in lydiam et cresus
ipse capitur cum tyrus et uitam et patrimonii
partes et berem urbem concessit. In qua et si non regiam
uitam tamen proximam regie maiestati ducere poterat. Hec
clementia non minus uictori quam uicto utilis fuit. Quippe
ex uniuersa grecia cognito quod illatum creso bellum esset auxi-
lia uelut ad commune extinguendum incendium conflu-
ebant. tantus cresi amor apud omnes urbes erat ut
bellum quasi proprium suscepissent si quid crudelius in
eum actum fuisset. Interuenito autem tempore occupato
in alijs bellis tyro rebellauerunt lidij quibus iterum uic-
tis iuxta fluuium alim de quo dixerat apollo Cresius per dei
alim transgressus plurima regna idest amittet. Ille intel-
lexit perdet idest destruet. arma usque et equi adempti ius-
si sunt cauponas et ludicras artes et lenocinia exercere
ac si gens industria quondam potens effeminata molicie
pristinam uirtutem perdidit. Alij narrant quia nunc ius-
sit tyrus cresum igne supponi et assari. subito autem tanta
pluuia facta est ut eius imensitate ignis extingueretur.
unde occasionem habuit euadendi. cum que postea hec
sibi prospere euenisse gloriaretur. eadem nocte sompnia-
uit quod aqua perfunderetur. et sole desiccaretur. quod cum
filie indicasset. prudenter cum affixum. aqua perfundi.
et sole siccari interpretata est. captus igitur a tyro cum
fixus fuit. dicit autem solinus quod Cresi filius cum usque ad
illud temporis mutus extitisset exclamasse dicitur parce
patri meo tyre. et homines te uel casibus disce nostris.
9a pars de bello contra scitas uel amazones et morte tyri

Subacta autem asya Cyrus scitis bellum infe-
lit transiens araxem fluuium quorum regi-
na thamaris erat. que et massagetarum
dicebatur regina. Itaque tyrus cum in scitia aliquantulum
processisset castramentatus est. Postera die cum simula-
to metu et castra refugiens castra deseruisse. uinum affa-
tim et que ad cibaria pertinent reliquit. quod cum nun-
ciatum regine esset. adolescentulum filium ad insequendum
eum cum tercia parte copiarum mittit. qui cum castra obtinu-
isset. ignarus rei militaris. adolescens quasi ad epulas
non ad prelium uenisset. omissis hostibus insuetos barba-
ros. onerare se patitur uoracitate. Scite igitur prius e-
brietate quam bello uincuntur. nam cognitis hijs tyrus nocte
reuertitur omnesque scithas cum regine filio interfecit.
Thamaris exercitus amissionem et filij dolorem non in
lacrimas effundit. sed in ultionis solacia intendit. hos-
tisque recenti uictoria exultantis securitatem pari insidia-
rum fraude circumuenit. quippe simulata diffidentia re-
fugiens. tyrum usque ad angustias perduxit ubi compositis
in montibus insidijs. ducenta milia persarum cum suo re-
ge trucidauit. nec unus tante cladis superfuit. Caput
uero tyri amputauit. et in utrem humano sanguine ple-
num prohici regina iubet. cum hac exprobratione crudeli-
tatis. Satia te sanguine quem sitisti. cuiusque semper insa-
tiabilis tu fuisti. 10a pars de ysopo et pis-
trato. et ceteris euentibus illius temporis ac ceteris phis

Hoc anno tyri Esopus adelphis occiditur
fuit autem de ciuitate attica. hic fabulas composuit ad
uitam et mores hominum corrigendos. in quibus induxit
aues bestias et arbores loquentes. ipsius librum romulus
quidam ad suum filium tiberinum de greco in latinum trans-
tulit. Pisistratus Athenensis tyrannus ut ait Valerius
libro quinto cum adolescens quidam amore filie eius uirgi-
nis accensus. obuiam sibi factam osculatus fuisset. orante
uxore ut capitale supplicium ab eo sumeret. respondit si
eos qui nos amant interficimus quid illis faciemus qui-
bus odio sumus. Sic filie sue tulit iniuriam ac multo lau-
dabilius suam. Item a tyrasipo amico in cena conuicio la-
ceratus ita animum et uocem ab ira cohibuit ut putares
satellitem a tyrannio male audire. deinque tyarsipus concite
temulentie impetu uecti os eius sputo respersit. nec ta-
men illum ad sui uindictam attendere ualuit. quin et
filios suos patri uiolate maiestati subuenire cupientes
retraxit. Postero autem die thyarsipe supplicium a se uo-
luntaria morte uolenti exigere. ad eum uenit dataque fide
in eius amicitiam eodem amoris gradu se mansurum ab
incepto reuocauit. 11a pars de consulibus Romanis

Bruto et collatino ducibus quibus ultionem
sui commiserat lucrecia moriens populus
Romanus ad uindicandum libertatis et pu-
dicicie decus regem repente destituit eosque rectores insti-
tuit. Itaque iudex ex uno duplex ex perpetuo annuus.
ne potestas solitudine corrumpatur. uel mora uocaturque
consules ut reipublice se consulere debere reminiscantur.
Hic brutus cum uideret tarquinium omnem delere nobili-
tatis sobolem et inter ceteros fratrem suum clarioris ingenij
interfectum obtusi se cordis finxit. et profectus cum tarqui-
ni filijs apud delphos querentibus quis ex ipsis regnatu-
rus esset rome. et responso quoniam is qui matri primo
porrigeret osculum. quasi casu lapsus esset osculatus est
terram. Factus consul instituit pretores qui causas iuxta
consules et senatores tuerentur et posuit homines ad cus-
todiam capitolij quod est principale fortilicium Rome. hic
comperto quod duo filij studerent. totidemque uxoris sue fratres
reuocandis regibus in forum prodiit. et in contione media
uirgis cesos securi percussit. et cum aruncte filio tarquinij
in bello dimicauit. donec sua manu occidit. superque ipsum
mutuo uulnere expirauit. Colatinum autem romani ob
nomen et genus regium fascibus abrogatis urbe dimittit.
rode et substituto oratio codite publicola sic cognominato ex
multa dilectione ad plebem. qui ne saepe arcius offenderet
edes suas ceteris eminentiores ad yma redurit. Ipse mor-
tuo bruto socium sumpsit uoluntate senatus spurium lucre-
cium qui cito mortuus est. et post oratium puluerilum. sic
fuerunt quinque consules anno primo. hic cum hostes in-
stantes submouere non posset. ceso ponte transnatat
tyberim. nec arma dimittit. hic adeo pauper mortuus est
ut publico sumptu sepeliretur. iiijo anno consulum Roma-
ni superantes sabinos sibi famam auxerunt. Hugo flori-
ac. quod eodem anno Roma est a tarquinij superbia liberata.
quo babilonia capta fuit. propter raptum enim lucrecie que
nobilitatis et honestatis titulo polebat. expulsus est regno
romeque statutum enim ut de cetero rege numquam regatur.
A spartanis oraculo moniti horestis ossa inuenta sunt
que implebant longitudinis septem cubitos. ut ait solinus
anaximenes physicus agnoscitur. Symonides clarus ha-
betur. 29us ca. de cabisse et sibi contemporaneis
(cuius pa pars de gestis eius et 2a babilonia

Cambisses filius eius apud esdram dictus

Artaxerxes uel assuerus, qui dicitur Nabuc. regnauit in Niniue de patris mandato annis xij ante monarchiam. Hic imperio patris adiecit egiptum, offensus autem superstitione egiptiorum apis ceterorumque deorum edes diruit fecit, ad amonis quoque nobilissimum templum expugnandum exercitum misit qui tempestatibus et arenarum molibus pressus interiit. Vastata autem egipto babiloniam construxit in capite solitudinis ubi secundo castramentati sunt filii israel egredientes de egipto, ibi enim erat ciuitas etham deserta que fuit mephis, ibi et philadelphus templum instar Jerosolimorum hedificauit. Adeo autem seuerus fuit, ut quemdam iniustum iudicem excoriari fecerit et super sedem ipsius pelle coopertam filium eius ad iudicandum sedere mandauerit. Ortum etiam nili per circuitum quesisse dicitur, quia deficientibus cibariis ciba... ris coactus est carnes sociorum manducare.

[margin: ℞ 6.] [margin: l' Judith]

Secunda ps qualiter oloferne misit

Mortuo cyro quidam Arphaxat medus in ebactanis surrexit et reparauit eam, et inexpugnabiliter muniuit quasdam partes medie reconcilians ut tandem toti Medie imperaret. Hunc cambisses expugnauit cum regnasset 12 annis in Niniue et factus est monarchus et exaltatum est cor eius et misit ad omnes qui habitabant in cilicia et damasco et terra promissionis exigens ab eis tributa longe grauiora quam antecessores sui, qui omnes uno animo contradixerunt sibi. Judith p°. Misit igitur duodecimo anno regni sui, idest 1° anno monarchie, olofernem principem milicie sue qui occupauit omnia in cilicia et messopotamia usque ad mare c. 2°. et humiliauerunt se per legatos uniuersarum urbium et prouinciarum reges, et exibant ad eum cum coronis et lampadibus ducentes choros, nec tamen ferocitatem animi eius poterant mitigare, quin ciuitates et lucos destrueret, preceperat enim nabucodonosor ut omnes deos terre exterminaret, ipseque solus adoraretur ca° iii.

[margin: Coriolanus]

3a ps de obsidione Judeorum

[margin: Judith ℞ 4.]

Audientes autem filii israel timuerunt ne similia faceret ierusalem et templo et muniuerunt angusta montium et humiliauerunt se ad exortationem Joachim sacerdotis, et operuerunt altare domini cilicio et se sacerdotes cilicio induerunt ca° iiii. Sciscitanti igitur oloferni quis esset hic populus, respondit achior dux Amon qualiter uenerunt de caldea, et exierunt de seruitute egipti et captiuitate babilonica nec posset uinci nisi deus suus eis foret iratus ca° v. Mittitur igitur achior ut cum iudeis habitans captus puniatur cum eis, ut sciat quia non est deus preter nabuc. ca. 6°. et olofernes obsidens betuliam inuenit aqueductum quo refocillabantur in ciuitate, quo sublato, et tumultu populi suscitato, sacerdos ozias decreuit quinque diebus adhuc sustinendo dei misericordiam expectare.

[margin: ℞ 3.] [margin: Jud.]

4ta pars de Judith et morte olofernis

Judit de tribu ruben uidua et casta sacerdotes redarguit, quia dei misericordie terminum posuissent et premissa oratione unxit se et induit se uestimentis jocunditatis sue, olofernes statim captus est in ea, et dixerunt assirii quis contempnet populum istum, qui tam pulcras habet mulieres. Exposita autem causa aduentus sui ut scilicet non moreretur cum populo suo iussit eam introduci in loco thesauri sui, que petiit oportunitatem egrediendi in orationem, et solicitata Judith intrauit ad olofernem et bibit et comedit coram eo. Ille uero inebriatus est. Judith uero dormienti abscidit caput et fecit super muros poni

Insultumque facere ciues in assyrios, qui uidentes cadauer olofernis dixerunt una mulier ebrea posuit confusionem in domo Nabuc. et iudei persecuti sunt eos et 30 diebus tulerunt spolia. Achior autem circumcisus est et appositus ad populum israel et uenit ad uisitandum eam Joachim et uniuersi presbiteri, ipsaque accedit post canticum in ierusalem et obtulit uota sua, et conopeum olofernis purpura et auro gemmisque contextum et uasa eius uniuersa, et completis 105 annis mortua est.

[margin: 52 ℞ 2]

5ta ps. quare Cambisses impediuit opus templi, et de Romanorum gestis

Scripserunt autem principes transflumen resy scriptor omnium accidentium quia ierusalem reedificaretur ciuitas rebellis regibus nec posset rex postea facilem aditum habere in syriam, hoc autem ei scribebant memores salis quem in palatio comederant, tunc intermissum est opus dei, usque ad secundum annum darii. Anno nono consulum generi tarquinii superbi, congregatis omnibus sabinis et auxiliariis aliis, iurantibusque polientibus non redire nisi romam subuerterent, Romani supra consules creauerunt dictatorem et principem super exercitum, et sub eo quasi conestabulum milicie, primus uocatus est largius, secundus papirius cassius. Continuatis autem bellis annis duobus romani hostes suo subiecerunt dominio. Tunc magna facta in urbe diuisio tumultuante populo contra nobiles, quia in multis grauaretur, et cum populo erat marchus ualerius qui potens erat, et quasi princeps in urbe. Hic cum populo ad quemdam montem se reduxit ad bella paratus, sed prudentium consilio concordia reformatur, marcho predicto facto iudice et quasi populi defensore. Postea quintio marcio duce Romanorum, consulibus marcho fabio et gneo malio romani iuerunt contra ciuitatem bulsinam, ea uero subacta dux militesque spolia non recte diuisit urbi et sociis, unde urbe pulsus est. Ille uero ad Vulsinos Vegentesque se contulit et aggressus romanos pluries superauit et districtum uastauit usque ad 4 miliaria prope urbem, ibique castramentatus est. Romanos legatos ad se missos, offerentes emendam de offensa si ostenderetur irrationabiliter facta, probrose repulit, intulitque minas, nec a proposito flecti potuit nisi uenientibus ex urbe et ad pedes eius iacentibus, matreque ipsius ueturia et sorore uolumnia, que ut retrocederet uix lacrimis impetrauerunt. Hic quintius post tarquinium superbum urbem grauiter oppressit. Affuit tunc et fames et pestilentia, ita ut multi perirent. Fatigatis taliter romanis, Etrusci et Vegentes contra Romanos uenerunt, et contractis undique auxiliis, contra quos cum electa milicia iuerunt marchus fabius, et gneus malius consules, qui ante senatum iurauerunt non redire nisi subacto hoste et cum hostem acriter inuasissent, ab insidiis intercepti sunt ibi omnes periere fabii milites. Unde urbs multum debilitata est. Ibi etiam ceciderunt gneus malius et marchus fabius consularis, de omnibus romanis unus tantum aufugit iuuenis, qui noua portauit. Sed marchus fabius qui cum populo remanserat debilitatum hostem strauit et munitiones diruit et cum rediret ad urbem dispositum a senatu honorem uictorie renuit, dicens magis etiam dolendum super amissa milicia. Tunc consules et senatus quemlibet pugnatorem unum argenteum dare iussit, et

[margins: 50 ℞ 3 · primus dictator · 51 ℞ 7 · largius dictator, papirius cassius · defensor populi contra nobiles · marchus fabius, gneus malius · expulsio urbis quintium · Bellum contra · marchus fabius, gneus manlius · Ge. ℞ 12 · no° ex°]

-C. 29.

ascendit numerus ad . 128 z 18 . ¶ Sequenti anno exules de urbe et servi fugitivi coadunatis multis sub Erbonio sabino viro potente et magni vigoris aggressi sunt urbe ubi consul vallerius mortuus est, pene enim urbem destruxerunt et capitolium incenderunt ¶ Deinde minutius consul contra illos aggressus et in fuga versus in monte tunc vocato algido tutatus est, perisset vero nisi quintius sitinatus in terra sua habens multitudinem rusticorum succurrisset, descendentibus enim tunc romanis hostem superaverunt, quintius autem inter romanos receptus est ad cuius memoriam aurum de cipro cum lobus fecerunt et posuerunt ante portam que dicitur montem respicit / 6.^ta^ ps. de morte Cambissis et regno magorum

Cambisses a nativitate sua furiosus fuit, unde licanus vesanus in orcu cambisses, sequitur pastus rede suorum ignoto te mile reddit, sed venera appellat illum feliciter furiosum, hic cum redi- ret damascum, cernuabus regum vertus, vidit per sompnium fratrem merguz regnaturum, tercius vero dubitavit enim occidere, et magum quendam ex amicis ad hoc deputavit cometem nomine, Interim ipse gladio pro- prio in femore sponte vulneratus occubuit in damasco, Magus autem nimio accepto ante famam amissi regis occupat facinus, prostratoque mergide cui regnum debe- batur, fratrem suum subiecit orapastem, erat enim de- coris et corporis lineamentis mago persimilis, que res eo occultior fuit quo regis persona apud persas sub specie maiestatis occultatur, Igitur magi ad favorem populi conciliandi tributa et milicie vacationem in triennium permittunt, que res suspecta primo othato viro nobili fuit, et in cometu sagacissime hic per internuncium querit a filia, que inter regias pellices erat, ac cyri filius rex esset, illa se ignorare respondit, que amonita est, dormienti pertractare capit nam mago illi cambisses aures preciderat, factus demum per filiam certior sine auribus regem esse, optimatibus persarum rem indicat, et in eius cedem fit coniuratio, duo autem socii fuerunt huius coniurationis, qui occultato sub veste ferro ad regia pergunt — et ad magos pervenerunt, qui duos de 7. interfecerunt, ipsi tamen corripiuntur a pluribus, quorum alterum gobrias amplexus cunctantibus sociis ne ipsum pro mago occiderent, quia res obscuro loco gerebatur, adigi mago ferrum per suum corpus iussit, fortuna tamen ita regente illo manente incolumi magus interficitur, occisis ergo magis recuperandi regni magnum fuit mirum quod sequenti dicetur ca.° / 7.^ma^ pars de dyocle, et ypia ac policrati fortuna, et damonis et phitie amicicia /

Pisistrato dyocles filius successit qui per vim stuprata virgine a fratre puelle interficitur, ypias autem frater dyoclis paternum tenens imperium, comprehendi iubet interfectorem fratris et nominate cogit consocios cedis, qui consulto nominavit omnes amicos tyranni quibus interfectis interrogatus si quis de predictis superesset, Respondit neminem superesse quem mori vellet nisi tyrannum, qua voce post vindictam sororis se ostendit et tyranni victorem, huius virtute admonita civitas ypiam in exilium egit, ¶ Policrates samiorum rex habundatissimus bonis conspicitus vite fulgorem, invidiam usque concessit, nec mirum, quisque enim cupite rei fructum ab eo

-C. 30.

consequebatur, semel dumtaxat vultum mutavit, pro brevi tristicia ne enim omnis incomodi expers esset anulum sibi ad modum gratum in mari proiecit, quem tamen continuo recuperavit, capto pisce qui eum devoraverat, sed que istius felicitas quem orontes dary regis prefectus in excelsissimo montis vertice affixit, primo ethiorum . nullus vitam finiens miserabiliter dicitur felix ¶ Damon et phitias ait vallerius libro 4.° pitagore fuere discipuli, et tam fidelem inter se iunxerunt amorem, ut cum alterum ex hiis dyonisius siracusanus interficere vellet, impetrasset que tempus quo domui sue disponeret, alter se vadem dare pro eo tyranno non dubitavit, appropinquante autem termino nec illo redeunte stulticie arguebatur, at ille se nichil de amici fidelitate predicabat, In momento autem ille debito veniens se presentat, admiratus tirannus amborum animum remisit supplicium et rogat se fieri amicicie sodalem tercium / 30.^ma^ de dario et filio ytaspis, et sibi contemporaneis cum p.^a^ p.^de^

Darius ytaspis filius quem eius sublimitate in regni quidam fuisse tarquinium asserunt regnum obtinuit, erat enim magorum occisores, ita et virtute pares, ut difficile ex hiis equalitas electionem populo faceret, inter se igitur concordant, ut religioni et fortune regimen committant, pactique sunt, ut ante regiam die statuto omnes equos primo mane perducerent et cuius equus ante solis ortum vicium primum edidisset is rex esset, Dario vero de regno solicito equi custos ait, nichil sibi negocii superesse, per noctem enim pridie, equum ante diem statutam ad locum duxit et eque emittit, Postera autem die cum ad locum pervenisset equus darii ex desiderio eque, statim vicium edidit et ceteris aliis felix auspicium dno dedit, tanta autem moderatio ceteris fuit, ut adito auspicio confestim equis desilirent, et darium regem salutarent, Moxque darius filiam cyri in uxorem sumit ut non tam in alienum translatum quam in familiam cyri commissum regnum videretur, babilonios solitum tributum negates occasione duorum magorum superavit, / 2.^a^ pars de bello

Postea quam cum filie antiri regis sitarum vel grecorum vel gotorum petitas nuptias non obtinuisset, putavit enim antirus quod cum filia vellet regni bellum ei intulit, scithiamque ingressus, cum septingentis milibus hominum, metuensque ne interrupto ponte istri reditus sibi intercluderetur, amissis 80 . milibus hominum trepidus refugit ne vero ubique deformis dampno milicie haberetur, mittit cum parte copiarum pharnabasum ad subiugandam traciam ceteraque eius tractus regna, quod brevi tempore expeditus est, et ad Amintam regem macedonie mittens obsides petit, legati benigne recepti inter epulas crescente ebrietate petunt, ut more persarum amite, et alexandri filii eius, uxoribus exornetur convivium quas venientes petulantius perses contrectare ceperunt, sed alexander petulanciam legatorum ferro corripi iussit, pharnabasus autem videns legatos non redire, mittit illuc cum parte exercitus bubarem, qui captus amore filie amite omisso bello nuptias facit, et defuncto amita, alexandri non solum dampna, sed consequenter etiam perzi acceptum fecit. Darius expost minorem asyam et macedoniam devincit, et Jonas navali bello superavit, comperto que quod Jonibus athenienses contra se dedissent auxilium in eos bellum convertit, contra quos ypias se ducem obtulit, Athenienses contra darium auxilium a lacedemoniis pecierunt, sed non expectato auxilio cum decem . m. civium, et auxiliatoribus mille procedunt, Melchiades dux belli et auctor non expectandi auxilii fuit, maior enim fiducia in celeritate quam in auxilio, tanta fuit in bello prodeundi alacritas, ut

democritus flor3
popilia virgo viva sepelit

tu3 mille adeo passus inter duas acies essent/ citato cursu ante iactus sagittaru3 ad hostes venirent/ nec ad audacie successus defuit pugnaverunt enim tanta virtute ut hinc viros/ perside inde putares/ victi autem perse in naves refugiunt ex quibus multe suppresse/ multe capte eo bello fuerunt/ ¶ Tanta singuloru3 virtus fuit/ ut cuius laus prima esset vix iudicari potuerit/ Cynegiri autem atheniensis militis gloria magnis scriptoru3 laudibus celebrata est/ qui post prelii innumeras cedes et confugientes hostes ad naves cu3 navem onustam dextera tenuisset nec prius dimisit q̄ manum amitteret/ deinde sinistram apposuit que similiter abscissa est/ Postremo morsu navem tenuit/ et quasi rabida fera ad ultimum dentibus dimicavit/ Ducenta milia persarum eo prelio cesa sunt/ sine navibus/ cecidit et ypias concitator belli istius Interea du3 bellu3 darius instauraret/ in ipso apparatu mortuus est/ 3a pars quali babilonia rebellatem recepit

De illis etiam que illi intra regnu3 contingerunt/ quod dicendu3 est/ cu3 enim assyrii et rebellassent et babiloniam occupassent difficilisq3 urbis expugnatio esset/ estuante rege/ unus de interfectoribus magoru3 zopirus nomine domi sue vulnerari toto corpore iubet nasu3 aures et labia sibi precidi/ atq3 ita ignoranti regi se offert/ deinde sub fuge titulo formato de futuris consilio babiloniam se transfert/ ubi laniatu3 corpus ostendit/ queritur crudelitatem regis/ qui in regnu3 non virtute se initi equi sublimatus est/ iubet illos ex amicis exemplu3 capere quid hostibus cavendu3 sit/ hortatur ne menibus magis q̄ viribus confidant/ nota erat nobilitas viri/ pariter et virtus/ nec de fide timebat/ cuius veluti pignera cernebant vulnera/ Constitutus igitur dux omniu3 suffragio et accepta parva manu semel atq3 iteru3/ cedentibus ex consulto persis tandem universu3 sibi creditu3 prodit exercitu3 Urbemq3 darii potestate redegit/ Quarta pars quali zorobabel obtinuit/ ut templu3 compleretur

Hic dario zorobabel familiaris erat intantu3 ut cu3 interdixisset cambises templi hedificationem/ ascendit ad eu3 zorobabel et per eius interventionem temptavit/ animu3 regis mutare sed non valuit/ tuncq3 dario persuasit secreto/ ut voveret votu3 ad deu3 q̄ si eu3 regem faceret/ restauraret ei templu3 in ierl'm/ et universa eius vasa remitteret/ cu3 igitur audisset zorobabel/ hunc regnare/ fiducialiter venit ad eu3 et honoratus est ab eo/ ultra q̄ speraverat/ nam in cubiculo regis dormiebat cu3 aliis duobus cubicularius/ porro rex exhibuit cenam satrapis et prefectis indie et ethyopie et magratibus. 127. provinciaru3 illam autem noctem expergefactus dixit insompnem/ proposuitq3 suis custodibus/ quod omnibus esset fortius/ scilicet/ rege muliere et vino/ promittens munera ei/ qui sapientius responderet/ et primus dixit regem quia sicut homo prest animantibus rex preest hominibus/ Secundus vinu3/ quia cu3 rex presit animi vigore/ fortitudo vini aufert animi vigorem/ zorobabel mulieres utrisq3 preposuit/ nam et reges et eis qui vites plantant dominantur/ et eis conferunt vitam et alimentu3/ et viri pro eis animas suas ponunt/ viditq3 concubinam cuiusdam regis/ alapas ei dare/ et cu3 dolente rege dolere/ et cu3 ridente ridere/ super omnia autem dixit veritatem prevalere que immutabilis est et sempiterna/ cu3q3 iudicaret omnes veritatem omnibus prevalere/ dixit rex zorobabel ut peteret quod vellet/ qui petiit templi edificationem/ et vasa ipsius mitti in ierl'm/ et gavisus est rex propter votu3/ et scripsit epistolas principibus ultra flumen/ q̄ eos non impediret/

sed potius de sumptibus regis cooperarentur/ zorobabel autem vasa portans et reditum faciens per caldeam multos de contribulibus suis duxit in ierl'm/ 5a ps. de phys. illius

Tunc etiam democritus floruit/ qui ¶ temporis ditissimus fuit/ et agros faciens communes propassivus/ athenas preferens sibi oculos eruit sive ut vegetatiores cogitationes haberet/ sive ut non videret malis civibus bene esse/ ut alii asserunt/ sive quia mulieres sine concupiscentia videre non poterat/ ut nonnulli affirmant/ merito autem sibi oculos eruit/ quia magicas tenebras humanis oculis invexit/ ait enim de eo ysidorus q̄ magicam artem post zoroastem ampliavit ¶ Eraclitus etiam cognomento scothion quem vix studentes philosophi intelligunt ut ait Jero. libro primo contra Jovin/ ¶ Anaxagoras qui secundu3 august. auditor fuit anaximenes/ sensit omniu3 reru3 divinu3 intellectu3 effectorem esse hic audita morte filii ut ait valleriis libro 5to. nichil inquit mihi inexpertatu3 annuncias/ ego enim illu3 ex me natu3 esse [non dum] sciebam mortalem/ et li° 8° dicit/ q̄ post longuam peregrinationem pro studio sapientie in patriam reversus/ cum possessiones suas desertas videret non essem inquit ego salvus/ nisi perissent iste/ hic athenis mortuus est/ quia solem lapidem ardentem non deum esse asserebat/ in libro de consolatione ait boetius q̄ si non legisti anaxagore fugam nec socratis venenum/ zenonis quoq3 tormenta hic successorem habuit archelaum/ magistrum socratis secundum August. ¶ hesiodus super tragediarum scriptor qui casu mirabili mortuus est/ ait enim vallerius libro nono q̄ quadam die in sicilia urbem egressus cu3 aprico loco resedisset/ aquila testudinem ferens splendore capitis calvus erat/ flavos enim habebat capillos/ ut eius crinibus vesteretur/ capiti eius lapidi illisit ¶ eo tempore/ popilia virgo ob crimen stupri viva defossa est

6a ra. de perse et eis contemporaneis/ cuius prima ps de

Xerxes filius darii ei successit/ et eius promotione. Darius enim multos reliquit filios in regno et ante regnu3 susceptos ex his arianenis maior natu regnu3 sibi vendicabat/ quod ius natura ipsa nascentibus dedit/ porro xerxes controversiam non de ordine sed de nascendi felicitate referebat/ se vero rege natu3 agebat et propterea sibi regnum fratribus ex privato natis privatu3 patrimoniu3 deberi/ ad hoc accedere dicit arianenem ex privato avo matris/ no/ se vero regio cyro descendisse/ hoc certamen ad patruum suum/ veluti ad domesticum iudicem deferunt/ qui demum cognita causa/ xerxem preposuit/ adeoq3 pacificata fraterna contentio fuit/ ut nec victor insultaverit/ nec victus indoluerit/ ipsiusq3 quoq3 litis tempore munera invicem miserunt/ moderatius enim tunc fratres inter se dividebant regna/ q̄ nunc exigua patrimonia/ 2a pars de bello xerxis contra grecos

Xerxes bellu3 a patre inceptu3 contra grecos per quinquenniu3 instruxit/ quod ubi primu3 didicit demaratus rex lacedemoniorum/ qui apud xerxem exulabat/ amancior patrie post fugam q̄ regi post beneficia/ ne inopinato bello opprimantur/ omnia in tabellis ligneis magratibus scribit/ eademq3 cera super inducta delevit/ quibus perlatis lacedemonie questioni res diu fuit/ q̄ nec scriptu3 aliquid videretur/ nec sine causa missas suspicarentur/ tandem soror regis leonides consiliu3 scribentis invenit/ rasa igitur cera

123. f. 3
52. f. 2
honorat9
3402 / 20

belli consilia deteguntur. Iam xerxes vii^c milia ex suis habuit, iii^c milia de auxiliariis, ut dicere tunc eius exercitus exsiccare flumina et universa grecia capi posset, exercitum tamen opes regie superabant. Xerxes tamen in bello ultimus, in fuga semper primus visus est. In periculis timidus, sic ubi defuit timor inflatus; rostratas naves ii^m et ducentas habuit, onerarias 3000. Quantum autem horribilis fuit ingressus eius in greciam, tantum turpis ac fedus fuit recessus. 3^a p^s. de virtute regis leonidis et So-

Rex enim Leonides, cum ~~tribus~~ quatuor milibus // novum spartanorum, angustias thermopillarum occupasset, tribus diebus continuis non duorum sed nimis populi cedes fuit, et succedente inutili turba, maior cedes editur, triduo ibi, cum dolore et indignatione persarum dimicatum est, quarta die cum nunciatum esset leonidi hostium 20 milia summum cacumen tenere, hortatur redire socios et ad meliora tempora patrie reservet, sibi vero cum spartanis experiendam fortunam esse, et plura se patrie quam vite sue debere, consultationi enim responderat apollo delphicus, quia aut regi aut civitati clades immineret, audito regis imperio, ceteri ad presidia grecie conservanda se conferunt. Leonida cum vi^c viris castra nocte irrumpit, numquam honestius quam in castris hostium perituris per omnia castra victores vagantur, cedunt, sterminantque omnia, ut puta qui sciunt se pugnare, non in spe victorie sed in mortis ultionem, prelium in maiorem partem diei trahitur, ad postremum non victi, sed vincendo fatigati inter catervas hostium ceciderunt. Ad suos enim predixerat mirabilis ille leonida incitativum animi et cordis inflamativum, hic prandete tamquam apud inferos cenaturi. Interim xerxes misit x milia armatorum ad templum delphicum spoliandum, qui omnes ymbribus et fulminibus perierunt. 4^a p^s. de victoria grecorum in mari

Xerxes autem duobus vulneribus in prelio exceptis, experiri maris fortunam statuit. Cunctante autem xerxe, consulentibus Athemensibus oraculum delphicum, respondetur, ut salutem se muris ligneis tuerentur. Quod themistocles navium presidium interpretatus est. Relicta urbe Athenienses naves ascendunt, uxores vero liberos et preciosa in insulis ponunt. ¶ Xerxes qui in homines ferro non poterat, in edificia igne grassatur. Conserto autem navali bello, ipse in littore spectator pugne residet. Arthemidoria regina alicarnasi, que in auxilium venerat xerxi, inter primos duces bellum acerrime egit. Themistocles autem Athemensium dux, cum animadvertisset Jonas, propter quos bellum persarum susceperat, in auxilium regis classe venire, partes suas statuit, que vos ponens, Jones dementia tenet, quod facinus facitis bellum inferendo conditoribus vestris et nuper vindicibus vestris. Jon. vir fortissimus ex suo nomine athemenses vocavit Jones, cumque contingeret ut anceps bellum fieret iuxta preceptum themistoclis, Jones se paulatim certamine subtrahere ceperunt, quorum defectio et animos ceterorum fregit, et persas iam diudum fugam circumspicientes aperte fugere persuasit. In qua fuga multe naves merse, et multe capte sunt. Plures tamen non minus regis seviciam quam hostem timentes domum dilabuntur. 4^ta pars de reditu xerxis

Hac clade perculsum, et consilii dubium xerxem mardonius aggreditur et hortatur ut in regnum habeat, ne fama belli que volat cedeat

transitum modum, sibi in regno seditionem inducat, ccc milia pugnatorum relinquat, quia magni aut eius gloria predonatum sequatur, aut si aliter accidat sine eiusdem infamia hostibus cederet, et approbatur consilium. ¶ Greci autem et ipsi consilium ineunt pontis interrumpendi quem xerxes quasi maris victor construxerat, ubi elespontus a mari magno aggrediens in septentrione, in angustiis septem stadiorum stringitur, ibi est abides insula inde diffusus patenti equore rursus stringitur et facit propontidem que mox in 600 passus coartatur, fitque bosforus tercius a transitu vel angustiis meatibus bovum, ait ysi. Deinde ponticus sinus amplissimus est a tergo habens meotidas paludes. Sed themistocles timens ne inclusi hostes desperationem converterent in virtutem, servum ad xerxem mittit ut maturata fuga mature occupet transitum, ille perculsus nuncio tradidit ducibus milites perducendos, ipse vero cum paucis pontem ybernis tempestatibus solutum inveniens, piscatoria scapha transiens, ridiculum prestabat cernentibus qui paulo ante equora promittebat sternere pontibus in planiciem deducere montes. Copiasque commisse ducibus labore fame metu distribuerunt. 6^ta p^s. de consumatione victorie et themistoclis regis conditionibus

Mardonius vero olimpum grecie opidum expugnavit. Atenienses autem nava solicitatione adducere in spe pacis aggressus est, quorum ut vidit inexpugnabilem libertatem incensa ripe parte, quam edificaverat omnem belli apparatum in beciam deduxit, illuc quoque c milia grecorum insequti sunt et commisso sine mora prelio derelictis eius copiis, ipsum fugere compulerunt. ¶ Castra autem regiis opibus referta reperiunt esse, non parvo quidem antique industrie dampno, nam post huius prede divisionem aurum persicum, prima grecie virtutis corruptio fuit, commisso oriente sole hoc prelio meridianis horis secundum orosium, in asia dimicantibus persis, novus huiusmodi huius cladis tanto interiecto spacio omnium aures implevit. Unde perse primum dolere desperatione excunde correpti, bello victi sunt et decies nonies centena milia sub tribus prefatis regibus hiis periere bellis. ¶ Post hec enim grecia in duas partes divisa est, ducibus lacedemoniis et athemensibus, utriusque civitatum auxilia suis convertere viribus laborantibus. ¶ Sic grecia ab exteris bellis quiescens, in sua viscera arma convertit. ¶ Igitur cum circa xerxem et eius exercitum contigisset que demoratus predixerat, xerxes pudore quam dampno miserior, ei gracias egit, quod solus sibi verum dixisset, concessitque ut quod vellet impetraret a se, qui petiit Sardis maximam civitatem, curru inflatus more regio invehi, ut ait Seneca de effectu libro 6^o. Predixerat enim regi aliis diversa iactantibus, timendam fore sui exercitus multitudinem indigestam, propter quod nec regi posse nec unquam durare potuisse, quod regere caruisset. Conserto bello themistoclis gloria super omnes effulsit, honoremque patrie sue auxit, huius adolescentia tot viciis subdita fuit, ut eum pater abdicaverit, materque merore suspendio vitam finierit. Hic consultanti cui filiam suam duceret, an pauperi sed valenti, an diviti sed misero, respondit, mallem virum pecunia quam pecuniam viro indigentem. Invidia autem post tantam victoriam, pulsus patria a xerxe susceptus est, quem cum videret bellum inferre atheniensibus, ne aut beneficiis esset ingratus aut patrie nocivus, taurini sanguinis haustu, sibi mortem asciuit. 7^ma pars de eventibus illius temporis

Trecentesimo anno a condita urbe propter querelas et gravia emergentia placuit senatoribus et populo submovere regimen consulum, et decem

hi. p. 3

hoz. 20

ho. p. 2.

file. 67. p. 2.

de grecorum disionibus

63. p. 5.

58. p. 9.

regm· 10· uirorum

urbis committere constituendarum antiquarum legum gratia
missis athenas legatis ad solonis leges deferendas Illi
uero commutant omnia sibi initio consentire completo
anno uirginij probatissimi militis pulcerrimam filiam Apius
claudius uiolenter habere uoluit quam pater procedentibus
illis ipso die quo magistratus deponere mos erat cum fascibus
ceterisque imperialibus insignijs et cum 12· legum tabulis me
dia urbe occidit ostendens romanis qualem incurrisset ser
uitutem qui protinus raptis armis illud regimen destruxe
runt et uiros omni perpetuo priuant honore ¶ Post etiam

bellum contra urbem

terremotum castra subuertentem et urbes tanta fuit sitis
ut messis quasi periret tunc fidenates et vegentes et
cum eis ciuitas vulsinia congregatis undique auxilijs statue
runt destruere cum habitatoribus urbem sed a romanis se
parati sunt sub ducibus ornamento et quintio sirmato
principe militie et ciuitas fidenatum destructa est durauit
autem odium per annos 20· et cum tandem magnum exerci
tum congregassent per furium camillum superati sunt et
ciuitas vegentium destructa ¶ Sophocles usque ad summam
senectutem tragedias fecit et cum tragediam quamdam in
certamine misisset ac suspensus ancipitis certaminis ex
pectaret sententiam audiuit se una sententia uicisse et
pre gaudio expirauit ¶ Cum lisander lacedemonius A
thenas obsideret ubi sophoclis inhumatum corpus iacebat
liber pater ducem monuit per quietem ut sepelire delicias
suas sineret nec prius hoc monere destitit quam lisander
cognito quis obisset et quid a numine posceretur indutias
bello daret Inuenta sunt ciuium romanorum· C· xlxiij· mil·
iiij· xxiij ¶ Tunc etiam erodotus ystoriarum scriptor claruit

medicina renouatur

¶ hoc etiam tempore ypocras medicinam amissam renouauit
ut c· h· par 1ª / 8ª p· de grecie ac sicilie cladibus ruinosis

hz· p· 3·

In sicilia cum cathamenses siracusanos infestos
ab athenis petiere auxilia illi ueriti siracusa
nam classem nuper instructam lacedemonijs per
ficere maiores ducentes copias cesis hostibus prospera
habuere inicia sed atediati bello cathamenses cum siracusa
nis componunt et atheniensium auxilia spernunt ¶
Post hoc siracusanis condiciones pacis meditatione dum
transgredientibus iterum cathamenses lugubri legatione
atheniensium reposcunt auxilia qui tantis uiribus siciliam
repetunt sub ducibus alcibiade et lamaco ut etiam hij time
rent qui suffragia impetrassent breui post tempore reuoca
to ad senatum alcibiade sub nicea et lamaco athenienses
bis congressi hostes feliciter concludunt terram marique illi
coacti auxilium lacedemonijs petunt et mittitur gilippus qui
ut audiuit inclinatum iam bellum auxilijs partim in grecia
partim in sicilia contractis oportuna bello loca occupauit et
bis uictus nec territus tercio loco hostes fugat et occiso la
maco socios ab obsidione liberat ¶ Terra uicti athenienses
mari congredi parant pelopenses multarum urbium consensu
ac decreto siracusanis auxilia mittunt et sub specie socialis
belli domesticos exequuntur motus quasi de grecia in siciliam
certamen translatum sit et athenienses prima congressione
uincuntur et suadet demostenes reditum nicias pudore
gestarum rerum redire contempnit Igitur reparato nauali bel
lo in angustijs syracusani maris circumueniuntur hostium
insidijs dux ipse eurimedonta qui loco occisi lamaci uenerat
cum suplemento tyronum occiditur naues xj· incenduntur
demostenes et nicias naues dimittunt 130· gilipus post
occupatas naues fugientes insequitur et plurimis cesis de
mostenes seruitutem exhorrens sibi mortem asciuit ¶ Domi

etiam athenienses aduersa passi sunt alcibiades enim

·hz· p· 2·

dux pridem aduersus syracusas pronunciatus mox
ad iudicium pro quadam insimulatione detentus uo
luntario exilio lacedemoniam se contulit impulitque
spartanos nouo athenienses attare bello nec ei relin
quendi respirandi spatium agebat quin opprimerentur
cum incepto omnis grecia ita astipulata est quasi ad
commune incendium restringendum bono publico congestis
uiribus consuleretur ¶ Darius etiam rex persarum me
mor paterni antiquique odij in hanc urbem lacedemonijs
per tisafernem prefectum lidie sumptus belli et copias
pollicetur miro autem modo athenienses sepe pugna
do numquam cedendo consumpti potius uidebantur quam uicti
alcibiades quoque acceptis quinque nauibus in asya tri
butarias atheniensibus ciuitates auctoritate nominis
sui ad se compulit uidebant enim domi clarum nec
exilio minoratum et non tam ducatu priuatum quam lace
demonijs datum sed alcebiadis uirtus apud lacede
monios plus inuidie quam gratie contulit Unde cognito
quod eum interfici mandassent ad tisafernem fugit eique
suadet lacedemonijs tanta ferre auxilia sed reuocan
des et Iones qui contra athenienses bellum mouerant
ut ab eorum tributis sint liberi et meliorem fieri aliena
uictoriam non suam esse et si dissident greci regem
persarum arbitrum peti quos quidem suis non potest armis
contrijs ipsorum regat profecto etiam bello statum cum
uictoribus dimicandum dimittat preterea greciam suis
prelijs attrahendam fuit hic sermo efficax apud
prefectum interim alcibiades atheniensibus hanc
operam uendicabat deinde ad se uenientibus atheni
ensium legatis pollicetur amiciciam regis si respubli
ca transferatur a populo ad senatum sperans aut
concordante ciuitate ab omnibus eligi ducem belli aut
discordante ab altera partium in auxilium uocari
sed cum et hoc perniciosum foret tandem alcibiades
exul ab exercitu reuocatur et dux classis constitu
tur propter quod principes primo spartanis urbem
prodere conati postea uoluntario cesserunt exilio
Alcibiades autem uictor magnam partem spartani ex
ercitus cessit duces quoque pene omnes interfici et
80· naues preter submersas capte sunt deinde

hz· 22· 80·

in terra spartanis eque male cessit nec petitam ob
tinuere pacem Unde et siracusa audita carthaginen
sis belli infestatione reuocauere presidia ¶ Dum uero
alcibiades cum prius domitam repeteret asyam lacede
monij lisandrum classi preficiunt Cyrus etiam darij
frater magnis eos firmat auxilijs lisander autem
alcibiadis exercitum prede intentum atque dispersum
leuiter fudit ac cessit minus Putantes autem Athe
nienses alcibiadem antiquum exilij dolorem hac uin
dicasse dolore proditione loco eius cononem constitu
tum qui senibus ac pueris exercitum suppleuit sed
protinus imbelles manus sic capta uel cesa est
ut non modo regnum sed nomen atheniensium ui
deretur abrasum at illi desperatis rebus cogitant ur
bem contradere peregrinis sed quia exper consilij fu
ror dolorem uirtutem putat quamque meditatum parata ci
tum premittit audacia Iterum experiri nauale prelium
parant in quo solus dux conon ceteris cesis aut
captis crudelitatem timens ciuium ad cyrum regem
fugit ¶ Post hoc ciuitas obsidetur quam desolatio

morbus et fames angit, et tandem pacem petentibus, diu pendet deliberatio ex sociis inquietissimam civitatem sternendam et populum infestissimum cum suo principe abolendum iudicantibus, spartani negantes unum ex duobus grecie oculis eruendum, pacem concedunt, ita ut pyrey portus ducentia in urbem monimenta everterent, reliquas darent naves et rectores sibi 30. lectos susciperent, insignis fuit hic annus atheniensium expugnatione, darii morte et dyonisii sicilie tyranni exilio. ¶ Triginta autem hii rectores tyranni effecti, primo se 3. milium satellitum stipant, et VII. milites victoris exercitus eligunt, putantque omisso alcibiade, ad votum omnia agere, ille fugiens apud artaxerxem a satellitibus quos triginta tyranni miserant, non valentibus eum palam occidere, clausus cubiculo vivus incensus est. Jo. tamen dicit quod barnabagius xerxis prefectus apud quem alcibiades confugerat, alexandro lacedemoniorum principe accepto precio suffocati caput prescindi fecit et lisandro misit. Reliqua pars corporis remansit in sepultura, sola concubina eius contempto periculo funeralia egit, mori parata pro mortuo quem vita dilexerat. Deinde reliquias civitatis exhauriunt cedibus et rapinis, theramonem unum ex sociis, cum hoc displicere sensissent, ad aliorum terrorem trucidant, propter que singuli ex urbe diffugiunt, sed interdicto lacedemoniorum, per totam greciam negato sibi hospitio, ad argos et thebas se contulerunt, ubi hospitalitatis obsequio tam sedule foti sunt, ut non solum amisse patrie lenirent dolorem, verum etiam in spem recuperande erigentur. thebani et corinthii portionem petunt prede communis belli, atque periculi, qua negata, lacedemoniis aperte quidem non inferunt, sed animo tantam iram concipiunt, ut subesse bellum intelligi possit.

42us. ca. de Artaxerxe longimanus, cuius prima pars de acquisitione regni et morte artabani

Artaxerxes filius xerxis ei successit, cum enim xerxes terror antea gentium in bello in grecia defecisset, deficiente etiam apud suos cotidie regia maiestate, arthabanus prefectus eius in spem regni adductus, cum robustissimis VII filiis aulam regis ingressus, que illi iure amicitie semper patebat, rege trucidato, filios eius dolo aggreditur, dixitque artaxerxi puerulo, regem a dario fratre suo interfectum, sicque eum impulit in necem fratris innocentis, cumque artabanus hunc solum de regiis filiis superesse videret, metueretque de regno, certamina principum assumsit in societatem consilii bagabarum, qui artaxerxi prodidit qualiter pater et frater occisi sunt, et quod insidie sibi quoque pararentur, hiis cognitis, veritus artaxerxes numerum filiorum arthabani, imposterum diem armatum exercitum esse iubet, quasi recognoscituros, et numerum militum, et in armis merita singulorum, cumque inter ceteros arthabanus armatus existeret, rex simulat se breviorem loricam habere, et iubet arthabanum secum commutare, exuentem vero se ac gladio nudatum trahit, et filios eius corripi iubet, sicque egregius adolescens, et patrem vindicavit, et se ab insidiis liberavit. Post hec omnis grecia in duas partes divisa est, ducibus lacedemoniis, et atheniensibus utrisque civitatum auxilia sua convertere viribus laborantibus, sic grecia ab exteris bellis quiescens in sua viscera arma convertit.

- C. 42 -

Ea 2a pars. de Esdra et Malachia

Eo tempore Esdras aaronita, legem succensam a caldeis reparavit, novos quoque apices litterarum excogitavit, qui faciliores forent ad scribendum et ad pronunciandum, propter quod velox scriba dictus est, addidit autem de suo titulos psalmorum, et credibile est quedam superflua subtraxisse, tradidit quoque iudeis modum scribendi a dextra in sinistram, scribebant enim a sinistra in dextram, et a dextra redeundo in sinistram ad modum aratium, unde et scriptura exaratio dicta est. ¶ Porro esdras invenit gratiam in oculis artaxerxis, et licentiam obtinuit ut ascenderet Jerusalem ad explicandum populo legem inventam, habuitque epistolas ad principes transflumen, ut traderent esdre necessaria, ministri quoque templi absoluti sunt ab omni tributo, habuitque potestatem amovendi et constituendi iudices secundum sapientiam suam, et puniendi contumaces. Venit autem cum XVII. m. et sederunt tribus diebus, quarto die obtulerunt in domo domini que secum attulerant, tunc adiuravit esdras sacerdotes et principes et levitas, ut abicerent uxores alienigenas et eos qui de eis nati erant, sed postea malachias provocavit eos, ut antiquas uxores reciperent, aliqui opinati sunt malachiam fuisse esdram, sed malachias post regressum captivitatis natus in iudea in sophim, quem propter sanctam vitam, et decorum aspectum vocaverunt esdram, scilicet malachim idest angelum, tradunt autem quod que prophetice dicebat, eadem die angelus domini apparens iterabat, quidam autem dicunt quod esdras fuit pater Josedech patris Jhesu qui fuit frater eius ut probatur p°. esdre septimo.

3a. pars de Neemia et reedificatione muri Jerusalem

Anno quoque 20°. Arthaxerxis erat pincerna regis neemias, et dum esset in susis castro audivit peregrinos ebrayce loquentes, et sciscitatus est ab eis de statu iudee et Jerusalem, et accepit ab eis urbem esse sine muris, et populum dei ibi habitare in afflictione, nam per diem sustinebant impetum hostium, et noctibus intrabant latrunculi, et plateas implebant cadaveribus mortuorum, et flevit nee. et panem desiderabilem non comedit. Rex autem sciscitata causa tristicie, licentiam dedit redeundi, taxato tempore, et epistolam ad principes transflumen, de honore exhibendo nee. tamquam legato ex latere, misitque principes militum, et equites, deditque mandatum de reedificatione Jerusalem. Ubi notandum quod ab isto XX°. anno Arthaxerxis, inchoare debemus computum 70. ebdomadarum, de quibus ca°. 27°. p°. 6a. visione 8a. faciunt enim LXX. ebdomade annorum annos 490, quos si addimus priori numero annorum a creatione mundi resultant usque ad christi passionem 18. anno tyberii, anni 4030. sed contra secundum huius libri computationem deficiunt anni 40. ¶ Dic quod liber ponit annos solares, ebdomade autem danielis sunt annorum lunarium, et annus lunaris minor est solari XI. diebus unde si demas de quolibet predictorum 474. annorum dies XI. habebis dies 4224. qui faciunt lunares IX. et superant dies 264. qui sumendo partem pro toto supplent 14. milia, sic taxatio annorum solarium per gentiles in chronicis declarat completam prophetiam 70. ebdomadarum, et LXX ebdomade annorum, ostendunt veram taxationem annorum in libro. ¶ Sicut data occasione de LXX. ebdomadis, dicamus quia Gabriel danieli prophetavit LXX. ebdomadas indistincte dicens. LXX. ebdomadas .scilicet. annorum. lev. 25. numerabis tibi septem ebdomadas annorum, et ezechiel 4°. dic, diem pro anno dedi tibi, abreviate sunt, quia lunares ut dictum est, super populum tuum et super urbem sanctam tuam ut consumetur prevaricatio et finem

Notandum est quod anni computantur a creatione mundi

et finem accipiat peccatum et deleatur iniquitas et adducatur iusticia sempiterna, et impleatur visio et prophetia, et ungatur sanctus sanctorum, et quando debeant inchoari iste lxx ebdomade ostendit dicens, scito ergo et animadverte ab exitu sermonis ut iterum hedificetur Jerusalem, idest a xx° anno Artaxerxis per eadem terminum vero ebdomadarum ostendit dicens usque ad christum ducem. ¶ Deinde distinguit illas ebdomadas sic, ebdomade septem et ebdomade lxii erunt, quid autem fiet in septem primis ebdomadis ostendit dicens et rursum hedificabitur platea et muri in angustia temporum et post ebdomadas lxii quibus populus habitabit in Jerusalem reedificata, occidetur christus, et non erit populus sciliret Judeorum eius idest christi et causam subdit, qui eum negaturus est, dicens coram Pilato, non habemus regem nisi cesarem, et civitatem et sanctuarium dissipabit populus scilicet romanus cum duce venturo. C. 126. et finis eius vastitas et post vastitatem statuta desolatio secundum divinam preordinationem, confirmabit autem pactum multis ebdomadis una scilicet qua predicavit et passus est, de quo pacto Jeremie 31. ecce dies venient dicit dominus feriam domui Israel et domui Juda fedus, non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris et cetera, et in medio ebdomadarum deficiet hostia et sacrificium, quia in medio ultime ebdomade christus baptisatus est, legem evangelii promulgavit et passus est et cessaverunt sacra legalia, et erit in templo abhominatio desolationis quia Pilatus ymaginem cesaris ibi statuit, C. 124. p. 10. deinde Gaius mandavit suam ibi poni, C. 142. par. 10ᵃ. et usque ad consumationem et finem perseverabit desolatio ista iudeorum ¶ Ad istoriam redeuntes dicamus quia Neemias duxit ibi secum multitudinem de babilone ex filiis captivitatis, et venit Jerusalem 24° anno Artaxerxis secundum Josephum et siluit tribus diebus, et nocte surgens cum paucis circuibat ruinas murorum, considerans qualiter rehedificari possent, quarta loquutus est ad multitudinem dicens. Venite rehedificemus, et non simus ultra opprobrium in gentibus. Neemias et Heliasib summus sacerdos cum multis de populo edificaverunt muros cum sex portis. Consumatum est ergo opus post duos annos et menses x. licet in multa angustia et pluribus impedimentis. Primo enim finitime nationes impediebant eos manu forti. Neemias autem mediam partem populi armatam statuit extra civitatem, alia vero pars edificabat, una manu ponens lateres, altera manu tenens gladium. Secundo quia venit fames in terra, et obligavit se populus sub usuris. Tercio principes transflumen invidentes nec corrumpe runt quosdam seniorum muneribus qui erant Jerusalem, ut eum morti traderent, quod cum nequirent, variis eum terrebant rumoribus, ut sic ab opere cessaret, post hedificatum autem murum, precepit ut clauderentur porte ante solis occasum, nec aperirentur ante solis calorem, liberavit populum ab usuris. li. ca. Ignem de stipitibus absconsis a Jeremia in puteo in valle Josaphat, invenit 2° Mach. p°. legente Esdra in penosegia et ieiunio, 24° die statuto, populum ad audiendam legem quater in die et quater in nocte convenire fecit. C. 18. videns autem civitatem vacuam habitatoribus rogavit optimates habitare Jerusalem, et benedixit sponte habitantibus inter populares missa est sors, ut habitaret pars in Jerusalem. C. 11. ad celebrationem sabbati populum induxit. C. 13. rediitque ad regem anno 32 regni sui et mortuus etate venerada, sepultus est Jerusalem. 2ᵃ ps. de phis.

Nunc Empedocles claruit, de quo. Illis temporis

in principio de plantis, tria sunt ut ait Empedocles in tota rerum varietate precipua, nobilis affluentie temporis contemptus, future felicitatis appetitus et mentis illustratio, quorum primo nichil honestius, secundo nichil felicius, tercio ad amborum adeptionem nichil efficacius. Item ait deus est spera, cuius centrum est ubique, circumferentia vero nusquam. ¶ Hic querenti cur viveret, respondit, ut astra inspiciam, celum subtrahe nullus ero. ¶ Mortem sibi intulit, animas perpetuas suspicatus, ut ait Lactantius. Parmenides in rupe caucasi montis legitur logicam invenisse. ¶ Gorgias etiam non iste epythera, pulcerrimum librum scripsit de concordia, grecis inter se dissidentibus, cui Menelaus emulus hic inquit nobis de concordia precipit, qui se, uxorem, et ancillam, tres in una domo concordare non potuit, emulabatur quippe eius uxor ancille pulcritudinem, et castissimum virum cotidianis iurgiis exagitabat. ¶ Pitagoras etiam sophista, scolarem instruxit, pepigitque scolaris grandem pecuniam, si in prima causa que apud iudices peroraret victor fuisset, cumque profecisset nec aliquando peroraret, petenti Pitagore pecunie quantitatem, negat ille adveniss conditionem, adducta igitur ad iudicium causa, ait Pitagoras, redde michi quod peto, sive pronuntiatum fuerit pro te sive contra te, si enim pro te sententia fuerit, ex pacto dabis, si contra te ex sententia cogeris, cui Euthalus scolaris ait, ymo neutro modo reddam, si enim sententia contra me fuerit, ex pacto nichil debeo, si vero pro me sententia fuerit nichil debeo, hanc autem questionem iudices indiscussam reliquerunt. ¶ Socrates quoque celebris habetur de quo Augustinus 8° de civitate dei dicit, quod universam philosophiam ad corrigendos componendosque mores flexisse memoratur. Hic duas habebat uxores Xanthipam et Mirtonem, que cum inter se litigarent, ille eas irridere solitus erat, quia propter se fetidissimum hominem simis naribus calva fronte et pilosis humeris, reparandis crinibus disceptarent, tandem in eum impetum converterunt, et male mulctatum fugientem que diu persecute sunt. ¶ Alio tempore cum Xantippe magna convicia ingerenti restitisset, aqua immunda perfusus, nichil amplius respondit, nisi capite terso, sciebam inquit quod talia tonitrua talis ymber sequeretur, et interrogatus ut ait Agellius cur eam domo non amoveret, respondit, quia dum talem domi patior insuesco et exerceor, ut ceterorum foras petulantiam et iniurias facilius feram. Unde Seneca li° 3° de ira, dicit quod Socrates colapho percussus, nil dixisse fertur, quam molestum esse quod nescirent homines quando galeati deberent procedere et ibi ait, quia iniuriarum, alia differenda, alia decidenda alia donanda, et li° 2° ait, quod vindicta differenda est, ad emendationem illius qui debet puniri, ponens exemplum Socratis, qui servo ait, cederem te si non irascerer, admonitionem servi in tempus sanius distulit, non enim fuit ausus ire committere, et epistola 107. ait, non quia difficilia sunt multa illa non audemus, sed quia non audemus difficilia sunt, et ponit exemplum de Socrate. sane per omnia asperam iactato, in vito, ter pertulit molestias ab uxore que erat moribus ferra et lingua petulantissima,

a liberis qui erant indociles matri pocius quam patri similes a tyrannis dira demqz ueneniz hec omnia socratis a- nimuz non mouerunt nec uultuz et ita equalis fuit in tanta inequalitate fortune ut usqz ad extremuz nullus alacriorez so. uideret uel tristiorez ¶ Ex dictis uero eius notabilibus oriente inquit sole consilium occidente comu- niuz cogitato uelox consiliuz sequitur penitentia contraria consilio ira et festinatio cuz amicis breues orationes lon- gas amicicias oportet habere principiuz amicitie bene lo- qui · exordiuz inimicitiaruz male dicere fallere potes sa- piens conscientiaz nunquam querenti ab eo cur peregrinatio nec ei non prodesset respondit ait senera epistola 28ᵃ quid miraris peregrinationes nil tibi prodesse cuz te tecuz circumferas premite eadez causa que expulit queris qua- re te ista fuga non adiuuit tecuz fugit omis animi de- ponenduz est Item consulenti an uxorez duceret uel omnino in coniugio maneret Respondit ut ait Valerius ex utroqz penitentiaz sequi naz hic te solitudo inde te orbitas excipiet hinc generis interitus hinc heres alie- nus et perpetua solitudo contextus querelaruz dotis exprobratio affiniuz graue superciliuz garula socrus incertus liberoruz euentus hic ab archelao rege ma- cedonuz inuitatus ut a se honoraretur respondit se ab illo nolle beneficia accipere cui non posset paria red- dere 63ᵐ caᵐ de dario notho cuius pᵃ pars de na- tiuitate platonis

DArius nothus regnauit post xerxez secunduz qui regnauit du- obus mensibus et sogdianuz qui regna- uit septez mensibus egiptus a persis recessit et rursus egyptioruz renascitur dinastia ¶ huius anno quinto plato nascitur anno so. xxᵒ matrez eius oppressaz fan- tasmate apollinis ferunt et sapientie principez no- nisi de partu uirginis ambiciuntur ait Jero. libro pᵒ contra Jouinianum dormienti autez in cunis apes mella la- bellis pueri inferebant figurantes singularis eloquij suauitatez ait Valerius lᵒ prᵒ mater eius a salone traxit originez cuz autez Ariston pater eius ad so- crates deferret ut instrueretur ab eo preuidit in sompnis pulluz in sinu suo aduolare candoris eximij et uocis canore de sinu suo in celuz uolare uidensqz oblatuz completaz dixit uisionez ut ait Valerius in libro de uita et moribus platonis 2ᵃ ps. de alcibiade socrate euripide

Alcibiades athemesis discipulus socratis duz a pericande auun- culo instrueretur ut tibijs caneret edo- ceri noluit quod honestissimuz tunc temporis uide- batur traditas eniz sibi tybias cuz ad os adhibuisset inflandis pudefactus oris deformitate abiectas fre- git ea res cuz crebuisset omniuz tunc atheniensium consensu canendi disciplina defecit de ipso quoqz ait boetius de consol si linceis oculis uteremur introspec- tis uisceribus humani corporis illud alcibiadis sup- ficie pulcerrimuz corpus turpissimuz uideretur ¶ Eudoxus astrologus in excelso montis cacumine con- senuit ut astroruz reliqz motus deprehenderet ¶ Eu- ripides ut ait Jero. in Jouinianum lᵒ 2ᵒ in creta Jouis pro- phetas non soluz carnibus sed etiaz coctis cibarijs absti- nebat 3ᵃ ps. de incidentibus illius temporis

SIcilia grauissimo terremotu concussa ex- estuantibus ethne montis ignibus fauillisqz calidis cuz detrimento plurimo agroruz et uillaruz uastata est ¶ Tunc etiaz athlanti ciuitas locris ad- herens terre contigua repentino maris impetu abscissa ac in insulaz desolata est ¶ triginta Atheniensiuz tira- ni cuz phidonez necassent filias eius uirgines ad se ue- nire iusserunt et scortoruz more nudari ac super pauimenta patris sanguine cruentata impudicis gestibus ludere que paulisper dissimulato dolore cuz temulentos conuiuas cernerent quasi ad requisita nature egredientes se complexe precipitarunt in puteuz ut uirginitatem morte seruarent ait Jero. contra Jouinianum ¶ Lacedemonij rupto federe post annoruz 16. anno fines atheniensium populantur Athenienses tempus ultionis differunt et interceptis diebus naues conscendunt et nichil senti- entibus lacedemonijs totaz spartaz idest lacedemonioruz terraz grauius ledunt quam passi fuerant ¶ Anno 10. darij lacedemonij uersatuz destruentes eracleaz condunt Justi- nus dixit lᵒ 16. boetijs pestilentia laborantibus delphico responso coloniaz in metaponto condere iubentur illis longaz et periculosaz nauigationez uerentibus res ob- missa est deinde illis belluz intulere forenses et iterato monentur oraculo idez belli quod et pestilentie remediuz fore Igitur in pontuz delati eracleaz condunt ut uero plebs diuisionez agroruz petijt et procuraretur differende senatu athimotheo atheniensiuz duce postea ab epa- minonda thebanoruz petit auxiliuz contra plebez utrisqz negantibus clearchuz quez in exiliuz egerant uocat qui exilio facinorosior rediens inter ciues diuisionem alit et contra senatuz repente patronus plebis efficitur 60. senatores comprehendit quos prius pecunia postea uita priuauit ceteros fugientes bello superauit tota urbe alios torquet alios occidit nullus locus crudelitate uacat hec cernentes duo nobiles iuuenes chion et leonides olim platonis discipuli more uirgantiuz ad tiranuz uadunt et duz nimis querelaz intentus audiret ab alio occiditur nichilominus in eraclea longo tempore regnauerunt tiran- ni ubi fuit theatruz illud mirabile quod inter septe mundi mirabilia ponitur naz de uno monte marmoreo ita scul- ptuz est ut omnes cellule et mansiones et muri et atria bestiaruz ex uno lapide sint et nemo in ipso taz secrete aut solus aut cuz alio loqui potest quin omnes in circuitu ipsiuz audirent 64ᵐ caᵐ de arthaxerxe meno et sibi con- temporaneis cuius pᵃ pars de gestis eius

Arthaxerxes darij filius cognomento menon totaz greciaz domitaz et sibi uendicataz dis- cedere ab armis iubet denuncians paris contradictorez punienduz morte non illis consulens sed sibi in bellis alijs occupato prohibitionis autez fuit occasio quia La- cedemonij post superatas athenas spe erecti ad grecie uniuerse imperiuz orienti belluz mouentes lisiliderz ducem militie legunt hic contra potentissimos artaxerxis pre- fectos farnabuzuz et tysafernez · ut pondus gemine con- gressionis eluderet uniuz denunciato bello appetit alteriuz parta pace suspendit primus apud arthaxerxez proditio- nis criminatur secunduz quod hosti belli tempore placuisset et impetrat ut loco eius cononez atheniensez qui apud cypruz exulauerat classi preficeret acceptis 500. talentis argenti ¶ hoc comperto lacedemonij missis legatis a rege egipti 100. triremes et 6ᶜ milia modioruz frumenti receperunt et a socijs undecumqz magna contrahere sub- sidia qui militie consensu omniuz agesilauz ducez creat claudez pede sed malentes in tanto discrimine regez clau-

3562 / 14

80. p. 2.

3581 / 80

2. p. 8.

hester
Iudeorum ...

dicare quam regnum, raro tam pares duces convenerunt in prelio, qui acerbissimis invicem preliis fatigati, velut invicti ab alterutro recesserunt. ¶ Iterum Conon a rege magno accepto subsidio, invadit hostiles agros, expugnat castra cetera que presidia, quasi effusa tempestas. Lacedemonii domesticis malis circumventi cohibent exteriores discursus et spem dominationis abiciunt, imminente periculo servitutis, et Agesilaum quem cum exercitu in Asya miserant, ad subsidium patrie revocant. Interea Pissander apud Spartam per Agesilaum dimissus magnam et munitissimam classem instruxerat, audiensque Agesilaum terrestri expeditione virtuose agere, ora maritima pervagatur. ¶ Conon vero suscepto negotio duplicem curam impendebat, sociis sollicitudinem patrie fidem, in hoc prensior civibus, quod pro eorum quiete alieni sanguinis discrimen impenderet, conserto autem navali certamine, eius belli atrocitate inclinatus est, excitat Lacedemoniorum status, Atheniensium vero spes affuit recuperande potentie. ¶ Primum enim Thebani auxiliis Atheniensium fulti superiori clade saucios aggrediuntur, et propter virtutem et industriam Epaminunde ducis obtinere posse imperium totius Grecie videbantur, nihilominus negotio vincunt Thebani, et occiso Lisandro, Pausonias dux alter Lacedemoniorum insimulator proditionis, in exilium truditur. Aristidis enim collega studio detectus est, quod pro ducatu regnum Grecie affectasset, et filiam Xerxis petens coniugem, scribensque ut cunctos interimat minos ne vulgetur proditio. Xerxes vero videns vulgatam proditionem, ex integro instruit bellum, Greci vero Themonam Athenienses filium Melciadis ducem constituunt, cuius future magnitudinem prodiderat pietas, quippe patrem in carcere defunctum translatis in se vinculis ad sepulturam redemit. Hic non inferior virtutibus patris, Xerxem terra marique superavit. ¶ Thebani collecto exercitu Spartham contendunt, putantes vacuam presidio civitatem, Lacedemonii inexercitato milite obviam procedunt, et cum minus pacti cedes passim fieret, repente rex Agesilaus accessit ex Asya, et improvisos Thebanos et duplici victoria letiores ac segniores facile superat, maxime cum integras vires haberet, Agesilao tamen graviter vulnerato. ¶ Athenienses vero comperti insperata Lacedemoniorum victoria sublevatos pristine servitutis metu, exercitum contrahunt, eumque Beotiis in auxilio adiungunt, commissum Ificratis ducis annorum .xx. sed infirmitatem etatis maturitate animi munitus, Cononque quoque predictus audito Agesilai reditu ad populandum Lacedemoniorum agros revertitur. Sic Spartani strepitu circumstantium undique hostium desperatione tabuerunt. ¶ Exinde Conon letante urbe recipitur, ipse tristis cernens Athenas innatam squalore confectas. ¶ Interea igitur Artaxerxes Egipto bellis occupatus, universe Grecie ab armis discedere iubet, Lacedemonii tamen inquieti magis quam strenui, Archadum castrum furtim rapiunt. Archades Thebanorum auxilio in illud recuperant, eo prelio Archadamus rex Lacedemoniorum vulneratos cedi suos, ac victi cernens, occisorum corpora ad sepulturam poscit, quod signum tradite victorie inter Grecos esse solet. Hac confusione contenti finem dederunt certamini, paucis autem interiectis induciarum diebus, Thebani Lacedemoniis ad alia bella conversis, Lacedemoniam quasi destitutam intempesta nocte veniunt. Sed .100. armati senes in portis angustiis obstiterunt, superveniente demum iuventute et facto congressu, et vulnerato Epaminundo Thebanorum

¶ Thebani

hh. f. 3.

hh. f. 3.

duce, utrimque discessum est, Epaminundas autem suos victos conspiciens, statim expostulans manus, qua vulnus obduxerat amovens, sanguini egressum et morti patefecit introitum, cum quo Thebe pariter mori vise sunt, quia nec ante hunc ducem ullum memorabile bellum gesserat, nec postea virtutibus sed cladibus insignes apparuerunt. Habuit quoque Arthaxerxes bellum cum fratre Cyro, qui regnum concupivit, prius Arthaxerxes vulneratus a fratre, equi velocitate mortem evasit. Cyrus vero mox a cohorte regia oppressus est, qui potentissimos Persarum prefectos Famburnum et Tysifarnem feliciter superaverat, et Egiptum Arthaxerxes magno labore suo subiecit imperio. ¶ Eusebius huius anno viii.° ponit ascensum Cyri regis quem scripsit Xenofon, forte hic Cyrus fuit ipse rex frater regis, de quo Tulius de senectute apud Xenofontem Cyrus moriens dixit: Nolite arbitrari filii mei carissimi, me cum a vobis recessero, nunquam aut nullum fore, nec enim dum essem vobiscum animum meum videbatis, sed eum in hoc corpore esse ex eis rebus quas gerebam intelligebatis, eundem igitur esse credite et si nullum videbitis. Dicitur autem Asuerus in Ester qui regnavit ab India usque Ethyopiam super .127. provincias, et erat in Susi castro solium regni eius, habuitque ex pelicibus .115. filios, huic concordare videtur illud Ester, quod post mortem Vasti regine, quesite sunt semel et secundo puelle speciose per universas provincias. / Scda pars de sublimatione hester.

ᴵNter ceteras autem inventa est Ester, quam orbatam utroque parente patruus eius Mordacheus adoptaverat in filiam, et ductam ad eunuchum regis sequutus est Mordacheus, et versabatur in vestibulo domus regie ut curam haberet filie. ¶ Iudas autem erat summus sacerdos. ¶ Eo tempore irati sunt duo eunuchi ianitores, et machinabantur mortem regis, et non latuit Mordacheum, et ex nomine eius Ester hoc detulit ad regem et suspensi sunt in patibulo, traditumque in analibus regis. / 3a ps de sublimatione Ama

ᴾOst hec / et sententia in iudeos exterminandos / Asuerus exaltavit Aman Amalachitem de genere Agag et adorabant eum omnes servi regis preter Mordacheum, quod attendens Aman indignatus est, et cognoscens eum esse Ebreum, motus veteri odio, cogitavit eum disperdere cum genere suo, dixitque regi, quia regis erat servare pacem, dissimilitudo autem erat pacis noverca, gens autem Ebrea in regno suo utebatur novis legibus et cerimoniis, tunc rex anulum dedit Ama ut de populo iudicaret, qui scripsit litteras ex nomine regis per omnes provincias ut .g. 13a die .12mi. mensis omnes iudei perirent et bona sua diriperentur. ¶ Quo audito Ester Iudeis indixit ieiunium et consilio Mordachei exponens se periculo, non vocata intravit ad regem, uni innixa puelle, defluentes vestes alia sustentante, qui cum eam torve oculo inspexisset, collapsa est, tunc extendit contra eam rex in signum clementie sceptrum aureum, et veniens ad eam consolabatur dicens pro subditis datam legem mortis, accedentibus non vocatis. Ipsa vero consors erat imperii et ait ei rex quia quicquid peteret impetrabit. / 4a ps de sublimatione Mordachei et perditione hester

ᴾEtiit autem hester ut rex cum Ama ad convivium suum

f. G.

hh. f.

hester

Socrates mort ... bibens anno vite sue 70
xenofon
dyogenes dolium habet pro palacio
peram habet pro ... cellario

iret ipsa die/ cumqz rex sciret vellet petitionez ester
distulit illa in crastinuz/ rogans et tunc venire regez
cuz Ama/ et egressus Ama letus/ cuz vidisset mordache-
euz q sibi non assurexit/ consilio uxoris et amicoruz
iussit parari crucez .ho^ta. cubitoruz ut in ea ipsum
suspenderet/ ¶ Noctez autez illaz rex duxit insomp-
nez/ et iussit annales sibi legi/ et legitur de liberati-
one mortis sue per mordacheuz/ et quesiuit rex/ quid
honoris fuerat assecutus/ et respondetur nichil/ tunc
rex quesiuit quis esset in atrio/ et respondetur Aman/
intrauerat eniz ut suggereret regi de morte mordachei
/ accersito ergo aman/ ait rex/ quid fiet uiro quez rex vo-
luerit honorare/ qui cogitans pro se dictuz esse/ respondit
debet indui stola regia/ et coronari dyademate/ et sedere
super equuz regis/ et primus de principibus teneat equuz
et per ciuitatez incedens clamet sic honorabitur quemcuqz
voluerit rex honorare/ et ait rex vade sic facias mor-
dacheo/ quod postqz Ama perfecit/ rediit ad domuz luges
/ et dixerunt ei amici/ si mordacheus ante quez cadere ce-
pisti est de semine Iudeoruz non preualebis sed cades/
et ecce nuncij compulerunt euz ingredi ad conuiuiuz hes-
ter/ et ait rex pete quod uis ester/ que ait/ dona michi a-
nimaz meaz pro qua rogo/ et populuz meuz pro quo
obsecro ne pereamus/ et ait rex/ et quis est/ qui hoc audeat
facere/ respondit illa hostis nr iste est Ama/ rex autem
iratus surexit/ et intrauit ortuz/ Aman autez supplica-
bat regine pro anima sua/ rex autez rediens iussit euz
in cruce affigi quaz parauerat mordacheo/ et omnia
que ipsius fuerant donauit ester que indicauit regi q
neptis esset mordachei/ cui dedit rex anuluz quez sumi
fecerat ab ama/ scripsit qz tras mardocheus reuocationis
primaruz/ et q omnes qui parati erant occidere Iudeos
traderentur in manus eoruz/ et factuz est nomen Iu-
deoruz celebre/ ita ut multi iungerentur religioni eor
vocati sunt autez dies illi solaruz/ et numerati festiui-
tatibus Iudeoruz/ h^ta. px. de restaurata athemesiu ciuitate

Nter athenienseuz exules fuit transibulus
vir strenuus et inter suos clarus· hic auctor
audendi pro patria fuit Itaqz castruz sile-
naticoruz finiuz collecti exules rapiunt/ et multaruz ci-
uitatuz adiuti opibus quibus etiaz lysias siracusanus
orator· hoo^tos. milites cuz stipendijs suis misit/ atrox bel-
luz fuit/ sed uicti tiranni in urbez refugiunt/ et accersi-
tis lacedemonia auxilijs rursus in belluz ruunt/ ubi diu
seuissimi tirannoruz trucidantur/ et ceteris in fugaz ver-
sis/ transibulus ubi/ vel maxima athenienseuz esse in-
tellit/ clamore consequtus/ oratione retinet/ precibus
ligat/ ponens se aduersus 30· duos non contra ciues
miseros belluz esse susceptuz/ adeo exortatio valuit/
ut mox reuersi ad urbez tirannos arce decedere/ atqz
eleusinaz migrare compulerunt/ receptis qz exulibus
tirannos in belluz emulatione suscitant/ tunc in dca
pugna prinsqz ad colloquiuz conuenirent/ circundati
insidijs· velut pacis victime trucidantur/ tunc A-
thenienses inter odiaria foris bella restringentes/ de-
derunt posteris de ruina sui exempluz/ de reparatione
consiliuz/ si tamen q in afflictis rebus consulitur/ sic p-
peris seruaretur athenienseuz tamen miseras reliquias
pestis depopulata est/ 6^a. px de morte sorte
et discipulis eius xenofonte et dyogene/
Ocrates contra deos athenienseuz pdicans

vel secunduz alios/ quia noluit per deos eoruz iurare sen-
tenciatus est/ cicutaz in carcere bibere/ et mortuus est
anno etatis sue ·70·/ qui iaz etate prouectus ut ait
Vallerius li· viij^o.· fidibus tractandis operaz dare cepit
et tantis doctrine sue diuitijs/ etiaz musice rationis acce-
dere voluit uilissimuz elementuz/ cuz qz ad discenduz
se pauperez reddidit/ ad docenduz locupletissimuz fecit
¶ Xenofon ut ait valerius· li^o. quinto/ cuz sacrificaret ma-
iorez ex duobus filijs in prelio perisse cognouit/ nec ideo
cultuz deoruz dimittenduz putauit/ sed tantummodo co-
ronaz deponere contentus fuit/ percunctatus vero qua-
liter cecidisset/ ut audiuit fortissime pugnantez coronaz
capiti imposuit/ sacrificio illo testatus maiorez de filij
virtute delectationez qz ex morte sensisse amaritudinez
¶ hic sibi maledicenti respondit/ tu maledixisti/ et
ego consciencia teste didici maledicta contempnere/
/ inter ipsuz et platonez putant quidaz fuisse rancorez
qua plato maiorez famaz et eloquentie palmaz adeptus
sit/ ¶ Dyogenez autez emicuz cuz xeniadez cornitius emere
vellet/ et quid artificij nouisset percunctaretur/ respondit
q nosset liberis hominibus imperare/ miratus ille responsu
statiz euz emisit manu/ eiqz dedit liberos suos quibus im-
peraret/ ¶ hic cuz aliquando sederet ad solez/ in eum
cecus quidaz baculo offendit/ cui dixit tolle hinc oculuz
tuuz/ cuzqz cecus quereret quid ibi faceret/ respondit in
venatione suz/ et quicquid cepi non habeo/ quicquid autem
non cepi teneo/ Valerius ait de eo libro 4^o. Alexander cuz
ad dyogenez accessisset in sole sedentez/ et ortaretur si qua
vellet sibi prestari indicaret/ mox inquit de ceteris interiz
michi a sole non obstes/ ¶ Siracusis quoqz lauans olera
aristipo dicenti/ quia si dyonisio adulari vellet illa non
ederet respondit ymo si tu ista edere velles dyonisio non
adulares/ ¶ hic etiaz antistez nulluz discipuluz nisi per-
seuerantez reciperet et dyogenez perseuerantez clam
minanti repellere/ submisso capite ait/ nullus taz durus
baculus erit/ qui me a tuo possit obsequio separare/ hic
discipuli pallio usus contra frigus/ peraz pro celario ha-
buit/ doliuz pro palacio gloriabaturqz se versatilez do-
muz habere/ et que cuz temporibus comutaretur/ frigore
eniz/ os dolij vertebat ad solez/ calore autez in oppositu
/ et postqz vidit pueruz concaua manu bibentem/ vas
ligneuz quod secuz portabat abiecit dicens/ usqz nunc
superfluas portaui sarcinullas/ ignorabaz q natura habe-
ret poculuz/ ¶ Magistru quoqz suuz quasi inculpando lau-
dabat/ antistenez scilicet ipse inquiens me fecit ex diuite
pauperez/ et pro ampla domo habitare fecit in dolio/ ¶
Seruuz quoqz fugitiuuz sibi ostensuz nequaqz reducenduz
reputauit/ turpe est inquiens/ matha sine dyogene posse
viuere/ et non dyogenez sine matha/ ¶ Virtutez quoqz et
continentiaz mors indicauit/ cuz eniz ad agonez olimpiuz
qui magna frequentia grecie celebratur/ iaz senex per-
geret/ febre in ytinere apprehensus/ in via occubuit/ vo-
lentibusqz amicis in vehiculo ponere non acquieuit dicens
habite spectatuz/ hec me nox/ aut victorez aut victuz
probabit/ Ibiqz per noctez eliso gutture/ non tam se mori
ait qz febrez morte excludere/ dixisseqz fertur/ qualis ho-
minuz stulticia/ currunt videre feris homines repugnantes
et me preteriunt cuz naturali dolore pugnantez/ dicentibus qz
amicis quia ibi voraretur a feris petijt baculuz quo illas
abigeret/ quibus iteruz dicentibus quia nec eas sentiret/ in-
tulit/ quid ergo non sentienti oberit earuz laniatus/

62· F· 7·
118· F· 16·
178· F· 21·

Aristoteles ab archita sumpsit librum predicamentorum
platonis auditor fuit
plato habuit socratem magistrum

A·7ª pars de archita et platone

Archita audiuit plato docentem, nil mente pre-
stabilius dedisse deum hominibus, nichilque ei
tam inimicum quam corporis uoluptatem, qui ut magis intelli-
gi posset fingebat tanta incitatum aliquem corporis uolup-
tate, quanta percipi posset, neminem tunc censebat fore dubium
quia in tali dispositione nichil agitare mente, nichil cogi-
tatione nichil ratione consequi posset ¶ aiebat etiam
naturam nichil solitarium amare, ut ait tulius libro de
amicicia si quis enim ascenderet, in celum ascendisset naturamque
mundi et pulcritudinem aspexisset, insuauem sine amico et
socio admirationem foret, que iocundissima sociato fuisset,
¶ Villico quoque suo ait secundum ualerium li. 3º. sumpsissem
a te supplicium si tibi iratus non essem, maluit impunitum
relinquere quam propter iram iusto grauius punire, ¶ Thimus de
anima fuit sua, quia ad exemplum unius composita est
que sic illocabiliter dicuntur in corpore, sicut unum in nu-
meris dicitur etiam quod aristotiles ab archita sumpsit librum
predicamentorum, et ideo ibi de loco recitat, quod in 4º.
phisicorum reprobat, ¶ De platone ait Iero. contra Iouini-
anum, quod cum diues esset et dyogenes thoros eius lu-
tosis pedibus conculcaret ut posset uacare philosophie, elegit
achademiam uillam ab urbe procul, non solum desertam
sed etiam pestilentem, ut cura et assiduitate morborum li-
bidinis impetus frangeretur, ¶ habuit plato socratem
magistrum, patriam athenas, locum, et hominem doctrine fer-
tilissimum, cumque iam omnium doctissimus haberetur, a
studiosis hominibus certatim athene platonem doctorem
petentibus quereretur, ipse egiptum peragrauit, et a
sacerdotibus illius gentis geometrie, multiplices nume-
ros celestium rationum obseruatione percepit, In ytaliamque
ingressus est, ut archite tarentini precepta susciperet,
et quasi toto orbe litteras fugientes persequitur ¶ In
egipto quoque forte homo acerrimi ingenii, ut ait aug.
·8· de ci. dei, sicut egiptias litteras ita et ebreas per inter-
pretem didisit cum in thymeo de mundi constitutione
dicat, deum terram primo, ignemque iunxisse, que sententia
simillima est illi principio gen. in principio creauit deus
celum et terram, et iterum illud exo. ait quod dixit dominus ad
moysem Ego sum qui sum, posuit quoque Io. euuangelista
In principio erat uerbum, usque Et uerbum caro factum est,
ut ait aug. et de tri. ante finem boetius de consolatione
ait eum dixisse, fore beatas res publicas si eas uel studiosi
sapientie regerent, uel rectores earum studere sapientie
contingisset, tulius quoque asseuerat eum dixisse escam
malorum esse uoluptatem, quia scilicet ea capiuntur homines
sicut hamo pisces, eius quoque uerbum fuit, si sapientie forma
uideri posset maxime ad amorem sui omnes excitaret, hic
cum aduersus delictum uehementius exarsisset, ueritus ne
uindicte modum excederet, speusipo amico castigationis
arbitrium commisit, macrobius li. primo, plato ait philosophiam
esse meditationem mortis, statim infert, populo duas mor-
tes hominis nouit, unam anime alteram animalis sed ipsius anima
duas asserit mortes, quarum unam natura alteram uirtutes
prestant, homo enim moritur cum anima corpus relinquit, solu-
tum lege nature, mori etiam tunc dicitur, cum anima adhuc
in corpore constituta, corporeas illecebras philosophia contempnit
et cupiditatum dulces insidias, reliquasque anime exuit
passiones, et sequitur ibi, hanc mortem ait plato philosophis appe-
tendam, Seneca li. 2º. de ira recitat quod preceptores, pedago-
gosque placidos pueris conuenit dari, de eo quod tenerum est

in eorum similitudine crescit nutritum, apud platonem
inquit puer educatus cum rediens patrem uociferantem audi-
ret, nunquam inquit hoc uidi apud platonem, non dubito quia
citius patrem imitatus fuisset si apud eum educatus fuisset,
Tulius p°. de officiis preclare plato ait que in terris gignun-
tur ad usum hominis omnia creari, homines autem homini
causa generatos ut ipsi inter se alii aliis prodesse possint,

A·8.ª ps. de Aristotile et eius dictis moralibus

Aristotiles autem 28 annum agens, artha xerxis
33º anno, platonis auditor fuit de quo
August. de. ci. ait, Aristotiles uir excellentis ingenii, e-
loquio platoni impar sed multos facile superans sectam
per ypatheticam condidit qui deambulando disputare con-
sueuerat, plurimosque discipulos preclara fama excellens
uiuo adhuc preceptore in insita heresim aggregauit,
Aristotiles autem sciscitante Alexandro quo decete profite-
retur, se scientem respondit rebus ipsis que non nouerunt
metiri Unde narrat plinius li. primo. 7. quod Alexander
magnus, inflammatus cupiditate noscendi naturas ani-
malium, aristotili summo in omni doctrina uiro, aliquot annis
homini, in totius asie grecie et tracie finibus parare ius-
sit qui uenatus aucupia pullosque alebat quibus uiuaria ar-
menta, aluearia, piscine, uiuaria in cura erat ne quicquam
ingenitum ignoraretur ab eo, quos percunctando, ho. fere uo-
lumina de animalibus condidit aristotil etiam ut utilissimum
preceptum fuit, secundum Valerium li. 4º. ut uoluptates abeun-
tes consideremus, fessas enim penitentieque plenas animis
subicit, quominus cupide repetatur, ¶ Licet autem aristoteles
in omni philosophia primatum teneat, solamque medicinam pro-
fessus sit ut ait alexander singulariter, nequaquam tamen
in moralibus expressit specialiter methicis quorum aliqua
secundum materias per alphabetum ordiatas hic inserere
placuit, ¶ Amicicia ut amicus ·A· unicuique est delectabile
illud quod amat, ut amati iustum iusticia li. primo ¶ b.
Ea que amici nostri operantur pro nobis per nos operata
uidentur, quia illi amore nostro faciunt 3º ¶ c. quam uirtus
tenens medium circa delectationes que sunt in conuictu
siue cohabitationibus que secundum uitam potest dici amici-
cia differt tamen ab ea, cuius extremum tenens in defici-
endo uocatur, blandus siue bladitor in superhabundando
litigiosus ut discolus ·2· ¶ d ille qui in omnibus querit
delectationem amici, nolens eum contristari etiam in quibus
oportet si hoc faciat propter delectationem solum, uocatur
blandus, si autem propter lucrum uocatur adulator, qui uero
querit contristare uocatur litigiosus et discolus ·8· ¶ e·
ideo qui eligit contristare uel delectare in quibus opor-
tet ut oportet tenet medium in hac uirtute ut ibidem ¶
·e· Sine amicis nullus eligeret uiuere habens reliqua bona
omnia ·8· ¶ f· diuitibus et principatus possidentibus ami-
cicia maxime est necessaria ·8· ¶ g in inopia et in reliquis
infortuniis solum existimant refugium ad amicos ·8· ¶ h
quod iuuenibus ut non peccent et senibus ad famulatum et
adolescentibus ad bonas actiones necessaria est amicicia ·8·
¶ I naturaliter uidetur amicicia generantis ad genitum
et maxime in hominibus et in hiis que uiuunt gentes
admiuicem ·8· ¶ k magis student legis positores circa ami-
ciciam quam circa iusticiam, amicis enim existentibus nichil opus
est iusticia, iusti autem existentes indigent amicicia 8
¶ L· triplex est amabile scilicet bonum honestum utile
et delectabile, et bonum honestum et delectabile est ama-
bile ut finis utile uero non sed ut ad finem et quod sequitur

C. hx.

amabile et s[r] bonum unicuique quod unusquisque amat
non bonum sequitur sed etiam bonum apparens 8. / M. amatio
differt ab amicitia eo quod amatio ad maiata, amicitia
vero non, quia ubi est amicitia in est redamatio quia et
illi ad quem est amicitia desideratur bonum ipsius amici gratia
non propter ipsum quod desiderat que duo in amicitiis defini-
unt 8. ideo amicitia est benivolentia mutua non latens ali-
cuius boni delectabilis utilis vel honesti 8. / N. quod amicitia
propter honestum sola est transmutabilis eo quod sic amantes
non credunt faciliter detractantibus de amico nec iniustum
faciunt adinvicem, hec enim duo consueverunt amicitias
dissolvere, alie vero due species amicitie scilicet boni utilis
vel delectabilis dicuntur amicitie secundum similitudinem
ad hanc 8. / O. perfecta amicitia superhabundantie compa-
tur, tale autem uni soli convenit 8. amicitia propter de-
lectabile est liberalium propter utile negociatorum 8. / P.
amicitia et iustitia habet fieri circa eandem materiam
quia utraque circa communicationes 8. et licet utrobique servetur
equalitas tamen in iustitia servatur primo et principaliter
secundum geometricam proportionem et secundario secundum arisme-
ticam, in amicitia econverso 8. / Q. amicitia malorum non
est permansiva in parvum enim tempus fiunt amici gau-
dentes adinvicem malitia 8. / R. parentes plus diligunt
filios quam econverso, tum propter beneficia impensa, tum quia
plus tempore dilexerunt, tum quia pater diligit filium sicut
seipsum alterum, et matres plus diligunt quam patres per tres
primas rationes 8. / S. ad amicos debemus habere confiden-
tiam 9. / T. si ille quem amo propter honestum malus efficia-
tur, iuste possum ab amicitia recedere non enim de amabile
est sed bonum, mali enim non oportet esse amatorem, nec
assimilari pravo amicus aut assimilatur amico quod si talis
amicus non sit insanabilis non statim ab amicitia disceden-
dum sed potius adiuvandum ut morem perditum recupe-
ret quam substantiam eo quod hoc melius est et amicitie magis
proprium si autem fuerit insanabilis statim recedendum 9. /
V. amicorum anima una, et amicorum omnia communia, et ami-
citia equalitas et ut genu tibie propinquius sic amicus
amico, et est amicus alter ipse 9. ¶ Animalis animalis A.
tria sunt scilicet exteriora ut divitie, interiora et hec
dupliciter, scilicet vel corporis vel anime, bona anime sunt
principalissima p[o]. / B. anima dividitur in rationale per
essentiam et participationem p[o]. / C. compunus est quies il-
lius partis anime secundum quam dicitur homo studiosus
vel pravus idest rationalis p[o]. / D. in anima autem tria que
sunt principativa actuum scilicet potentia passio et habitus
2[o]. / E. quedam malicie anime sunt voluntarie sicut et
corporis 3. / F. virtutes anime quedam sunt intellectuales
quedam morales p[o]. et 6[o]. / G. anima dividitur in ro-
nabile et irronabile h[o]. et 6[o]. / H. pars rationalis divi-
ditur in partem qua speculamur necessaria, et hec dicitur
scientifica sive speculativa, et partem qua speculamur
contingentia, et hec dicitur rotativa sive practica 6.
/ I. tria sunt in anima dominativa actus et veritatis, sensus
intellectus et appetitus, horum autem sensus neque unius principium
actus per se sit 6. / K. pars practica dividitur in fac-
tiva et activam 6. / L. quinque sunt habitus veridici,
quibus dicitur anima verum affirmando, et hec sunt virtutes
intellectuales, sapientia, scientia, intellectus, prudentia et
ars 6. / M. quarte parti anime nutritive sive vegetative
non est virtus moralis p[o]. / N. in homine bono est consensus
secundum omnem partem anime, in pravis contendit ipsorum anima

C. sx.

una enim pars trahit huc altera illuc 9. / O. vivere est deter-
minatum animalibus per sensus, hominibus sensus et intellectus.
/ P. animalia non delectantur in sensu visus auditus vel odoratus
nisi per accidens leo enim non gaudet voce bovis vel canis odo-
ratu leporis nisi propter comestibile putatum ¶ Aleator A. alea-
tor est illiberalis et iniustus 4. / B. aleatores ab amicis lucran-
tur, quibus oporteret dare 4. ¶ Agens vel actio A. duplex
est agens instrumentale inanimatum ut baculus et animatum
ut manus vel sensus percipiente domino et talibus agentibus
ex sua actione non attribuitur iustitia, vel iniustitia 5. / B.
principium efficiens actus est electio 6. / C. bestie quidem sensum
habent, actum autem non communicant 6. magis enim aguntur secundum
dam / D. habitus alius cum ratione activus qualis est pruden-
tia, alius est ab habitu, qui est cum ratione factivus qualis est
ars 6. / E. actiones sunt singularium 6. bona actio sine mente
et more non est 6. / F. unicuique delectabiles sunt actiones proprie
8. / G. magis possumus speculari actiones aliorum quam nostras
9. / H. ad actiones multis opus est quod quanto meliores et maiores
sunt tanto pluribus indigent 10. ¶ Appetitus A. insatiabi-
lis est rei delectabilis appetitus cuius rationem dat quia concu-
piscentie dat cogitum, et si magne et vehementes sunt per-
cutiunt cogitationem 3[o]. et si non fuerit appetitus persuabilis
a ratione ut multum veniet ibi b. quod naturalibus appetibilibus
magna venia concedenda 8. ¶ Ars A. magis dubitamus circa
artes quidem esse suas practicas quam circa disciplinas 3[o]. / B. ar-
tificiatum principium est in faciente non in facto 6[o]. / C. ars et
fortuna aliqualiter sunt circa idem quia circa contingens aliter
se habere, unde dixit agatho quod ars dilexit fortunam et econverso
6[o]. ¶ Avarus A. avarus iniustus est et inequalis 5. / B. qui
mercatur propter lucrum avarus est 5. / C. avaricia est circa
honorem, et circa omnia in quibus est delectatio propter lucrum ibidem
¶ Banausus A. banausus est extremum viciosum magni-
ficentie in superhabundantia, expendit enim vel consumit
multa in parvis et illiberis ut in prestationibus et non boni
gratia sed magis ad ostentationem 4[o]. extremum autem in defici-
endo est parvificus ibidem ¶ Benivolentia A. benivolentia est prin-
cipium amicitie, sicut delectatio per visum eius quod est amare
9[o]. et quod est principium amicitie non est eius quod utile
aut delectabile sed honestum 9[o]. / B. qui vult alicui bona propter
hominis habundantie per illum non videtur illi benivolus sed
magis sibi 9[o]. ¶ Beneficentia A. benefactores diligunt magis
beneficiatos quam econverso quod videtur preter rationem causam huius
ponebant quidam quia volunt beneficiatos vivere quasi de-
bitores quosdam, et eos amat ut debitum recipiat et dicebat
quidam philosophus quod hoc erat propter maliciam debitorum sed philosophus
dicit quod hoc magis assimilatur humano defectui quam malicie
quo multi appetunt prius bene pati quam bene facere, et rationes assig-
nat quia beneficiatus est opus benefactoris, operans autem plus
diligit opus quam econverso, et quia benefactori manet opus secundum
actum, et beneficio non econverso, et delectabilissima est presentis
hominis manens operatio et quia excellentius est amabilius,
excellentius autem benefacere quam bene pati et quia benefacere
est operosum bene pati illaboriosum 9[o]. ¶ Beatus A. quod nullus
nolens est beatus neque bonus 3[o]. / B. quod sustinet triste
ad paucum tempus continue autem non, 8. ¶ Bestia A. intemperatus
est circa delectationes in quibus communicant nobis animalia
servilis et bestialis videtur 3. / B. bestiarum quasdam aiunt pru-
dentes esse quecumque circa ipsarum vitam habent potentiam provi-
sivam 6. / C. bestialitati opponitur virtus heroica idest divina
que est optimus habitus, sicut illa pessimum vicium, et sic in bes-
tiis non est malitia nec virtus, sicut nec in diis est virtus proprie

sed aliquid honorabilius virtute, et sicut sunt rari homines divini ita et bestiales quod magis contingit in barbaris 7°. // D. bestiales sunt propter egritudines et alias orbitates, excedentes autem propter maliciam bestiales sunt infamamus ibi, et nota quod virtus heroyca non dicit unam virtutem, sed complectitur in se omnem virtutem. // E. bestie non sunt continentes eo quod non habent scientiam universalium sed singularium fantasiam et memoriam 7°. F. bestie non sunt temperate vel intemperate quia non habent delectationes humanas circa quas fiunt 7°. ¶ Bonum. A. bonum est quod omnia appetunt p°. B. illud est bonum summum quod propter se appetitur, et est finis humanorum actuum, nisi enim propter se appeteretur frustraretur humanus appetitus, et esset processus in infinitum, et cognitio eius est necessaria tum quia magis est inventum ut acquiratur, tum quia dirigit operantes p°. // C. bonum reperitur in omni predicamento ideo non potest esse una ydea et ratio omnium bonorum, tum illa dicantur secundum prius et posterius quod est contra platonicos, et si omnium bonorum una esset ydea tunc esset omnium eorum una scientia, preterea si unum bonum de omnibus dicitur univoce, tunc esset una ratio boni de omnibus, et ita non plus esset bonum eternum quam temporale, bonum enim equaliter dicitur enti, unde melius dixerunt pitagorici ponentes coordinationem bonorum distinctam p°. non tamen omnia bona dicuntur equivoce bona, sed proportionaliter quia ab uno bono primo sunt exorta, et ad illud reducuntur p°. // D. maius bonum semper est eligibilius felicitatis enim et si per se sit eligibilis connumerata tamen alii bono magis est eligibilis p°. // E. humanum bonum est operatio anime secundum virtutem in vita perfecta, unde nec parvo tempore fiet homo felix p°. // F. nullus est bonus qui non congaudet bonis operibus p°. // G. bona exteriora ut divitie et huiusmodi coadorant beatitudinem, ubi nota quod non sunt de essentia beatitudinis p°. // H. moralis philosophia est ut boni fiamus non gratia speculationis 2°. // I. bonum dicitur uno modo, malum infinitis modis 2°. // K. bona que alliciunt nos ad sui prosecutionem non inferunt nobis aliquam violentiam 3°. // L. una est ratio boni et mali sicut voluntas 3°. // M. appetens bonum apparens iudicans illud esse bonum simpliciter non excusatur propter talem deceptionem existentem in fantasia sive in dictamine rationis, sicut enim est sibi ratio habitus, ita et fantasie vel iudicii talis 3°. // N. plures non ad bonum virtutis declinantur ad voluptates 4°. // O. maximum bonorum exteriorum est honor 4°. // P. et solus bonus honorandus est 4°. // Q. sine virtute non facile ferre bonas fortunas 4°. // R. principium operabilium quod est finis non apparet nisi in bono pervertit enim malicia et facit mentiri circa principia practica 6°. // S. bonorum est non peccare nec aliis hoc credere 4°. // T. bonus vult sibi convivere delectabiliter habundans theorematibus id est cogitationibus et operibus bonis 9°. // V. bonorum concupiscentie bone, turpium autem vituperabiles 10°. // X. bonos fieri existimant quidam natura, quidam doctrina quidam consuetudine et probat quod nec natura, nec doctrina sed consuetudine vita legibus 10°. ¶ Continentia. A. ad contraria enim sunt motus incontinentium, et quod appetibus brutalis in continentibus obedit rationi p°. // B. continens operatur ex electione non ex concupiscentia incontinens contra 3°. // C. continentia est maxima virtus habens aliquid de passione et aliquid virtutis ut mixta habens aliquid intellectualis virtutis et aliquid moralis 4°. // D. durum videbatur socrati scientia existente in aliquo, concupiscentiam imperare et trahere scientem quasi servum 7°. // E. continens non est temperatus eo quod continens contra pravas concupiscentias et fortes, temperatus vero non 7°. // F. continens non est persuasibilis in omni ratione, sicut incontinens egressibilis sequitur enim quod aliqua continentia est prava, et incontinentia

bona 7°. // G. incontinens non existimans delectabile prosequendum prosequitur illud intemperatus non habens rationem corruptam existimat illud prosequendum, et in hec differenter se habent circa delectationes 7°. // H. incontinens habet scientiam que retrahit aliquando ipsum ab operatione per aliquem silogismum generalem, et habet aliam scientiam que prevalens cum adiutorio concupiscentie inducit ad incontinenter agendum et hanc scientiam habet per quendam silogismum p°. // I. socrates dicit, quod incontinens non est sciens, hoc dixit pro tanto quia talis habet ignorantiam minoris, que est principium operationis tum quia de partibus circa que est operatio non est scientia, tum quia passio incontinentie non ligat habitum scientie universalis, vel universalium sed tantum particularium // K. ille est incontinens secundum quid qui in appetitu eorum que sunt delectabilia non necessaria sed tamen legibilia secundum se, cuiusmodi sunt honor et divitie excedit, rationem rectam incontinens similiter dicitur circa corporales delectationes tactus ut ciborum et venereorum 7°. // L. incontinentia et intemperantia sunt circa idem, sed intemperatus habens rationem rectam eligit illa, et propterea habet concupiscentias minores, incontinens non habet rationem sanam, sed a vehementia concupiscentie ducitur, ob has causas dicit quod intemperatus est peior incontinente 7°. // M. in hiis que sunt delectabilia contra naturam non est continentia simpliciter sed cum appositione sive secundum quid, tamen quia incontinens habet rationem sanam ducitur a concupiscentia, brutes autem illas delectationes non habent rationem sanam, nec ducuntur a concupiscentia, sed a quadam corruptione superinducta contra naturam, tum quia incontinentia est circa maliciam humanam. sed incontinentia illarum delectationum est maior omni malicia humana, tum quia malicia seu timiditas vel crudelitas superhabundans non dicitur malicia simpliciter sed bestialis vel egritudinalis 7°. // N. incontinentia circa iras est minus vituperabilis incontinentia circa concupiscentias, tum quia concupiscens est cum delectatione qua quis fit iniurians, qui autem ira quis operatur, tristatus facit, nullus autem iniuriatur tristatus 7°. // O. intemperatus est circa delectationes humanas superhabundans ex electione et non propter aliam causam, incontinentes circa easdem non tamen ex electione, molles vero circa tristicias propter absentiam concupiscibilis et non ex electione 7°. // P. intemperatus est peior incontinente quia intemperatus non concupiscens, vel parum operatur turpe, sic peior est, qui non iratus percutit quam qui iratus 7°. // Q. continentia est melior quam perseverantia quia continentia non solum facit rationem manere in statu suo, sed etiam facit eam vincere, perseverantia autem solum facit primum 7°. // R. incontinentiarum quedam irrefrenata qui non consilians sequitur passionem, quedam debilis qui consilians non immanet 7°. // S. acuti id est colerici et melancolici sunt magis incontinentes primum propter velocitatem non consiliantes, secundi propter vehementiam non expectant rationem propter sequitur esse fantasiam 7°. // T. intemperatus non immanet eo quod penitens, incontinens autem penitens, unde primus insanabilis, secundus non, iterum intemperatus assimilatur ydropisi, que continua est et peior, incontinentia epilesie que non est continua, iterum intemperantia latet incontinentia autem non 7°. // V. incontinentes irrefrenati meliores sunt quam debiles, eo quod debiles ratione immanentes a maiori passione vincuntur et consiliantur contrarium est de irrefrenatis 7°. // X. incontinens similis est velociter inebriato a parvo vino et minori quam ut multi 7°. // Y. incontinens irrefrenatus non est prudens quia non est consiliatus, nec debilis quia hic non est immansivus consilio que convenit prudenti, 7°. // Z. temperatus non delectatur preter rationem rectam continens vero aliquando sic sed non deducitur, et nota quod licet intemperantia sit peior incontinentia tamen temperantia est melior continentia ut hic innuit 7°. // ab.

quod ad hoc quod aliquis sit continens non oportet quod vincatur ab omnibus delectationibus sed ab hiis quas multi possunt vincere 7°. ¶ c. Incontinentes per consuetudinem sanabiliores sunt incontinentibus per naturam ibi. ¶ Concupiscentia. A. illa que sunt per concupiscentiam sunt delectabilia et non sunt involuntaria 3°. ¶ b. concupiscentiarum quedam sunt communes seu naturales alie proprie seu apposititie scilicet per consuetudinem, concupiscentia naturalis est qua quis indigens cibo simpliciter vel indigens potu humidum appetit, propria autem est illa qua quis appetit hunc cibum et ad hoc tali concupiscentia est aliud nature concupiscentia quia alicuius consuetudine reperitur inclinatio naturalis ad hunc cibum propter complexionis, secundum circa concupiscentias naturales pauci peccant quia intemperatia et vino vel saltem nimis sumendo, circa proprias autem multi et multipliciter 3°. // c. naturaliter concupiscentia est repletio indigentie et circa hanc intemperati dicuntur castrimargi, idest insaniam ventris habentes et tales dicuntur bestiales 3°. // d. oportet concupiscentias mensuratas esse et paucas et rationi nichil contraria, quod autem tale bene persuabile a ratione 3°. // e. qui vincatur propter concupiscentias est luxuriosus, qui propter lucrum avarus 5°. // f. concupiscentie venereorum manifeste corpus immutant et insanias faciunt 7°. // G. concupiscentiarum sive delectationum quedam sunt ingenere studiosorum et bonorum ut divitie et hec sunt naturaliter eligibilia, quedam autem sunt contraria hiis naturaliter fugienda ut comedere carnes crudas et huiusmodi quedam sunt media 7°. // h. concupiscentia est varia coniugia et furata est intellectus spisse sapientis 7. // I. bonorum concupiscentie non sunt idem delectationi quia concupiscentie separate sunt ab opere naturaliter scilicet et tempore precedentes operationem, delectatio vero coniuncta est operationi 10°. ¶ Corpus. A. quedam vitia seu malitie corporis secundum quas vituperamur, quedam autem naturales a quibus non vituperamur 3°. // b. quemadmodum corpora ex motibus iudicantur ita et mores 10°. ¶ Consuetudo. A. natura non assuescit in contrarium 2°. // b. multum differt in iuventute bonis vel malis consuetudinibus uti 2°. // c. quando est possibile quod ex antiquis consuetudinibus comprehensa sunt solo sermone sed persuasione transformare, sed sufficiens est addere communicatores pe.. naturam 10°. // d. que non erant tristia consuetudine facta ibi. ¶ Contraria. A. Contraria sunt que plurimum distant et distantia est ra contrarietatis 2°. // b. de contrarietate mediorum et extremorum ad invicem ibi medium // c. quod potentia et scientia sunt contrariorum, habitus autem non, habitus contrarius cognoscitur a contrario habitu ibi. ¶ Consilium. A. non de omnibus consiliandum sed de hiis que per nos operari possit 3°. / c. non est consiliandum de fine, quia finis tamquam habeat rationem principii per supponitur tamquam necessarius, sed de hiis que sunt ad finem consiliandum quoniam per illa facilius finis obtineri possit 3°. / d. in consiliando est status et non itur in infinitum tum ex parte consulentis quia debet consulere de operabilibus per ipsum que non sunt infinita tum ex parte consiliabilis quia consiliamur de hiis que sunt ad finem, tum quia non de omnibus circumstantiis particularium 3. // e. Consilium et electio sunt de eodem quia de eo quod est ad finem, differunt quia consilium precedit electionem 3°. non igitur quia consilia.. debet esse contingens a proposito importante consiliatus tertium magnum de minorum que sunt ad finem. ¶ Contemplatio. A. operatio contemplativa est optima et continuissima et maxime delectabilis et quod delectabilior est scientibus quam querentibus et quod maxime sufficientissima quia non indiget bonis necessariis ad vitam, non exterioribus quibus indiget activa et operatio nam et est finis operationum practicarum sive moralium et est operatio perfecta, et illaboriosa, et melior quam activa laborat, et est vita hominis principalis, activa vero secundaria prima natura non est per se sufficientis, et dicitur divina respectu humane

vel active et facit homines immortales et dicitur vita simpliciter activa vero alterius et est vita hominis principalis, activa vero secundaria prima natura non est per se sufficiens aliquid speculari vel contemplari sed oportet corpus sanum esse et cibum existere et reliquum famulatum 10°. ¶ Commutatio vel conmutatio. A. in commutationibus vel conmutationibus secundum proportionalitatem secundum equalitatem factas commanet, idest conservatur civitas, et civium unio 5. In talibus autem commutationibus faciendis numisma est medium quod mensurat et adequat omnia ibi, et fit hec commutatio inter cives propter mutuam indigentiam 5. / b. quod non fit commutatio inter cives si non adsit equalitas, nec servatur equalitas si non fiat contra commensuratio, ibidem. / c. antequam numisma inventum esset fiebat commutatio rei ad rem 5°. / d. quod amicitia et iustitia consistunt circa commutationes tamquam circa propriam materiam 8, et conmutatio politica fit conferentis gratia ibi. ¶ Concordia. A. Concordia est quid amabile et non est homodoxia hec enim ignorantibus ad invicem existeret 9°. / b. nec circa contingentia concordare autem puta eos qui de celestibus non enim amicabile de hiis concordare ibi. // c. concordia est consensus operabilium magnorum contingentium ibi. // d. politica amicitia videtur concordia sic sonat interpretatio 9°. in hoc forte notat quod eius ut civis sit. // e. concordia est proprie in hiis qui epiikes idest boni sunt, illi enim sibi concordant ad invicem 9°. // f. concordia enim non est in pravis ibi. ¶ Dare. A. danti magis debetur laus quam accipienti et facilius est accipere quam dare 4°. // b. multi sunt amatores pecuniarum magis quam datores 4°. ¶ Delectatio. A. vita eorum qui secundum virtutem operantur est delectabilis secundum seipsam 1°. // b. opera virtuosa delectabilia sunt homini virtuoso maxime talis, sunt tamen ipsi adversantia naturaliter quia talia opera non insunt hominibus natura 1°. // c. signum generati habitus est supervenientes in opere delectatio 2°. // D. circa quas morale est circa delectationes et tristitias 2°. // E. pauci sunt sequentes delectationes minus quam oportet ideo non habent proprium nomen sed vocantur insensibiles 3°. // f. non possumus iudicare idest cogitare de delectatione quam accipiamus eam idest aliqualiter delectemur 3°. // G. corrupto propter delectationem vel tristitiam iudicio rationis confestim non apparebit principium idest finis operabilium qui habet rationem principii 6°. // h. si quis a fortibus et superexcellentibus delectationibus vincitur non admirabile sed condonabile si fuit contendens et ponit exemplum triplex 7°. // I. non omnis operans propter delectationem erit pravus vel incontinens vel intemperatus sed quod propter pravas 7°. // k. ad moralem philosophum pertinet determinare de delectatione et tristitia, tum quia delectatio est finis eius, per quem iudicamus quemcumque bonum esse aut malum, tum quia determinat de virtute et malitia que habent esse circa delectationes et tristitias, tum quia delectatio est annexa felicitati de qua de qua determinat 7°. // l. de delectatione triplex est opinio, prima quod nulla delectatio sit bona, tum quia delectatio est generatio in naturam sensibilem hec autem non bona ut probat, tum quia temperatus qui nichil boni fugit vitat eas, tum quia prudens persequens bonum non persequitur eas, tum quia impedimentum sunt prudentie, maxime veneree, tum quia pueri et bestie persequuntur delectationes qui minime sunt tales nullum bonum prosequuntur, tum quia ars nullius opus est bonum non agit delectationem. Secunda est quia quedam bona quedam mala. Tertia quod et si bona sit, non tamen optima tum non sit finis sed generatio idest motus 7°. // M. delectationum quedam simpliciter prave aliciu tamen in se sunt bone, ut in temperato et pravo et non simpliciter sed secundum aliquod tempus, alie autem non sunt simpliciter delectationes, sed habent aliquam tristitiam puta que medicine 7°. // N. non omnis delectatio est generatio in naturam sensibilem tum quia

Comutationes

D.

Et soli de quibus consiliaret vir prudens 3°. / b. non est consilii actu de eius uno numero ut de hiis que a fortuna

delectatio est tantum in operatione virtuosa quam in habitu virtuoso, tum quia delectatio que est in cibo non est motus sed sequitur motum qui est in sumendo cibum, tum quia delectationes intellectuales non sunt motus in naturam sensibilem, in hoc repellit primam opinionem tum prima ratione, et terciam tum ratione sua 7, et quod est quedam delectatio perfecte et bene constitute nature que est idem quod operatio seu finis et illa delectatio est optimum ibi // O· corporales delectationes non sunt bone secundum se sed que sunt necessarie, et sunt bone que tenent medium, item sunt bone propter aliud non propter se, eo quod sunt quasi quedam medicine, et melius est eas habere in actu quam in fieri 7° // P delectatio expellit tristiciam et que contraria est, et que contingens 7° // Q corporales delectationes differunt ab intellectualibus quia corporales sunt medicamentum nature sustinentis idest in fine, intellectuales vero non sunt propter talem indigentiam, sed sunt actus alicuius nature perfecte et bene constitute, et quod iste due delectationes sunt nature homini quia est duplicis nature, deus autem qui est nature simplicis, una simplici gaudet delectatione, et quod delectatio magis est in quiete quam in motu 7° // R delectatio non est motus quia non est in tempore, licet acquisitio et duratio sit in tempore, et quod delectationis species perfecta est in quolibet nunc temporis, nec expectans ulteriorem perfectionem secundum speciem non sit autem motus. Item quia delectatio est quoddam indivisibile x° // delectatio S perfecta est tum virtus apprehensiva cuiusmodi est sensus bene dispositus apprehendit suum sensibile perfectum, et secundum omnem sensum inest delectatio, et quod perfectissima delectatio est tum perfectissima virtus qualis est intellectus bene dispositus apprehendit suum obiectum ibi // T quod delectatio perficit operationem, et sensibile sensum, non autem secundum eundem modum, quia sic delectatio est operatio intrinseca operationis sensibile autem extrinseca ipsius sensus x° // V· delectatio que perficit operationem non est ut habitus qui inest, sed ut superveniens finis ibi, et quod tamdiu durat delectatio quamdiu durat operatio intellectus vel sensus bene dispositi circa obiecta sua, et quod nullus continue delectatur quia nullus potest continue operari x° // X quod omnes appetunt delectationem probat per hoc quod omnes appetunt vivere, et quod est quedam operatio quam sequitur delectatio x° et quod delectatio perficit vitam ibi // Y delectationes proprie sunt que consequuntur operationes per se, aliene vero non sunt proprie illi operationi, et delectatio proprie est impeditiva aliene delectationi, et quod aliene delectationes faciunt quod tristicie, corrumpunt enim operationes tristicie proprie, et quod delectabilior operatio expellit alteram x° // Z quod sicut est in operationibus quod quedam sunt bone quedam prave quedam indifferentes sic in delectationibus, secundum enim unamquamque operationem est propria delectatio, et quod delectatio bone operationis proprie bona est, male autem mala, et sicut sensus differt ab invicem in puritate, et etiam ab intellectu, et intellectus speculativus a practico sic differunt delectationes que in hiis x° ¶ Deus A· felicitas est non a fortuna sed donum a deo missa vel per virtutis exercitium vel disciplinam deo adiuvante acquisitum p° // b non idem conveniunt diis et heroibus, nec templo et sepulcro // C in diis forte est non iusticia, eo quod in eis non est superhabundancia et defectus h· dicit forte quia i· h· pro posuit esse iusticiam in eis // D· hoc solo privatur deus quod non potest que facta sunt facere ingenita idest non facta // E in diis non est virtus proprie sed honor habilius virtute // F diis et parentibus non possumus condignos contribuere honores x° // G· ridiculum est ea que sunt circa actiones morales attribuere diis, non enim habent concupiscentias pravas x° // h· heroibus inest vita beata in quantum assimilantur operationi divine x° ¶ Demonstratio A· scientia et habitus demonstrativus principium per experientiam videt principia operationum 6° // b· quia principium contingit aliter se habere horum non est demonstratio 6° // C quod oportet attendere enunciationibus et oppositionibus expertorum seniorum et prudentium non minus quam demonstrationibus ¶ Doctrina A· omnis scientia est docibilis idest acquisibilis per doctrinam, et doctrina est ex precognitis 6° // b· unus modus doctrine per quem acquiritur scientia est per inductionem secundus per sillogismum 6° // C· per doctrinam non potest fieri quis bonus sed oportet preparatam esse consuetudinibus animam auditoris ¶ Divicie A· dives et pecuniosus violentus, quia divicie per violenciam acquiruntur et amittuntur, et quod propter divitias multi perierunt p° // b· divicie sunt bonum utile, non honestum quia non propter se appetuntur sed propter aliud p° et quod diviciis contingit bene et male uti x° // C· divicie conferunt ad magnanimitatem propter has enim homines honorantur x° // D· divicie non sunt perfecte sine virtute, quia potius habentes ipsas sine virtute efficiuntur mali despectores et iniuriatores x° // E circa divicias nulla est malicia secundum se, superhabundantie autem horum pravem fugiende ¶ Ebrius A· ebrius non videtur propter ignoranciam operari, sed ignoranter 3° // b· ebrii debent duplices increpationes tum ratione ignorantie cuius sunt causa quia in eis non est inebriari, ebrietas autem est causa ignorantie, tum ratione mali actus quem exercent 3° // c ebrii videntur esse fortes et non sunt ¶ Eligere A· illud quod est eligibile propter se et numquam propter aliud perfectius est eo quod est eligibile propter se et alia propter aliud, et quod honor voluptates intellectus et virtus sunt eligibilia propter se et alia propter aliud ut propter felicitatem p° // b tria sunt eligibilia honestum conferens et delectabile, et tria hiis opposita fugienda, inhonestum inutile triste 2° // C non potest dari certa regula de eligibilibus propter multas causas in singularibus 3° sed iudicio prudentie relinquitur // D· electio magis propria est virtuti et virtuosis et per hanc magis iudicantur mores virtuosi. Item electio minus est quam voluntas omnis enim electio est voluntaria et non convertitur. Item voluntarium est ratione pueris et aliis animalibus electio autem non, et accipit voluntarium pro appetitu. Item repentina sunt a nobis dicuntur voluntaria et non secundum electionem 3° // E· voluntas magis est finis electio eorum que sunt ad finem 3° // F electio non est concupiscentia quia bruta et incontinens operantur ex concupiscentia sine electione. Item non est ira, que enim fiunt propter iram non fiunt propter electionem et reperitur in brutis. Item nec opinio quia est circa impossibilia et eterna, electio autem circa ea que in nobis sunt, tum et quia opinio pertinet ad cognitivam et dicitur secundum verum et falsum, electio autem pertinet ad appetitivam et dicitur secundum bonum et malum, tum et quia eligendo bona vel mala, virtuosi vel viciosi efficiuntur, non autem opinando, tum quia electio est in fuga vel persequtione alicuius rei opinio autem de re in se, vel cui confert, tum quia electio laudatur quia recte fit opinio autem non sed quia vere, tum quia optimo non est eorum que maxime scimus, electio vero sic, tum quia alii opinamur aliquid esse bonum quod propter maliciam non eligimus 3° // G electio est cum actu rationis et intellectus 3° et illud est eligibile quod ex consilio prediiudicatum est 2° // h· electio est consiliabile desiderium eorum que in nobis 3° // J· electio consilium voluntas sunt principium operum nostrorum et hec sunt in nobis 3° // k viro forti eligibilior est mors quam fuga ignominiosa consequi salutem 3° // L minus malum eligibile quam maius et maius bonum magis eligibile 3° // m· moralis virtus est habitus electivus, electio autem appetitus consiliativus et ideo oportet ad hoc quod electio sit bona rationem sive intellectum esse veram et appetitum rectum 6° // N principium efficiens actus est electio, electionis autem est appetitus et ratio que gratia alicuius 6° virtus

C. he

moralis facit electionem rectam et non erit electio recta sine pruden[tia]
6°. / o. malus non eligit propter omnia illud ad quod finis est 9°. ¶ Ethicus
a. per ea que traduntur in ethica non potest ethicus sufficienter assequi finem suum et dat rationem quia cum finis practice sit non tantum scire quid operandum sed ipsum operari, primum potest haberi per scientiam ethicam et non 2^m. secundum potest fieri per legem potentiam id est politicam que malos punit et bonos remunerat, x°. // b. scientia ethicorum non potest multos ad bonum provocare, cum solum procedat sermone persuasivo. ¶ Eubulia. a. Eubulia est rectitudo consilii de fine universali simpliciter bono vel de fine particulari adipiscendo per medium et modum convenientem et hoc tempore congruenti 6°. et secundum hunc duplicem finem est duplex eubulia 1°. // b. eubulia non est scientia quia est consilium quoddam et ita questio quedam, nec eutochia, quia hec est sine ratione et velox, consilium autem tardum. Est autem eutochia quedam solertia nec opinio, eo quod eubulia sit quedam rectitudo preterea id cuius est opinio determinatum est ad alteram partem, eubulia autem est questio. ¶ Experientia a. quidam non scientes quibusdam scientibus magis activi in aliis experti esse 6°. ex quo trahitur quod experientia plus confert ad agendum quam scientia // b. singularia cognoscuntur per experientiam 6°. et quod multitudo temporis facit experientiam ibi // c. difficile est multorum experientiam accipere et consuetudinem, x°. ¶ Fantasia a. meliora sunt fantasmata studiosorum quam pravorum, p°. // b. bestie habent singularium fantasiam et memoriam 7°. ¶ Felicitas de qua populares et sapientes de summo bono humane vite concordat in duobus scilicet in nomine quia dicunt esse felicitatem et in ratione nominis quia dicunt felicitatem esse in bene vivere et bene operari p°. // b. de ratione felicitatis in speciali diversorum diversa est opinio quidam enim antiquorum posuerunt eam in habitu virtutis, aliqui vero hoc posuerunt voluptatem, aliqui ex[c]ellentiorum habundantiam p°. / c. quod felicitas est de bonis humane vite et est bonum proprium inherens alicui quod difficile aufertur ab eo, et est bonum operatum id est possessum ab homine p°. // d. felicitas non consistit in voluptate, quia per eam homo efficitur bestialis, nec in honore quia non est in honorato, sed in honorante felicitas autem est in felice, nec in habitu virtutum quia hunc habent dormientes adversa patientes, non in divitiis quia sunt alterius gratia p°. / e. felicitas est finis optimus actuum humanarum et est optimum sed non habetur hoc expresse, et est bonum per se ipsum sufficiens habenti illam et filiis et uxoribus et amicis p°. et est operatio hominis secundum virtutem in vita perfecta p°. / f. quod operatio exercita uno die non facit hominem felicem ymo exigitur quod in tota vita sua virtuose operetur // g. felicitas utitur exterioribus quibus utitur ut instrumentis, nec omnino felix est qui habet turpissimos vel malos habet filios p°. // h. felicitas est premium virtutis et finis optimus ideo finis politice et est bonum commune possibile acquiri per disciplinam ab omnibus qui non sunt inepti ad virtutem, et nullus vitam finiens miserabiliter dicitur felix p° // i. non potest aliquis dici felix post mortem, preterea quamdiu vivit circa filios vel nepotes, nec post mortem potest dici propter illud quod fuerit felix, sic enim sepe diceretur nunc felix nunc miser et transmutabilis ad modum camaleonis p°. // k. operationes secundum virtutem domine sunt felicitatis, operationes autem viciose domine sunt miserie, p°. / l. felix bonas et malas fortunas optime fert sine vituperio, nec propter quasdam malas fortunas inclinabitur a felicitate in miseriam, ymo illas bene sustinebit, tamquam magnanimus et eis bene utitur sicut artifex secundum exigentiam materie sibi date, p°. / m. rotatum et in magnis infortuniis incidentem dicentes felicem nichil dicunt 7°. // n. felicitas non est habitus quia tunc existeret dormienti et infortunato, x°. / o. felicitas non est in ludo, tum quia virtuosus

C. he

magistrum huiusmodi non eligit ludum, tum quia ludus assimilatur requiei, requies autem non est finis, tum quia in corporalibus delectationibus non est felicitas x°. // p. perfecta felicitas est operatio secundum optimam virtutem optime potentie que est in homine et est delectabilissima operationum que secundum virtutem est ipso que est secundum sapientiam, qualis est felicitas ymo est melior politica x°. // q. felicitas est melior vita quam que secundum hominem, non enim secundum quod homo vivit sed secundum quod aliquod divinum in ipso existit, hec autem dicitur intellectus unde sequitur intellectus comparatus ad hominem vel ad vitam activam sive ad humanam est quid divinum x°. // r. vita et felicitas que est secundum morales virtutes dicitur humana que autem secundum intellectuales dicitur separata ibi. ¶ Finis a. finium quidam sunt ipse operationes verbi gratia visus videre quedam opera operata ut edificatoris domus p°. // b. architectonicarum id est activum principalium fines desiderabiliores sunt hiis que sunt sub ipsis ubi non quod quanto finis est ultimior tanto plus rationem habet boni // c. cognitio finis ultimi magnum habet incrementum ad vitam virtuosam ibi, et quod homines debent inspicere finem ultimum sicut sagitatores signum ibi. Item in omni operatione et electione finis est bonum ipsius operantis quia gratia huius omnes operantur ea que sunt ad finem p°. // d. licet appetitus finis boni insit nobis a natura operationes tamen quas ad hunc finem vel ad contrarium inferimus sunt voluntarie 3°. ob hoc dicitur // e. quales sumus tales finem nobis statuimus 3°. // f. In fortitudine vera delectatio a fine, hec tamen delectatio videtur evanescere propter tristia, que sunt circa actus fortitudinis et ponit exemplum de pugilibus quibus finis est corona, scilicet vel honor delectabilis, et percuti tamen dolorosum 3°. ¶ Filius a. est possessio patris, quousque est mancipatus 5°. // b. inter patrem et filium est iustum proprium non politicum 5°. // c. non eadem amicitia parentum ad filios et fratrum ad invicem, quia pater est maior 8°. // d. filii videntur esse coniunctio id est causa coniunctionis matrimonialis 8°. ¶ Fortitudo a. fortes laudamus propter opera 1°. // b. quod in forti bene subiectus est appetitus brutalis rationi p°. // c. qui sustinet pericula et gaudet vel non tristatur fortis est, 2°. d. fortitudo est circa timores et audacias que sunt extrema eius 2°. Item est circa terribilia et non quecumque sed maxime circa ea est mors non qualiscumque sed bona, que est in bello iusto et pro civitate, 2°. Item est circa repentinam mortem inferentia 3°. // e. fortes ante opera sunt quieti in operibus audaces 3°. // f. fortitudines apparentes et non expresse dicuntur primo qui aliquis aggreditur propter vitandas legis increpationes, vel assequendos honores talis vero forti assimilatur, qui facit gratia alicuius boni, differt autem quia hic operatur propter bonum privatum, fortis autem magis propter bonum commune, ad istum modum reducuntur tres sequentes p°. qui quis operatur coactus timore, vel propter necessitatem, quia preclusa est via recedendi, vel aliquid tale, 2° qui aliqui aggrediuntur talia, que sunt experti et isti agunt confidentia scientie, unde Socrates scientiam dicebat esse fortitudinem, quod autem non agat ex fortitudine patet, quia superveniente multitudine contra quam valet sua experientia fugiet / 3° qui quis aggreditur propter impetum furie hic multum assimilatur forti, qui ratione animositatis aggreditur talia, quasi fera, propter spem victorie quia sepe vicerit, evasisse enim pericula dat talem audaciam, non sunt autem tales fortes, quia ex eo aggrediuntur quia reputant adversarios minus fortes. Item quia fugiunt, quando aliter contigit quam putaverunt, 5° qui quis aggreditur terribilia quia ignorat ea terribilia, unde et qui cognoscit pericula statim fugit. Fortis autem ex electione ista aggreditur 3°. // g. quanto quis fortior et felicior, tanto magis in morte sua tristatur eo quod talem vivere magis dignum est, et quia maximis bonis privatur sciens 3°. // h. fortitudo militaris magistrum talis non est vera fortitudo, vitam enim ad parva lucra commutant et non

amissa preda philippus in grecias rediit. ¶ Cum autem athenie
ses primo aggrederetur quia ab eius fide recesserat, illi ad lacedemo
nes prius emulos trasmittunt ut mutuo se iungerent et omnes
civitates grecie provocat, ut contra commune hostem se foveant mutuo
dixe autem sunt aliqui atheniensibus aliqui philippo metu belli
adherent. ¶ Fuere autem in bello plures ex parte atheniensium

Fuga nectanabi

P. 3.

C. 55.

qui pro tuenda libertate mori malebat quam vivere. Eodem
proposito macedones honorem dominum admittere nolebat. Post
vero incomparabilem stragem, athenienses victi sunt, et philippo
omnis grecia submissa est. ·4ª p. s. de plotino demostene
nicucio termegisto et apuleio phis.

Plotinus philosophus librum scripsit de virtutibus ubi
contra ac passiones quatuor ordinat virtutes, ac
eas distribuit in varios gradus dicens eas politicas pur-
gatorias, ac iam purgati et ex re superne ingerat passiones
emolliunt, secunde auferunt, tertie obliviscuntur. In quartis
nephas est nominari ¶ Demostenes autem cum primam licteram
artis rethorice proferre non posset, propter vicium exilitatem
oris sui vicium tanto studio expugnavit, ut nullus melius
quod volebat exprimeret. Ait valerius li. 8° gravitateque
nimis vocem continua exercitatione ad gratum auribus so-
num perduxit. In eodem quoque ait valerius quod duo hospites
quandam antille pecuniam deposuerat ea conditione ut illa
simul utrisque redderet. Interiecto tempore alter squalore obsitus, ta-
quam mortuo socio omnes nummos decepte abstulit, tunde alter
superveniens depositum petit, cumque illa angeretur demos
tenem patronum petiit qui ait hec parata est depositum dare
sed non potest nisi superveniat alter. Hic ad maris fluctus
propter dicta impedimenta orare solitus erat, ori quoque missis
lapillis diu loqui consueverat, quo variis preceptis loqueretur.
¶ Hermes et termegistus librum fecit de verbo perfecto,
in quo ait dominus omnium factor deorum secundum fecit dominum. Hic est
filius dei benedicti, cuius nomen non est humano ore enarrari
hunc deus dilexit unigenitum suum. ¶ Apuleius autem librum
scripsit de deo socrat in quo ait nulla res potest esse eadem sit
festinata et exarata, nec est quicquam quod habere possit, et laude
diligentie sit et gratiam celeritatis. Item demones sunt genere
animalia, ingenio ronabilia, animo passiva corpore aerea tempore
eterna. Item michi est deo gratius et filius quam mir animo perfecte
bonus. Item equos dites spectare solemus et equos quos mer
camur nec eum in equis emendis faleras consideramus sed e
quum ipsum nudum et solum ut sit ad spectandum honestus ad
cursum negetus ad vecturam validus. Sit et in hominibus contempla
dis, noli aliena extimare sed ipsum hominem penitus considera, ut
meum socratem pauperem specta. Aliena non que parentes pariunt
et que fortuna largita est, generosus est parentes laudas. Di
ves est non credo fortune. ¶ Fuit autem dictus deus socrat
quidam spiritus et familiarissimus eius in multis educes, ut
ait apuleius et calcidius super timeum li. p° socrati igitur
a puero comes demonum rerum agendarum fuit, non ut hor-
taretur eum ad malum sed ut prohiberet que fieri non expe
diret. Sed socrati ingilati non deerat, propria deitas, que
eiusdem moderaretur actus. ·6ª p. s. quod vagosius iudeam fe
cit tributariam.

Ochus misit Vagosium ut tributariam
pertium universis regionibus trans flumen.
Erat autem summus sacerdos in iherusalem Johes
qui inde patri suo successerat, frater autem sacerdotis Ihesus ad
pontificatum aspirabat, propterea vagosi familiaris effectus
est, qua confidentia altercatus est cum summo sacerdo
te, adeoque incitavit fratrem ut eum occideret. Unde vago
sius indignatus ascendit ierosolimam, cumque prohiberet
eum ab ingressu templi, dixit, an mundior ego sum cada
vere quo templum prophanastis, et ingressus templum
expoliavit illud et imposuit ministris templi tri
buta annis septem a quibus interventu neemie
fuerant absoluti. ·56 ca. de arsamo et sibi contemporaneis
cuius prima pars de Sarballa et Manasse

Fite 228. P. 9.

56. P. 1.

56. P. 1.

C. 46. C. 47.

3687. 8. 47. p. 9. 57. p. 9.

Arses uel argus qui et xerxes ut quidam uel assamus ochi filius post eum regnauit. hic perferit regionibus trans flumen barbalam de generitorum mortuus est autem Johannes summus sacerdos et successit eius filius Jadus, cuius erat frater Manasses ad pontificatum aspirans, propter quod Nicasam filiam Sanabale duxit uxorem, cumque ministrasset in sacerdotio indignati sunt Jerosolimite et prohibebant nisi recederet ab uxore gentili. Ille autem transtulit se cum uxore ad socerum qui potentius est hedificare sibi templum in terra Jerosolimorum in monte garizin, sed hoc ex sententia regis Persarum faciendum erat. 6

2a pars de morte regis philippi et manlio torquato

Postquam philippus principaliores urbium grecie aut morte aut carceribus dampnauit, ipse de totius grecie thauros congregauit et CC^a peditum, equitumque XV^a, et super eos tres duces ordinauit, athalum Amintam et parmenionem, uolens in persiam proficisci. Interea alexandro fratre olimpiadis dedit filiam cleopatram in uxorem, qui Alexander constitutus rex epyri postea in ciuitate lucanie a sabinis occisus est, cum disponerat eum in ytaliam copias contra Romanos, et cum in solemnitate nuptiarum sederet philippus inter Alexandrum filium et alexandrum generum gladio percussus est a pausanna nobili ex macedonia adolescente interfectus est, quia eum secundum Justinum libro 9o passus erat iniuriam stupri ab athalo querelam ad eum detulerat et cum uariis frustrationibus non sine risu punitorem differret, athalum ducatu honorauit, quod cernens pausania iram in philippum conuertit, ultionem quam quam ab aduersario non poterat ab iniquo iudice exegit. De hac morte ait Valerius libro 1o. philippus pater Alexandri oraculo premonitus ut a quadrige uiolentia salutem sibi custodiret, omnes currus per regnum suum disiungi fecit, locum qui in beoria et quadriga celebratur semper uitauit, sed pausanias gladio quo eum occidit quadrigam habuit celatam. Et secundum orosium pridie ante mortem interrogatus quis finis magis esset optandus, respondit, quod uiro forti post uirtutum suarum gloriam in pace regnanti sine afflictione corporis et animi dedecore inopinate et subito potuisset contingere, quod ei mox euenit. ¶ Manlius torquatus Romanorum consul filium suum uirgis cesum securi percussit, quia contra imperium cum hostibus pugnauerat et tamen superauerat. ¶ Minucia etiam uirgo uestalis ob commissum incestum uiua est obrupta. ¶ Paruo autem interiecto tempore Claudio Marcelo et Valerio flacco consulibus incredibili rabie et amore scelerum Romane matrone exarserunt. Erat tunc pestilens annus, tamen de corrupto aere simpliciter erat opinio, sed indice quadam ancilla cuiusdam primum inter matrone ut biberent que coxerant uenena compulse et consumate sunt, conscieque usque ad 380. dampnate sunt. / 47.iii

ra.iii de dario et sibi contemporaneis. et 1a pars de exercitu phi[lippi] et cetera mili

3651. 6.

Darius Arsami filius patri successit contra Alexandrum eodem anno et alexander regnare cepit, prima illi circa principatum exercitare fuit, in quibus ante omnia autem Justinus libro xj.o cedis patrie conscios ad eius tumulum occidi fecit. Alibi dicitur quia pausaniam patri exhibuit occidendum, et coronatus est alexander pro patre Macedonie rex. habuit quoque ex Macedonibus peditum xxxii^a equitum uero iij^m et de regno tracie 700. Magni ualoris de aliis uero partibus ij^a 700. et in regni initio immunitatem ciuitatum ceteris preter militie uacationem dedit, quo facto tantum sibi fauorem hominum conciliauit ut corpus regis non uirtutem se mutasse acclamarent. De eius autem exercitu ait Antiquus et Justinus libro xj.o

C. 47.

quod non iuuenes robustos sed ueteranos qui cum patre patruoque militauerat elegit, ut non tam milites quam magistros militie putares, nullumque sibi sexagenarium duxit, si principia castrorum cerneres, senatum alicuius reipublice uideri crederes. Itaque nullus de fuga in prelio cogitat, nec in pedibus cuiusque spes sed in lacertis fuit. / 2a pars qualiter sibi greciam subiugauit

Et primo quidem Alexander greciam tanta celeritate instructo paratoque exercitu oppressit, ut uidere uix crederet quod uenire non senserat. et Athenienses quidem sicut primi defecerant ita primi penitere ceperunt, contemptum hostis in admirationem uertentes, pueritiamque Alexandri super uirtutem ueterum extollentes, missis itaque legatis pacem deprecantur, quibus Alexander grauiter increpatis remisit bellum. Thebani uero armis non precibus usi sunt, quibus uictis destruitur ciuitas. ¶ Profugis autem atheniensibus portas contra regis edictum aperuit, quod tam moleste Alexander tulit, ut iterum secundo deprecantibus bellum remitteret, ita tamen quod oratores et duces quorum fiducia totiens rebellabat exilio dampnarent, qui statim ad darium profecti non paruum momentum persis prestiterunt. / 3a pars de profectu eius masiliam

23. p. 2

Sile 44. p. 3.

Proficiscens exercitum ad persicum bellum omnes nouerce sue cognatos quos pater suus prefecerat interfecit ne dissentionis materiam post se relinqueret, ut autem naues ascendit, spectata asia accedens mentis ardens patrimonium omne suum quod in europa habebat amicis diuidit professus sibi sufficere asiam, sed nec exercitus eius aliud quam animi presumptio fuit, quippe obliti omnes coniugum et liberorum orientis opes iam quasi suas putabant nec periculorum sed diuitiarum tantum meminerant, cum autem ad terram applicaret, primus Alexander iaculum uelut in hostilem terram iecit, armatusque de naui uelut tripudianti saltu prosiluit. Inde hostem petens milites a spoliatione asie prohibuit, parcendum monens suis rebus. In exercitu autem eius fuere peditum 32 milia, equitum 4^a 500.

4a pars de primo prelio contra persas

Prima igitur congressio in campis adrastries fuit. In acie persarum fuere 6 milia, que non minus arte Alexandri quam uirtute macedonum superata terga uerterunt. Magna fuit cedes persarum, Alexandri minima, post hanc uictoriam maiorem partem asie ad eum deffecit, gessit et multa bella contra prefectos darii, quos iam plus subiugat nominis terror quam armis. ¶ Dum hec aguntur nunciatur ei a preposito macedonie insidias sibi parari, ob quam causam timens ne quis intestino eo in macedonia motus oriretur in uinculis eum habuit.

5a pars de plaustro aureo in templo Jouis et celeri transitu Alexandri contra darium

Post hec gordiam ciuitatem aggressus Sardis inter dicta consita est inter frigiam maiorem et minorem, ubi erat plaustrum in templo apollinis cuius lorarum nodum nisi antiqua oracula qui posset dissoluere asie obtineret imperium, huius autem rei origo fuit quia cum gordius conductis araret bobus, aues eum uniuersi generis circumuolare ceperunt, regressus augures regnum ei portendunt. Inter friges autem orta discordia consulentibus de fine oracula respondent regem discordiis non uacarum, querentibus de persona regis tradit quem reuersi primum in templum Jouis euntem plaustro reppissent, obuius illis gordius fuit, quem protinus regem salutat, ille plaustrum quo ei regnum delatum est in templo Jouis ponit et diis consecrat. Igitur Alexander cum capita lorarum inter nodos abscondita reperire non posset gladio lorarum scidit, sicque resolutis nexibus latentia capita inuenit. hec igitur agenti nunciatur aduentus darii, Alexander autem fauces angustias loci magna celeritate tauri transcendit 500 stadia una die ducens exercitum secundum Justinum, cumque

tarsum venisset, captus fluminis amenitate per mediam urbem in-
fluentis in illum se iecit et tunc calentes nervi ob aque frigidi-
tatem riguerunt ita ut mox expirabit videretur. sed consilio phi-
lippi medici poculum conficientes in diem quartum liberatus est. *6a*

Tunc per modos exercitum *ps de 2o bello cum persis*
duxit laboriosoque itinere per desertum. Exercitus autem
darii 400m peditum et centum milia equitum fuit.
tunc suos ortatur Alexander ut spernant illam aciem auro argentoque
fulgentem in qua plus prede quam periculi sit. Certandasque exercitum
diversas gentes diversimode alloquitur quibusdam divitias promittit
Grecis vero antiquam vindictam proponit, hicque fore sue glorie ac la-
borum finem. deinde constructa acie constructum est bellum ante(?)
tamen fuit, uterque rex vulneratur. tandem darius fugit magna quoque
fit persarum strages. cesa sunt peditum 400a(?) equitum 2m ex ma-
cedonibus 130 peditum, equitum vero 150. *7a ps de clementia
Alexandri circa nobiles captos et prudentia in consummanda victoria*

Inter captivos autem persarum que fuerunt 40m recepti
sunt mater et uxor eademque soror et due filie
darii, ad quas visendas ortandasque cum iret
Alexander ille videns se complexe visis armatis tamquam mori
putantes comploracionem ediderunt provolute deinde genibus Alexa-
dri non ut vivant sed ut corpus darii sepeliret mortis di-
lacionem precabantur. motus tanta mulierum pietate Alexander da-
rium dixit vivere easque iubet conservari et sic reginas salutari
filiasque non sordidius dignitatum prioris nimis sperare iussit. ¶
Alexander opes darii et apparatum contemplans admiratione
tantarum rerum capitur. tunc primum luxurias et magna convivia
sectari cepit. tunc et barsanem captivam diligere cepit propter
forme pulcritudinem, de qua susceptum postea filium herculem
vocavit. memor tamen darium adhuc vivere parmenionem misit ad
occupandam persicam classem aliosque amicos ad recipiendas asie
civitates. que statim audita fama victorie ipsius darii prefectis
cum auri magno pondere traditis in potestate victorum venerunt.

f. 12.

8a ps de obsidione tyri et edificatione templi in Garizin

Sunt syriam perfecit. multos orientalium regum
obvios habuit secundum autem eorum merita quosdam
in societatem assumpsit quosdam regno privavit a-
liis substitutis. cepitque damascum. ¶ Tyriorum autem civitas cum
coronam auream magni ponderis in titulum gratulationis Alexa-
dro misisset, grate munere accepto tyrum se ire velle ad vota
herculi reddenda dixit. Cumque legati certius id eum in tyro venire
et angore templo diceret facturum deprecantes eius introitum, ita
exarsit ut urbi excidium minaretur. ac confestim exercitu insule
applicato non minus tyrii animosi fiducia carthaginensium bellum
exceperunt. Augebat quoque tyriis animum didonis exemplum que in
carthagine condita terciam partem orbis quesisset, turpe ducentes si
feminis suis plus animi fuisset quam ipsis querendo que sibi in tuenda
libertate. amota igitur in belli etate et ex carthagine arcessitis
auxiliis brevi tempore per proditorem capiuntur. ¶ Tunc sarabella de
suis eligens 8m perfectus ad alexandrum dixit se libentius ei
velle obsequi quam dario et gente susceptus est. minatur deinde se habere
generum manasse et velle hedificare sibi templum et altare quod
sibi esset proprium eo quod iudei dissimiliter potentes essent, quod
Alexander concessit. sarabella perficit, perfectumque mansit usque
ad destructionem eius per romanos. *9a ps de miraculo visione Alexandri et eius oblatione in ierusalem*

Cum adhuc staret Alexander in obsidione tyri, scripsit pado
ut preberet auxilium et exercitui victualia prepara-
ret et redderet sibi tributa que prius dario conferebat, et respondit pado
se dario sacramenta dedisse nec eo vivente posse violare fidem.
tunc commotus est Alexander gentem iudeorum quia per eum disceret cum

obedire deberet. tyro subacta gazam obsedit, et mortuus est
sarabala. inde ierosolimam festinabat. timentes autem iudei
clamaverunt ad deum. et obdormienti sacerdoti dixit deus ut
confideret, sertisque civitatem ornaret, et ipse pontificalibus indutus
cum sacerdotibus lineis stolis indutis obviam iret Alexandro.
Intuens Alexander pontificem equo desiluit, eumque solus adiit,
et nomen dei tetragramaton quod in lamina aurea erat super
tiaram adoravit, pontificemque veneratus est. Dixitque militibus
regis mentem ludificatam putantibus se cum adhuc esset in li-
cia civitate macedonie deum vidisse in eo habitu sibi prospera-
tum persarum promittentem. et ingressus civitatem sacrificavit secundum
sacerdotis instructionem. dicit augustinus 18o de ci. de. hostias A-
lexander immolavit in templo dei non ad eius cultum ve-
ra pietate conversus sed impia vanitate cum diis eum
falsis colendum putans. *10a ps quomodo Alexander deificatus fuit*

59 f. 1.
58 f. 6.

Exinde Alexander *voluit et de conditione Alexandrie*
Rodum egiptum ciliciam sine certamine recepit
ad amonem perfectus cupiens originem divinitatis
acquirere, sitque mater eius se iustinus ab infamia liberare
per legatos premissos quid sibi videri velit subornat antistes.
Ingredientem igitur templum ut filium amonis salutant,
letatus de adoptione hoc se nomine vocari iubet. reversus ab
amone, alexandriam condidit, et caput egipti esse iubet.

11a ps de mutuis epistolis darii et Alexandri

Darius cum babiloniam fugisset per epistolam Alex-
andrum precatur ut redimendarum captivarum po-
testatem faciat et magnam pecuniam polliceretur. Alexander
autem captivarum pretium non pecuniam sed regnum poscas
scribit darius epistolas offerens filie nuptias et partem regni.
tunc parmenio ait se visurum conditionem darii si esset Alexander.
Alexander autem respondit se facturum si esset parmenio. dario non sua
sibi dari vera rescripsit iussitque supplicem venire et regni
arbitria victori permittere. ¶ Tunc spe pacis amissa darius
bellum reparat et cum 400m peditum et centum m equitum
obviam vadit Alexandro. In itinere vero nunciatur uxorem eius
ex colisione abiecti partus decessisse, eiusque mortem illacrimatum
Alexandrum exequiasque benigne prosequitum, idque non amoris
sed humanitatis causa fecisse nam semel tantum ab Alexandro visa
fuit. ¶ Tunc darius vere se victum putat non solum preliis ab
hoste sed et beneficiis superatus, et tercias scripsit epistolas gratias agens
quod nichil hostile in suos egit, offert maiorem partem regni
et alteram filiam uxorem pro reliquis captivis 30m talenta. ad
que Alexander gratiarum actionem esse superfluam, nec se quam facturum
in hostis adulatorem, nec indubios belli eventus aut pa-
cis federa lenocinio quereret, sed animi magnitudine qua didi-
cerat adversus hostium, non adversus calamitates contendere, polliceretur
eadem dario si secundus ei in regno non par velit haberi
non enim mundum ait duobus solibus nec orbem regi duobus
regibus posse. proinde aut deditionem eadem die aut in poste-
ra aciem paret. *12a ps de 3o bello contra persas*

Vadit interim in castra darii Alexander. ferunt A-
lexandri nuncium simulans dario ait. Talia sunt
Alexandri mandata. Ego regem quem vinimus festi-
nanter intendit ad pugnam arbitror sive ignavie et diffiden-
tie testem, ducitque ad convivium cena rege quodcumque vas ad
bibendum suscepit ebibito vino in sinu recondebat. cumque a
dario furti argueretur, respondit hunc morem servari in curia A-
lexandri. cumque cepisset persarum quidam qui aliquando in curia philippi
fuerat recognoscere alexandrum, Alexander fuge adiutus
presidio ad suos rediens huius storie narratione eos letificavit
¶ post hec in aciem procedunt et certante pugna Alexandrum

Anaximenes orator
Allexandri doctor in arte rethorica
hic putatur scripsisse historiam Allexandri

C. 57.

sompnus arripuit. Cumque ad pugnam solus rex deesset a
Parmenione egre excitatus sompni causam, omnibus inter pericula vix et
in ocio semper sompni pacior fuit, magis se esse liberatum dixit
sompnum sibi a referma servitute datum, quod subito cum omnibus Da-
rii copiis confligeret veritus longa belli moram, si per se exercitum
divisissent. ¶ Ante pugnam utrique acies spectaculo fuit, Macedo-
nes multitudinem armorum quam pulcritudinem mirantur, mensurant
per se a tam paucis victa suorum tot milia stupebat. Ortatur suos
Alexander ne multitudinem timeant, nec meliores factos fuga
putaret, commisso prelio Macedones misere cum contemptu totiens
a se victi hostes ruebat, et ipse mori quam vinci optabant,
raro in ullo prelio tantum sanguinis fusum est. Alexander autem
periculosissima quamque aggreditur, et ubi confertissimos hostes acerrime
pugnare conspexisset eo se submergebat. Darius cum vinci
suos audiret mori et ipse voluit, sed a proximis fuge compul-
sus est. hoc prelium Asie imperium attulit Alexandro quinto post
acceptum regnum anno, cuius tanta felicitas fuit ut post nec
ausus rebellare fuerit, sed pacienter Persis servitutis iugum post tot
annorum imperium susceperunt. ¶ Occurrerat autem Alexandro Grecorum
CCCC^a fere, sustinuerant penam captivitatis truncata
parte corporis tulerant, volentesque in Greciam redire propter
fedum suum aspectum magis agros ut ibi viverent acceperunt.

//13^a pars de fuga et morte Darii

Darius itaque omni spe deposita scribit Alexandro
quod competentius ageret si eis intesset quos sibi
fortuna subiugaverat, oratque ut matrem ac filiam mittere
dignetur sibique remittat eas. Ipse autem per benivolentia respon-
debit tributis thauros quos utique patres sui humi fossos
condederat, Persarum quoque ac Medorum aliarumque gentium regna
concedens, quod cum se nec facturum Alexander rescripsisset, Darius
porro regi scripsit ut sibi auxiliaretur nulla illi promittens
quod Alexandrum non latuit, ideo accelerauit eum prevenire
antequam in Caspias portas intraret. Sunt autem porte Caspie mon-
tium fissiones ferreis trabibus obstruate. Cumque persequeretur
Alexander Darium, et transire heret mare Pamphilium deo
volente ut autem Josephus legit mare illud fuisse divisum quod regnum
Persarum per eum deleri volunt. ¶ Aderat autem Dario fuga mo-
lienti duo satrape qui in gratiam Alexandri eum solitarium
oppresserunt, ad quem iacentem cum venisset Alexander, ille
manus supplices tendens attractas ut poterat gemina
Alexandri, ait sibi in tali fortuna constituto maximum adesse
mortis solatium quod in tuis manibus o Alexander regum for-
tissime spiritum effundam, petiit sepultura non fraudari, matrem
ei commendans et rogans ut filiam suam Rosanem sibi conferret
dignam coniugio, quibus dictis spiritum exalavit. Iustinus autem dicit
quod Alexander operuit Darium, cognatus suus Cathemis et confe-
deribus aureis vinctum in vico Parthorum cui nomen Thara, predicta
vero verba et filia misisse ad Alexandrum per nuntium
defunctum autem Alexander respiciens et indignum tenens morte
tanto fastigio latrius funus prosequutus est, eumque regio more in
maiorum tumulis, cum Persarum sepeliri iussit. ¶ Post mortem
Darii autem refertus militibus 20 diebus Persarum cognoscit. Ex-
pugnauitque Persepolim caput Persici regni orbis terrarum refer-
tam spoliis, tribus his preliis quadringinta quinquies decies centena
peditum militumque milia consumpta sunt. Alexander autem amis-
sos milites magnis funerum impensis extulit, reliquis sociis
decem milia talentorum divisit, que vero supersunt pecunia omnis Babylonem
talentorum ab Abagtanis congesta est. ¶ Interea Lacedemoniorum insolentia
rebellas ab Antipatro opprimitur, et licet Alexander de prostrato hoste
gauderet, de Antipatri tamen victoria indignabatur sibi deceptum
putans glorie quicquid aliene accessisset. //14^a pars de

C. 58.

Anaximene oratore et Epycuro philosopho

Tunc Anaximenes orator claruit, non ille de quo
supra dictum est, hic enim fuit Alexandri doctor
in arte rethorica, et quod Alexandro irato ac festinanti ad diruen-
dum Lapsacum civitatem occurreret, audiens ab Alexandro
cogitate quod preces iure sue opponeret, iuravit quod eum non exau-
diret. Peto ait ut Lapsacum diruas. Sicque illius prudentia
Alexander civitati et iuravit pepercit. Hic putatur scripsisse historia
Alexandri. ¶ Epicurus autem licteras non didicit ut ait Jeronimus plura
tamen nobilia scripsit. Aut enim omnem curiatum omnemque dolorem despiciendum
modicum quidem contemptibile magnum autem non diuturnum. Pecunias
nuptias divitias honores in confinio posuit bonorum et malorum.
Exquisite etiam explete ait ingenti cura parate maiorem penam
habent in ingrendo quam voluptatem in abutendo. Generaque dictat
eum dixisse quod aliquis vir bonus eligendus est nobis ac semper
ante oculos habendus, ut sic tamquam illo spectante vivamus et omnia tamquam
illo vidente faciamus. Item illud si ad naturam vivamus numquam pau-
peres erimus si ad opiniones numquam divites. Exiguum natura desiderat
opinio immensum, et illud si vis divites fieri non pecunie addendum
sed cupiditati detrahendum est. Erravit autem putans deum
huius res non curare sed ociosum esse et nichil agere, dicitque
voluptatem summum bonum esse et animam cum corpore perire.
58^m capitulum de monarchia Alexandri cuius prima pars militum animatione ad

Alexandro post hoc, ulteriora bella et de eius insolentia
miratur. quod Zopirus prefectus Ponti ab eo derelictus
adunato XXX^a exercitu Scithis bellum intulit
deletusque sit simul cum omnibus copiis qui propter cognationem tardiva
in lectum exercitum indixit. Erat enim eius avunculus. ¶ Omnibus autem
velut precirato bello reditum in patriam expectantibus ad contionem
exercitum vocat, ibi nichil actum tot egregiis preliis ait si
incolumis orientalis barbaries relinquatur, nec se Darii corpus pe-
tisse sed regnum, prosequendosque esse eos qui a regno defecerint. Hac
oratione velut ex integro incitatis militum animis Alexander habitum
regum Persarum assumit, et dyademam insolitum, quod nec invidiosum in
se conspiceret, auros longiasque vestes purpureasque ac deauratas
sumere iubet. inter pelicum regiarum greges electe pulcritudinis noc-
tium vices dividit, et ne ieiuna et destituta luxuria videretur inge-
tes apparatus addidit et ludis exornat, immemor tantis deliciis
his moribus amitti divitias non queri solere. Ibi occurrit Calestris
regina Amazonum cum 300^a mulierum ex rege liberos consitura,
ut autem in 13 diebus visa est uterum implesse discessit. //2^a

pars de eius impacientia, et victoria circa Caucasum montem.

Cepit etiam in suos sevire non regio sed hostili
odio indignans se carpi sermonibus detentium eum
Philippi patris, patriaeque mores subvertisse, propter
quod Parmenio senex proximus regie dignitati cum Phylota fi-
lio occiditur. Parthus autem domitis preficit ex nobilissimis Persarum
Andragoram. Fremere omnes occepunt, sanguinis, verens autem
ne hec opprobrio in Macedonia vulgaretur, simulat se in Macedo-
niam mittere nuntios victorie. Ortaturque milites ut suis scribant raro
rediturus oportunitatem, datas autem fasces exceptare tanteque ad
se deferri iubet, et suis diffamatores aut conscripsit aut in ultimis
terris in colonias distribuit. ¶ Inde Draucas Euergetas, Parimas,
Parpamenos, Adaspios, ceterosque populos qui in radice Caucasi
morabantur subigit. Hic autem mons pene in medietate orbis
extenditur, et pro gentium ac linguarum varietate in diversis suis
partibus diversimode nominatur, ubi enim in oriente ex excelsior fit
nivium candorem Caucasus nominatur, in alia parte dictus
est Nifates, alibi Sarpedon, alibi porte Caspie, alibi Nicre-
amis, alibi Coraxitus, alibi Sithicus, alibi Ceraunia, mon-
tesque Armenie et Indie. //3^a pars de reclusione decem tribuum

Margin notes:

porte Caspie 58. p. 3.

opinio

Seneca ep. 2 ca^a 188 p. 8.

365 7. 5

56. p. 2.

Ja^a 1 p. 2

Tunc miserunt filii captivitatis decem tribuum postulantes ab eo exeundi licentiam, cumque causam reclusionis quereret et audiret a deo post concessisse, aures inclinat ymolando, angusta viam obstruere studuit ut arctius essent inclusi. Cumque humanus labor ad hoc non sufficeret, oravit deum ut post illud implere et accessit ad se invicem prerupta montium ut ait Josephus. Quid facturus est deus pro fidelibus suis qui hoc fecit pro infidelibus. ¶ Hic nota quod porte caspie panduntur in itinere manu facto longo VIII milia passuum. Nam latitudo vix plaustro est permeabilis et in illis angustiis hoc est asperum est quia prorumpentes vene salis humiditatem et labem ingerit per XXVIII milia passuum tractus humo arida ac sine presidio serpentium quorum certo tempore copia confluit. Propterea ad caspios nisi hyeme accessus negatur. Voluit ergo illos deus longissimis latere temporibus. // 2a ps de vindicta // in proditore Darii et de xii Alexandriis

Alexander autem dum hostis sui Darii interfectores exaltare promittit, Bessus et Ariobarzanes satrape Alexandro se offerunt, quos Alexander in altissimo loco iussit crucifigi. Iustinus autem libro XII dicit quod unus ex amicis Darii ad eum vinctus perductus est, qui Darium non solum prodiderat sed etiam interfecerat, quem Alexander in ultorem proditionis fratri Darii tradidit cruciandum, dicebatque falli eos qui proditionis premium ab eo expectaret, ymo violate fidei necem acriorem fore vindicte ultoremque. ¶ Ut autem nomen suum in illis relinqueret regionibus, Alexandriam super Tanaym amnem condidit infra diem XVII muro VI milia passuum consumato, translatis illo trecentos civitatum populis quas Cyrus condiderat. Fecit autem XII Alexandrias, scilicet Bucefalam nomine equi sui, Jonicosiam ubi superavit Porum, Porusithiam Babilonis, apud Massagetas, apud Egiptum, apud Ormala, apud flumen Granicum ubi superavit Darium, apud Troadam, apud Tigridem fluvium, apud Scantum. ¶ Nescio quam harum vel forte fuit alia ab hiis in ponto edificata, que postea destructa reparata est ab Antiocho Seleuchi filio et Seleuchia dicta. // 3a ps de penitentia Alexandri propter // interfectionem multorum

Vocatis autem amicis ad convivium, ubi orta est inter ebrios mentio rerum a Philippo gestarum, prefert autem Alexander se patri, facta sua cum unus ex senibus Philippi memoriam tueretur, adeo regem offendit ut gladio satellitis rapto eundem in convivio trucidaret. Postquam vero sanatus rede animus conquievit et in ire locum successit estimatio, pigere eum facti cepit, quod paternas laudes tam iracundius suscepisset, quod amicum innoxium trucidasset, quod convivium sanguine fedasset, et amplexus mortuum tractabat vulnera, et quasi audienti confitebatur dementiam, mori proinde voluit confessusque facinus arrepto gladio si non obstitissent amici. Mansit hec voluntas moriendi et sequentibus diebus accessit et penitudini nutricis recordatio sororisque sue, cum Parmenio et Phylota, cum Aminetas consobrinus, cum noverca fratresque interfecti, cum Attalus, Euriloc(us), Pausanias aliique Macedonie principes quos extinxerat occurrebat. Quatuor diebus continuata illi inedia est, tandem totius exercitus victus precibus, et precipue Calistenis condiscipuli sui apud Aristotilem, ne videlicet sua morte universos deleret, cibum suscepit.

5a ps quod quasi deus adorari voluit et de morte Calistenis et // eius discipuli Lisimachi

Revocato igitur in bella animo, Chorasmos et Darachas in deditionem accepit. Tunc non salutari sed adorari se iubet. Acerrimus interfectores extitit Calistenes, propter quod fingit eum quasi insidiarum conscium, truncatisque crudeliter omnibus membris eius, auribus naso labiis, deforme ac miserandum spectaculum reddidit. Cum Lisimachus venenum in remedia dedit, quo audito Alexander Lisimachum obici leoni iussit, qui contra leonem impetuosum manu amictu involutam

opponens admiratorem regis in satisfactionem convertit, cariorem quam eum habuit propter constantiam tante virtutis. Ipse vero magno animo regis velut parentis animum tulit. Multi autem principes Macedonum eadem causa sub spe insidiarum interfecti sunt, retentus tamen est Macedonibus modus salutandi regis explosa adoratione. De Calistene dicit Valerius libro 7o quod Aristotiles eum ad Alexandrum mittens monuit ut cum Alexandro quam rarissime loqueretur, quod scilicet apud regias aures aut silentio esset tutior aut sermone esset acceptior. At ille dum ad Macedonicos mores illum reducere perseverat, spiritu carere iussus est. // 7a ps de exercitu eius in India et longa adiis custodiret et Cleofile regina

Post Indiam petit, ut oceano imperium terminaret. Cui glorie ut et ornatus exercitus conveniret, faleras equorum et arma militum argento induit. ¶ Ingredienti autem scribit Porus quod fines illos infestare non moliretur, eo quod adversum nulla fortuna prevaleat, in Persiasque Grecias redire monet, quas Indi sibi subiecissent si suis operibus convenirent, sed quia eis inutilis nec quesita est nec quereretur. ¶ Alexander autem ad Nissam civitatem nichil tale curans pervenit; cum oppidani non repugnaverint fiducia religionis Liberi patris a quo urbs condita erat, quibus parci iussit, letatus se non militiam tantum verum et dei vestigia persecutum. Tunc ad spectaculum sacri montis duxit exercitum naturalibus bonis vitis ederaque non aliter vestiti, quasi manu cultus esset et ornatus. Exercitus autem ubi ad montem accessit repente fremere cepit, ut intelligeret Alexander non tam oppidanis quam suis consuluisse. ¶ Inde montes Dedalos regna Cleofilis regine petit, que cum se ei dedisset concubitu redemptum regnum recepit, illecebris consecuta quod armis non poterat, filiumque ex eo receptum Alexandrum nominavit, qui Indorum postea fuit. Dum autem insectaretur Alexander quosdam palantes hostes, cum a satellitum velocitate desertus esset, solus ei Lisimachus per spaciosas arenarum moles comes fuit, quem equo desiliens Alexander haste cuspide ita vulneravit in fronte, ut sanguis aliter claudi non posset nisi dyadema sibi demptum capiti pro ligatura imponeret. ¶ Peragrata India ad saxum mire magnitudinis asperitatis pervenit, in quod multi populi confugerat, ibique cognovit Herculem ab expugnatione terremotu prohibitum, captusque cupiditate acta Herculis superandi, cum summo labore ac periculo potitus saxo, omnes illius loci gentes in deditionem accepit. // 8a ps de morte Pori /

In exercitu Pori fuere preter peditum copias XXIIII milia quadrige falcate. Porus itaque viribus corporis et animi magnitudine insignis, exercitum suum invadere Macedones iubet, eorum regis singulare certamen deposcens. Sed nec Alexander pugne moram fecit. In qua pugna Bucefala dextra Pori ictu occubuit. Alexander autem concursu satellitum liberatus est. Cum autem ambo in eo bello confligerent, fieretque anceps diu pugna, regalis Alexandro loricam vulneribus cruentate et Poro ipso declinate, tandem Porus repentino tumultu suorum dum ad eos invadendos conversus est, Alexander eius inguina gladio transfodit eumque prostravit, quo viso mox Indi in Alexandrum consurgere metuebant. Alexander autem manu silentium poscens tumultum compescuit, recepta ab eo tradita, omnis Indus Macedonibus se illi subdit. ¶ Porus autem adeo se victum doluit, ut cum veniam ab hoste accepisset nec cibum accipere voluit, egreque sit ab eo obtentum ut vellet vivere, sed nec vulnera mederi passus est. Erat enim cubitorum quinque. Alexander vero cum eum et dedit. ¶ Capti sunt ibi elephanti 900. Basilica autem Pori describitur cum columpnis aureis solidis ingentis grossitudinis in 20, parietesque laminis aureis grossitudinis digitalis operti erant, vinea solida ex auro, cum foliis et racemis cristallinis distinctis

p. 8

xii Alexandrie

Clito

p. 7

p. 33

Basilica pori

smaragdis tellu

C. 48

smaragdis, thalami et cubicula omnia margaritis unionibus et carbunculis ornata erant, fores eburnee. Ibi Alexander bucefalam edificavit. 9a pars de quibusdam victoriis et querela militum narrare incipitur

Inde Arestas, Strathenos, Parasedas, Ganteradas, reges eorum exercitibus expugnavit. ¶ Cum autem ad Cofides vel Aphytes pervenisset, CC milium equitum vallatur. Tunc exercitus non minus victoriarum numero quam laboribus fessus cum lacrimis deprecatur finem belli tandem facere et aliquando patrie reddi, quam vix se respiceret militum annos quibus vix etas ad reditum sufficiat. Ostendit alius canitiem, alius recepta vulnera, alius consumptum corpus cicatricibus, vel reliquias eorum paternis condi sepulcris, et si non militibus tandem sibi parcat, ne fortunam suam nimis onerando fatiget. Motus Alexander tam iustis precibus in fine victorie castra magnifica fieri iussit, quorum molitionibus et hostis terreretur et posteris admiratio sui relinqueretur. Nullum opus milites tam prompte fecerunt. Itaque cum gratulatione resis hostibus in eadem redierunt. 10a pars de facto mirabili Alexandri et prelio cum Sudracanis et archipirata capto

Inde Alexander ad amnem Acesinem pergit, per hunc ad Oceanum devehitur. Ibi Agenor Sebosque, quos Hercules condidit, in deditionem accepit. Hinc in agros Sintabiosque navigat, que gens cum armatis LXXX milia peditum LX equitum eum exceperunt, quibus victis ad eorum civitatem duxit exercitum, quam desertam defensoribus cum de muro quem prius ceperant conspexissent, in urbis planitie sine satellite ullo desiliunt. Itaque cum hostes solum conspexissent, clamore edito undique concurrunt, si possint in uno capite orbis bella finire, ultionem tot gentibus dare. Nec minus constanter Alexander resistit, unus adversus tot milia preliatur. Incredibile dictu, non eum tot milia hostium, non magna vis telorum, non tantorum lacessentium clamor terruit. In eo prelio sub mamma traiectus, cum sanguis fluxu deficeret, genu posito tam diu preliatus est donec eum a quo vulneratus est occidit. Curatio vulneris ipso vulnere gravior fuit. Huius vulneris angustia dicebat: Dii senera, Omnes iurant me Iovis esse filium, hoc vulnus hominem esse clamat. Igitur rebus ordinatis Polipercontam Babilonem mittit. Ipse autem cum lectissima manu navibus conscensis Oceani litora peragrat. ¶ Post expugnatam urbem Abagari regis, qui venenosis sagittis usus est contra exercitum Alexandri, contra quod venenum Alexandro in sompnis herba medicinalis ostenditur, qua Ptholomeus et maior vulneratorum pars liberata est. Iussu in amnem sedem iustinum prosperum iter patriam imprecatus Oceano libamenta dedit. Archipiratam captum interrogat cur eum mare haberet infestum. Et te cur, inquit, orbis terrarum? Sed quia exiguo navigio id ago latro vocor, tu vero quia magna classe diceris imperator. Si solus captus sit Alexander latro erit, Dyonidi si populi famulentur Dyonides erit imperator. Me fortuna inquietat, te inexplebilis avaricia furem facit, et si fortuna mansuesceret fierem forsitan melior. At tu quo fortunatior nequior invenieris. Miratus Alexander viri constantiam eum merito arguentis: Experiar, inquit, si futurus sis melior; fortunam quam mutabo, ne ei de cetero quod dereliqueris, sed cum moribus ascribatur, eumque fecit ascribi militie.

11a pars de federe Candacis regine cum Alexandro

C. 48.

Deinde Candacis regina misit unum de pictoribus suis, iussitque ymaginem Alexandri sibi depingi. Iam eum Alexander miserat sibi litteris vera amicicie continentes; receperat eum inter cetera coronam margaritis et smaragdis ornatam, elephantes 350, pardos 100, unocerontes 60, pantheras 3, canes etiam in homines efferatissimos 20. Contingit autem ut Candaules Candacis filius, dum ad sacrificandum iret, a quodam ebriosore regulo eius uxore rapta ad Alexandrum confugeret. Tunc Alexander finxit Ptholomeum regem esse, se quoque Antigonum satellitem, et iussu Ptholomei uxorem iuvenis recipiavit. Rediens iuvenis pro gratiis agendis ait Ptholomeus se velle videre Candacem, sed Antigonum premittere. Candace autem occurrens filio Alexandrum amplexa est, et fingenti se Antigonum ait: Videbis Candacem Alexandro solertiorem, ostenditque ei ymaginem ipsius. Cumque ille cantet se gladium non habere, ait illa: fidem quam filio meo servasti perpetuo tibi servabo. Carogarus autem filius Candacis iunior, qui Pori filiam habebat uxorem, voluit Alexandrum interficere, sed mater prohibuit. 12a pars de quibusdam monstris et de captione illorum quam docebant

[margin: causaret]

Accepit autem Alexander centum quinquaginta ductores Indorum qui brevitates itinerum noverant. Cepit ergo exercitus siti laborare. Zephyrus autem miles inventam in lapidis cavo aquam ad Alexandrum in galea pertulit, quam Alexander coram exercitu palam effundens omnes ad tollerantiam animavit. Postea illis flumen apparuit, cuius conde pinorum et abietum vincebant grossitiem; aqua vero amara erat. Pervenerunt autem ad castellum medio amne situm, cuius homines seminudos precabantur ut eis ostenderent aquam dulcem; cumque illi timentes se absconderent, ductores milites ex Macedonibus levis armature natare iussit, qui ab ypotamis absorti sunt. ¶ Tunc Alexander in ductores iratus centum ex eis in flumen proici fecit, et qui similiter devorati sunt. Deinde viderunt homines rotundis ex arundine velut naviculis, a quibus de aqua potabili edocti sunt, ad quam prius quam venirent tota nocte incursantibus leonibus, ursis, tygribus, pardis et lincibus restiterunt. 13a pars de inventione aque dulcis et aliis monstris

Cum autem pervenisset Alexander ad aquam dulcem refecto exercitu, iussit Alexander accendi 1500 ignes. Cenantibus autem eis venit magnus numerus scorpionum, postea immensa vis cerastarum, postea variis serpentes distincti coloribus, totaque regio sibilabat; postea cristati serpentes binorum ternorumque capitum grossitudine columpnarum, oculis venena stillantibus; tribus horis cum hiis bestiis pugnaverunt. ¶ Postea venerunt leones albi taurorum corporibus compandi, quos venabulis exceperunt. Postea apri ingentis forme cum horribilibus pantheris. Postea vespertiliones columbarum corporibus equales, que habebant dentes ad modum hominum. Postea venit una bestia maior elephante tribus cornibus in fronte armata, que vix tandem venabulis occisa est. Deinde mures vulpibus similes, quorum morsu quadrupedia statim expirabant, non sic autem homines. Postea aves vulturibus maiores nigris pedibus et rostro, a corpore fulvo, non nocebant hominibus sed pisces de flumine venabantur. Tunc Alexander residuos ductores cruciforagio puniri iussit, ut nocte a serpentibus consumerentur. ¶ Hic ponuntur aliqua bellum cum Abagaro rege et de saxo quem Hercules expugnare non poterat. 13a pars de statuis Herculis et Liberi patris ac ceteris monstris

Pervenit autem ad

herculis liberiqz trophea in ultimis finibus orientis / ubi uterqz auri solidi habebat simulacrum que Alexander perforari fecit et alio metallo repleri / Deinde uenit ad paludem siccam et ranosam / ubi occidit bestia nouum genus tergo ferrato uno capite similis ypotamo / pectora cocodrilli gerens alto capite duris munito dentibus / que uno impetu duos occidit milites / hastis transfigi non poterat / sed vix malleis communita est / ¶ Cum aut epulam uellet iuxta amnem buebath uenerunt elephantorum immensi greges / tunc Alexander iussit militibus thesaliis ut equos ascenderent / seruqz sues tollerent quorum mugitus elephantes timent / occisi sunt ergo de elephantibus ·980· quorum dentes detraxerunt macedones / seruqz tulerunt / ¶ Inde profecti uiderunt homines nudos tam in aquis quam terris uiuentes / tunc de pisce et austu aque tantummodo uegetati / longitudinis octo pedum toto corpore pilosos / quos ictifagos indi uocat / 15ª ·p·s· de intempie aeris orta et pietate

Cum in locis illis estiua Alexandri in milite senex fuissent fetoria et largi ignes accensi / repente euro flante / tabernacula euulsa sunt et quadrupeda urebantur / Alexander aut ortabatur milites dicens accidisse ex equinoctiali tempore non ex ira deorum / yeme iam urgente in octobri ¶ Cenantibus aut eis / nix in modum uellerum cadere incepit / quarum aggregationem timens Alexander ut milites eam calcarent precepit / que pene ignes extinxerant / iussitqz amplius ignes accendi / tunc aduertens Alexander macedonem militem nimio frigore stupefactum / ut ait valerius libro / de sede igitur propinqua siliens manibus suis in propria sede locauit / hoc milites interimes perierunt que in monito pestea dilapse sunt / deinde uise sunt nubes ardentes de celo tamquam faces descendere / totus qz uidebatur campus ardere / milites aut deorum iram esse dicebant / quia ausus fuerat Alexander herculi et liberi transgredi methas / 16ª ·p·s· de transitu ad arbores

Deinde uidit Alexander montes / solis et lune / theneseos in ethyopia / et antrum liberi in quod missi homines tercia die febribus mortui sunt / quia preter religionem dicebantur / et sine muneribus speluncam introisse / ¶ Post hec uidit homines pantherarum et tigridum pellibus contectos / apparuitqz loci antistes / decem pedibus statura altior / nigro corpore / caninis dentibus / auribus perforatis / ex quibus pendebant uniones et anuli / qui dixit Alexandro / si mundus esset a concubitu uenereo / licet ut intres locum sanctum / Imparauitqz Alexandro ut uestem anulos et calciamenta deponeret / Erat aut nemus intra pariete non magno hedificatum opere / opobalsamiqz cum optimo odore ex omnibus arborum ramis habundanter manabat / In medio autem luci due ille arbores cypressi similes / alte pedibus ·100· cumqz diceret Alexander frequentibus eas ymbribus tantum eas creuisse / affirmabat sacerdos numquam in illis locis fuisse pluuiam / uel feram uel auem uel serpentem / et quod in eclipsi solis uel lune cedem arbores uehementer florent / Erat aut arbor solis uirile robur / lune femineum / 17ª ·p·s· de responsio arborum ad Alexandrum

Cum autem Alexander sacrificare uellet / prohibuit sacerdos thus in ipso sacrario non licere / nec animal interfici / precepitqz ut prouolutus arborum truncis eas osularetur / et adoraret solem et lunam / ut uera ei tacent cuncta / in solis ergo ortu / quando solebat solis arbor loqui / tremente terra / indico sermone tenui sic / re- dit / inuicte bellis Alexander / unus eris orbis dominus / sed numquam amplius in patria non reuerteris / Vespere uero ad primum lune ortum / arbor lune dixit / Alexander iam plenum finem etatis habes / et sequenti anno mense maio in Babilone

morieris / et a quo nunc putas decipieris / ¶ homines illi opobalsamo uescuntur / et thure / riuo puro ex uicino monte potantur / sine cerimoniali strato in ferarum pellibus dormiunt / huiusqz contenti ·300· annis uiuunt / ¶ Iterum arbor solis dixit contra Alexandrum / si mortis tue insidiatores ut petis prodidero / cassarentur mihi tres sorores mee / non ferro quod suspicaris sed ueneno morieris / mater tua turpi et miserando exitu insepulta iacebit / sorores tue feliciter diu erunt / cane ne amplius nos sciscitaris / sed excede terminos luci nostri et ad fasiacem reuertere / ¶ Alexander quibusdam monstris pertransitis / uenit ad fasiacem insulam / ubi porum cum exercitu relinquerat / iubet duas pilas aureas solidas fieri / in quibus scripta omnia forent acta / in ultima india / ultra trophea herculis et liberi / ¶ Amisit aut in periculis Indie uiros circa 1050 / 18ª ·p·s· de iactantia et ambicione Alexandri

Cum rediret Alexander uictor orientis animos supra humana extollens / corinthii / ut seneca libro de beneficiis / per legatos illi gratulati sunt / Ciuitatem suam illi donantes / cumqz risisset Alexander hoc officii genus / ait unus ex legatis / numquam ciuitatem donauimus alii / quam tibi et herculi / et addit seneca / qui erat homo glorie deditus / cuius metas nec naturam nec modum nouerat / Idem aut in occeano misit gentes et insulas et bella ignoto mari gerere / ¶ hic anaxarcho / ex auctoritate democriti innumerabiles mundos asserente / heu inquit me miserum / quod nec uno quidem adhuc potitus sum / hic anarchus / ut ait tulianus in apologeticum / in exitu suo tamquam tipsana contunderetur / contunde aiebat anaxarchi folles / Anaxarcum enim non tundis / et valerius ait / quod cum a tyranno torqueretur / ait / de lingua sua / non est hec pars corporis tue iurisdictionis / abscissamqz dentibus et masticatam in os eius exspuit / Cum tunc socius ait / quidam

Scitharum

maximus natu / Alexandro dixit / Si dii habitum corporis tui auiditati animi tui parem esse uoluisset / orbis te non caperet / altera manu orientem / altera contingens occidentem / quod tu ignoras / Arbores magnas diu crescere / et una eradicari hora / stultus qui fructus earum non spectat / altitudinem non metitur / vide ne dum ad cacumen uenire contendis in ramis quos comprehenderis decidas / leo quoqz magnarum auium pabulum fuit / demqz si deus es tribuere mortalibus beneficia debes non sua eis eripere / si aut homo es / id quod es semper cogita / stultum est eorum meminisse propter que tui obliuiscaris / 19ª ·p·s· de eius reditu in babilone

Post hec Alexander hostio fluminis indi inuehitur ubi in memoriam rerum a se gestarum urbem barcem condidit / relicto uno ex amicis prefecto litoralibus indis / inde factus terrestre iter mouetur / ut primo sibi occurrente occideret / Asinarium igitur primo sibi obuiam factum occidi iubet / eo uero querente ut quod innores perciret / uidetur oraculi fore preceptum / At ille non me sed asinum sors morti destinauit / quo risu delectatus rex uile animal iussit occidi / Aristoteles quoqz ut ait agelius / tras misit dicens non recte eum fecisse / quod disciplinas que ad nature contemplationem spectant / quibus ab ipso eruditus foret / libris foras editis inuulgasset / Nam qua nunc te alia ceteris omnibus prestare poterimus / si ea que ex te accepimus omnibus prorsus fuerint communia / quippe ego doctrina aterre malim quam opulentiis / rendit aut aristoteles libros neqz esse editos / neque non editos / quia solum eis cognoscibiles / qui eos intelligerent /

Nam post Alexandrum amazones et biturios fecit / deinde babiloniam contendit / 20ª ·p·s· de occidentali plaga alexandro oblata / et dubio ingressu babilonis uinarum autem redeunti

·p·s· 20

· C. 48 ·

legatos Cartaginensium recreare quoque afflicte civitatum sed et Hispaniarum et Sicilie et Sardinie nonnullosque ex Ytalia adventum eius Babilonie expectare, adeo universum orbem nominis eius terror invaserat, ut cuncte gentes velut destinato sibi regi adularent. ¶ Festinanti igitur Babiloniam quidam ex magis dixit, ne Babiloniam introiret, locum ei fatalem asserens, ibi autem ab Anaxarcho philosopho compulsus est Magorum edicta contempnere, tamquam falsa et incerta, et si fato constant, ignota mortalibus, at si nature debeantur, immutabilia. Progressus autem est Babiloniam, indignatus igitur Chaldeos magos ait, nam mortalium hoc nomine pravam et sinistram dici potest, qui in suo quisque negocio cecior est quam in alieno.

21a pars de gestis eius in Babilonia

5.a p. de zenone. Crisipo. dyodoro. et carneade philosophis

Zenon stoycus moritur. Crisipus fuit princeps
stoycorum secundum Augustinum zenonis fuit illa sententia. sa-
pientem turbari non posse. sed ut racio eius prauos cedat
affectibus. dixitque nullum malum gloriosum. mors gloriosa est.
ergo mors malum non est. unde et manus sibi intulit. dixit
lactantius ut post mortem felicius uiueret. Crisipi autem fuit
illa sententia secundum Senecam epistola 9.a sapientem nulla re indigere. et
multis illi rebus opus esse. contra stulto nulla re opus est nulla
enim re scit bene uti. sed omnibus eget. idem 2.o de beneficiis dicit
Crisipum racionem beneficii eandem esse cum ludo pile que cursum
suum seruat. cum apte iactata et recepta est. de ipso ait lacta-
tius qui animam eternitatem suspiratus manus sibi intulit. quasi in
celum migraturus. De diodoro ait Ieronimus libro primo dialogi contra pella-
gianos. qui cum crisipo contencionem habuit. cum esset uiolentissimus dy-
alecticus Dyodorus enim id solum fieri posse dicebat quod sit uerum et
quicquid futurum est illud fieri necesse est. Crisipus uero et quod sit futura
posse fieri dicit. ut frangi habeat margaritam et si numquam futurum

horoscopicum dicitur ma-
thematicus qui horas inuestigans
hominum scrutatur.

[illegible]
Carneydes
Brenus gallorum dux

Hanibal senior

· C. 60 ·

sit; iste dyodorus socraticus dictus v. filias huius dyalecticas insignis pudicitie ut ait Ieronimus contra Iovinianum libro primo. De quibus Carneydes plenam scripsit ystoriam. ¶ De hoc Carneyde Valerius libro 8°. Carneydes 90 anno vivendi et philosophandi finem fecit. hic cum ad mensam sederet, cogitationibus inherens manum ad mensam ponere oblivisscebatur; sed melissa quam uxoris loco habebat dexteram suam necessariis adaptabat. Item cum cum Crisippo disputaturus elebore se purgabat. De herosistrato ait Valerius libro [...] quod cum antiochus seleuchi filius noverce infito amore correptus esset ab herosistrato medico sanatus est, quod pulsum eius modo vegeniorem, sentiens modo languidiorem, propter accessum et recessum noverce, id perindicavit, qui carissimam uxorem filio reddere non dubitavit. 6ª pars de breno.

Brenus gallorum dux audita gallorum ducis suorum victoria, quod belgio duce macedoniam vicerat, adunatis 150 milia peditum et xv milia equitum macedoniam irrumpens agros et villas depopulatur. cui cum occurrisset sostenes quod tunc regnabat, cum instructo exercitu pauci a pluribus trepidi a valentibus victi sunt, et antigonus rex a macedonibus revocatur. ¶ brenus autem cum iam sibi terrena spolia quasi sorderent, animum ad deorum templa convertit scurriliter iocatus, locupletes deos largiri hominibus oportere, statimque delphos adiit, ubi templum apollinis positum est in monte, templumque et civitatem munivit non muro sed precipitia. erat autem in templo multe statue, cum quadrigis solido auro fuse. Igitur gallorum vulgus, ubi primum vinum, ceterosque apparatus pro cura invenit, non minus habundantia quam victoria letum se per agros dispersit; per eorum opinione adventus eorum prohibiti sunt agrestes orarunt messes uvasque inutile erant in exercitu breni lecta 75 milia delphorum, sociorumque non nisi iiii milia gali pede cupidi sine ictu periculorum in bellum ruebant. delphi autem cedentes galos partim saxis partim armis in hoc certamine victorum templorum antistites prima pugnatum acie praecurrerunt, clamans se vidisse dissilientem in templum per culmina apta fastigia, iuvenem supra humanum modum insignis pulcritudinis, comitesque duas armatas virgines ex ii ing[enuis] dyane et minerve, et audisse se arcus stridorem et armorum strepitum, proinde ne cunctarentur diis hostes cedere quibus victoribus certatim omnes in pugnam prosiliunt, moxque terremotu, portio montis obrupta gallorum stravit exercitum, insecuta deinde tempestas est que grandine et frigore saucios ex vulneribus consumpsit. dux ipse dolorem sustinere non valens pugione vitam finivit. nemo ex tanto exercitu fuit ad memoriam tante cladis superfuit. ¶ Ad complementum ystorie est sciendum quod cum brenus in greciam profisisceretur, ad fines suos relinquit xv milia peditum, equitum vero iii milia quod fugatis grecorum ceterorumque copiis macedonie imminentes legatos ad antigonum regem miserunt quod pacem eis venalem offerret, quod sit castra regis speculaventur illi autem cernentes pro omnia in maius extollentes opes regis nocte aggredientes per insidias prius ordinatas a rege truncantur.
7ª pars de galogrecis et sempronii consulis victoria, contra picentes.

Alterius vero portionis gallorum tantus fuit nominis terror et armorum victa felicitas, ut aliter nec maiestatem suam tutam nec amissam recuperare nisi gallica virtute arbitraretur. Itaque residuum in auxilium Eumenis regis bithinie vocati, regnum cum eo pacta victoria diviserunt, eam regionem galogreciam vocaverunt. eo tempore Sempronius consul adversus picentes exercitum duxit, et cum directa vicina iactum teli utrasque acies constitisset, tantum terra contremuit, ut utrasque agmine pavefactum contremisset, tandem animo cursu inire certamen, triste adeo id bellum fuit,

- C. 60 -

ut merito diceretur terra tantum sanguinem susceptura esse tremuisse. Veniam et pauci evaserunt, victores fuerunt. pars 8.
8ª pars qualiter carthaginenses invadunt siciliam

Cartaginenses syracusam agressi nituntur syciliam occupare. Agathocles autem syracuse rex non valens eis resistere congregato exercitu in affricam transiit, et combusto navigio terram perdis et incendio fatigare cepit, contra hunc venit anon dux penorum cum xxx milia armatorum et cum ii milia mortuus est ex siculis nec duo sunt perere, agathocles ex hoc elatus carthaginem in circuitu populatur. ¶ habebat autem fratrem vocatum andro quod tenebat calabriam, hic cum magna parte nocte super cartaginenses ruit quod syracusam in circuitu vastaverat et debellavit eos, auditis in affrica hiis rumoribus qui cartaginensibus adheserat dimiserunt eos ex quibus multi adheserunt agathocles. similiter rex cyrenem afelax quem agathocles proditiose occidit et regnum ac thauros tenuit. ¶ Deinde cartaginenses ducem amilcarem cum penis agathocle de terra sua pellere conati, superati sunt et amilcarem in medio foro suspenderunt, hic vocatus est gisconis filius propter quem agathocles reliquit siciliam, fuit enim alter amilcar quod in sicilia prius fuit, que agathocles obsidens civitatem suam siracusam rogat ferre opem et illa militi misit presidium, et cum nec sic agathocles prevalet rogat amilcarem ut inter se et syracusanos pacem arbitrium suscipiat, et non solum pax reformatur sed agathocles pretor syracusis efficitur. tunc iiii milia aliorum senum hinc potentissimos quosque siracusanorum interfecit, militiam ordiat, ceteras civitates ordinat, superat, et penos socios consilio amilcare neget fede, propter ad cartaginem devoluta querela a senatu mandituo tacite condempnatur sed morte preventus est. ¶ Post hec agathocles cum suis pene omnibus advenire in linie tumultu omissus est, alii dicunt eum in sicilia redisse et a cunctis urbibus gloriose receptum fuisse, exercitum penorum de sicilia repulisse. ¶ Item in affricam reversus turbatum exercitum reperit, quod filius eius stipendia non dedisset, et tandem omisso eius filio ipse in siciliam redit, et cartaginenses post eum duces mittunt, cui quibus equus condicionibus composuit, et a se deficientes subegit. ¶ Inde exercitus cum epyro in ytaliam transiit. ¶ Sed interiectis paucis diebus toto corpore humore pestifero cassante obiit, cui nepos successit. ¶ 483. a condita urbe consulibus apio claudio et quinto fabio cartaginenses volentes sinus siciliam agressi sunt et hic origo magni odii inter Romanos et cartaginenses. ¶ Cum enim civitas messana ad consules Romanos misit quoniam cum penis cartaginem convenerat et aggregentum atque syracusam gravare volebat, Romani ne illic heant dominium spondent auxilium. ¶ Igitur Geranico appropinquat appius claudius et cum rege fedus inivit, eique et pondera argenti tulit. ¶ Exinde contra agregentum procerat, ubi penorum erat apparatus atque ditie sub principe suo anibale seniore et fecerunt cum circuit ligneis ageres in circuitu, succurrerit autem carthaginensibus hanon novus imperator, cum 1500 militibus et xxx milia peditum et elephantibus xxx. ¶ Exeuntes autem tunc penum extra civitatem facilis superati sunt et hano similiter et amisit xxx elephantes, anibal autem cum paucis fugit, et Romani capta civitate multos ceperunt captivos et vendiderunt in servos. 9ª pars de anibale et cornelio asina et

Anno philadelphi 20° anibal senior duilio consulibus oras ytalie maritimas instructa lxx navium classe vastaret, Romani et ipsi classem fabricam

pars 1.

pars 9.
origo primi belli punici

pars 10.

-C. 60-

atqz in strum preperunt, et in his dies postq̄ arbores cese sunt, 130 navium classis in portum deducta et anchoris stetit. Cornelius asina ꝯsul cum 17 navibus liparam insulam petit, ubi ad anibalem q̄si ad colloquium pacis vocatus punica fraude captus est. quod cum alter ꝯsul duilius quem ꝗ̃ appellat duellium cognovisset, cum 30 navibus adversus anibalem pfectus est, commisso navali prelio anibal amissa navi scapha subductus aufugit. 30. eius naves capte 13. merse sunt, iiij.m hominum occisa, et 3000 capta. cartaginenses aut anibalem recipere noluerunt sed loco eius posuerunt annonem et miserunt in sardiniam et corsicam ad quas occupandas venerant. Romani sub ꝯsulibus aquilo floro et lucio cornelio scipione et invenerunt et scipio interfecit annonem, et occupaverunt ambas insulas, duxeruntqz captivos multos et predam magnam. ¶ Tunc 3000 servorum aspiraverunt in destructionem urbis, ut eam igne et ferro vastaret et venerunt usqz ad .7000. sed negotia patefacta male perdit sunt ¶ post annum colatinus ꝯsul Romanos duxit in siciliam et in montibus unq locatos penis aggressi sunt, pressetqz Romanos, nisi calphurnius cum iiij.c 300 agilibus et audacibus ascenso tumulo molestasset penos donec transiunt exercitus, et cum omnes socii occisi fuissent calpurnius inter mortuos latuit. Romani aut non modicum diminuti neqq̄ pferierunt intentum ¶ postea stolo cartaginensium prefuit anibal senior, et cum iret in siciliam obviavit ei ꝯtatius ꝯsul in affricam tendens, et fugavit hoste. anibal in cartagine sibi iurgatus ab eis lapidatus est. fuit tunc attilius in siciliam f. 12. et destruxit duas insulas lipari et meliram ¶ mortuo rege syrie anthiocho socer filius eius anthiochus cognomine antheos regnavit,

/10.a p.s de bello regulis ꝯsulis, et duobus as drubalibus et anulcare/

Cartaginenses deinde bellum regulus sortitus est, cum manlio vinico, cum 330 navibus et in sicilia preperunt eis obviam anulcar penorum imperator, et cum eo hanon dux exercitus et per Romanos debellati amiserunt naves 63. Romani f. 11. vero ꝯtinuo in affricam transeuntes ceperunt clipeam civitatem inde affricam vastant postea versus cartaginem tendunt destructis castris 300. et amplius ¶ Tunc recessit manlius, predam et captivos Romam conducens usqz ad xxvij.m regulus aut versus cartaginem tendens procul a flumine bragda castra ꝯstituit, ubi serpens mire magnitudinis milites devorabat, cuius spine saxum non nisi balistis violare potuerunt. Corium eius romam deductum 120. pedes fuisse dicitur. regulus adversus tres imperatores asdrubales et aratum e sicilia, anulcare atrocissimum bellum gessit in quo cesa sunt cartaginensium 17.m capta v.m .viij. elephanti adducti oppida 82. in deditionem accepta. cartaginenses fracti bello pacem poscunt, sed auditis duris ꝯditionibus pacis maluit in armis perire. anulcar aut cum aliud bellum ab yspanis contra Romanos paret claz omnibus est.

/vj.a p.s de antiocho rege lacedemoniorum et captione Reguli/

Cartaginenses aut xantippum regem lacedemoniorum bello preferunt, cum multis auxiliis yspanorum et gallorum a galogrecia missorum. xantippus igitur in spertis penorum copiis, et in campum deductis longe in melius mutato apparatu pugnam cum Romanis ꝯmisit ubi xxx.m militum Romanorum prostrata sunt. Regulus ille dux nobilis cum 500 viris capitur, et in cathenis ponitur. anno x. belli punici. xantippus aut tam audacis facti ꝯscius rerum instabilium mutationem timens, illico ex affrica migravit in greciam. /vij.a pars de emilio paulo et fulvio consu

-C. 60.

libus, et ij.bus annonibus et Anulcare/

Emilius igitur paulus fulvius nobilior ꝯsul audita captivitate reguli et clade exercitus Romani f. 13 transire missi sunt in affricam cum classe ccc navium clipeam petunt, eo cum pari classe cartaginenses venerunt, nec differri potuit bellum 104 naves cartaginensium merse sunt, 30. cum pugnantibus capte et 35.m ex ipsis cesa sunt Romanorum naves 9 depresse, 1100 milites periere. Iterum apud clipeam commisso bello duos annones imperatores peni sunt, et 9000 peditum perdiderunt. Romana aut classis cum ad ytaliam predis onusta remearet, naufragio eversa est. 220. navibus submersis lxx vix abiectis oneribus liberatis ¶ Anulcar aut dux penorum numidiam mauritaniamqz punita, missus postq̄ hostiliter ceperatqz universos egit, qui regulum suscepisse dicerentur, et .m. talentis argenti et xx.m boum reliquos ꝯdempnavit ¶ Tercio anno servilius cepio, et sempronius blesus ꝯsules 260 navibus maritimam circa sirtes depopulati sunt et reversis civitatibus ingentem predam reduxerunt ad classem. In reditu vero 150 naves onerarias amiserunt cum preda, unde pres decreverunt ne amplius 60 navibus ad subsidium haberent ytalie, quod cito solutum est ¶ Cotta ꝯsul in sicilia plurimis bellis magnas strages ꝯtra penos et siculos per totam siciliam egit terra marique /13.a p.s de asdrubale et mira virtute reguli

et ꝯbusdam incidentibus/

Deinde asdrubal nomine cartaginensium imperator cum elephantibus 130, et equitum peditumqz plus q̄ xxx.m lilibeum venit ex affrica f. 12. et ꝯtinuo panormum cum metello ꝯsule pugnam ꝯmisit, o metellus magno usus ꝯsilio, primo bellias ut in mortem vel in fugam egit xx.m cartaginensium in eo bello cesa sunt 28. elephanti occisi et 104 capti, asdrubal cum paucis lilibeum fugit, atqz absens a penis dampnatus est ¶ post hec fessi tot malis cartaginenses ad pacem petendam a Romanis mittunt f. 12. et inter ceteros legatos regulum iam .5. annis captivum mittunt iuramento suis astrictum, qui si nitentium minime pegissent reditum ce cartaginem preceperit ille, atqz in senatu ꝯtraria persuasit qui arbitrabatur non utile Romane reipublice mutare captivos nec post hac persuasionem a suis ad hostes redire ꝯpulsus. Sed qui id iuraverat sponte ꝯplevit, quem reversum cartaginenses horrendis cruciatibus necaverunt, in ligno clavis undiqz ꝯfixum, de quo aut tullius marcum regulum nec erumnosum, nec infelicem nec unq̄ miserum reputavi, non eum magnitudo animi eius cruciabatur a penis, non gravitas, non fides, non constantia non ulla virtus, et cum corpus eius caperetur, ipse certe capi non potuit

/15.a p.s de alio regulo et Anibale

Mortuo Regulo cartaginenses anibalem anulcaris filium creant imperatorem annorum 20. virum audacem et neminem timentem ꝯstitute corporis et virium prestantem hic duos habebat fratres asdrubalem et magonem audaces et probos. tunc miserunt Romani sub malio vulso, et attilio regulo iiij legiones militum in navibus ductis, et pervenerunt lilibeum castrum in montem supra mare in sicilia fortissimum obsederuntqz castrum terra mariqz Anibal non de cartagine superavit magno navali bello. Romani aut dimissa obsidione illi obviaverunt et debellati sunt ¶ Tunc miserunt Romani sub ꝯsule claudio, 120 naves, et in vento anibale et commisso prelio, amiserunt Romani naves 80. milites 9000 et captiva- ti sunt xx.m Gaius vero alius ꝯsul naufragio perijt ¶ Ani- bal aut reparatis in sicilia navibus iterum vastavit ytaliam, et in affricam rediit ¶ Romani vero 300 naves mittunt sub lutatio ꝯsule, qui ad portum carpanensem applicuit, et in bello percussus est in coxa, et nisi a suis defensus cecidit qz ut 300

pontifex onias filius symonis iusti
ptholomei filius philadelphi

naues cartaginensium superueniret duce anone, luctatius autem licet uulneratus obuiam illi uadit ad insulas gades nocte itaque exercitatus in anchoris stetit et diluculo pugnauerunt, capte sunt carthaginensium naues 63. submerse 125. et capta xxxii milia hominum occisa xiiii milia. perire uero ex Romanis naues xii. ¶ Deinde luctatius processit ad ciuitatem erice, et occisis 2000. ciuitatem obtinuit atque destruxit. ¶ Tunc petentibus carthaginensibus Romani sub hiis pactis pacem dederunt, ut dimittant siciliam atque sardiniam dentque 3000 pondera argenti propter expensas et annuatim ... donec placuerit Romanis recipere, quas condiciones ordinauerat regulus ante captionem suam de pace tractaret, sed quia grauies uidebantur carthaginenses admittere noluerunt. ¶ Hec concordia facta est anno 23° post inchoatum bellum punicum, in quo quante principum et senatorum utrimque strages fuerint uix aliqua scriptura referre posset, ut dicit orosius. Quinto anno a condita urbe inundans tyberis omnia urbis hedificia in plano posita deleuit ¶ Tito sempronio graccho, gaio ualerio falcone consulibus xv milia faliscorum rebellantium occisa sunt. ¶ Eodem anno contra galos cisalpinos uaria sorte bellatum est, nam primo conflictu Romanorum ceciderunt 3400. et 2° 4000 galorum et 2000 capta sunt, sed ob priorem cladem triumphus consuli denegatus est. ¶ Tito manlio torquato Gaio attilio bubulco consulibus sardinia rebellauit uictoribus primis perius. instigantibus carthaginensibus uiolatoribus pacis inferre bellum Romani statuunt. ¶ Uno tamen anno porta Iani gemini clausa est a tempore nume usque ad augustum ut orosius per annos circiter vii quo anno Romanis bellum non fuit, sed ubra pacis fuit imago quam quies belli ac si ignis feruores stilla olei quis putet extinguere ¶ Anno ab urbe condita 519. legati Romanorum ab illiricis occisi sunt, cum quibus postea atrociter bellatum est, in quo multis oppidis deletis ceteri se fuluio postumio consulibus dederunt ¶ Deinde galis cisalpinis rebellantibus et aliis galis innatibus lucius emilius catulus Gaius atilius regulus consul cum viii milia obuiauerunt, et commisso apud aretium bello, atilius consul occisus et 80 milia romanorum. Postea in bello 2° xl milia galorum trucidata sunt ¶ Sequenti anno manlius torquatus et fuluius flaccus consules primi transpadum romanas duxere legiones et interfecta sunt galorum 33 milia sex capta et sequuta sunt prodigia, de quibus ca° 61 p. 2. ¶ Anno philadelphi 29. iudeorum pontifex onias filius symonis iusti consueta tributa philadelpho negauit et in iram compulit, sed Josephus iuuenis nobilis thobie filius et sororius onie legatus a Judeis mittitur qui capta regis familiaritate ob plurima obsequia dux Judee et regionum finitimarum constituitur, hic habuit filium yrcanum, cuius prudentiam probare uolens dedit ei 300 iuga boum sine loris, ex quibus ille duo tantum interfecit carnes comedit et lora habuit ¶ Ulla uirginum Romanarum in corruptione deprehensa punita est, uirgo uestalis Rome in stupro deprehensa laqueo uitam finiuit. 61. ca. de euergete filio et contemporaneis cuius primus pars de antigono rege macedonie

Ptholomeus iste filius philadelphi ab egiptiis euergetes dictus est quod ueneratores sonat, qui post uastatam syriam et siliciam et partem asye inter innumera spolia que cepit, etiam deos eorum cambises quos in persidem transuexerat reuexit ¶ Anthiocus theos rex syrie mortuo phyladelpho dimissa eius filia beronice reduxit laodicem in reginam, que timens ne aliquando mutaret propositum eum ueneno occidit, et regnauit filius ipsorum seleucus galinicus. ¶ Antigonus macedonie rex dum athenas impugnat, audiens quod alexander rex epyri in ultionem paterne cedis uastaret macedonie fines rediit, et ab exercitu derelictus uitam et regnum amisit cui successit demetrius filius eius qui cum alexandro congrediens eum epyri regno expoliauit quod tamen ille postea recuperauit. ¶ Seleucus autem ortante matre laodice, beronicen nouercam suam cum filio eius paruulo peremit, conturbans ex hoc ciuitatibus motus in syria illuc accessit frater eius euergetes rex egipti et in ultionem sororis beronice uastauit syriam. Audiens uero quod principes egipti contra eum conspirauerant rediit, multas predas portans et deos similiter. ¶ Deinde seleucus contra ciuitates que defecerant ingentem classem parauit sed de naufragio uix tandem euasit nudus, miseratione tamen que defecerant ciuitates se eius imperio restituunt. Postea contra euergetem seleucus exercitum ducit sed uictus in antiochiam fugit et auxilium anthioco fratri petit, oblata ei asya citra fines tauri montis in premium, hoc attendens euergetes cum seleuco pacem facit, cuius frater anthiocus conductis galis contra euergetem uictor fuit, gali putantes seleucum mortuum anthiocum extinguere querunt ut asiam possiderent. Ille auro se redimit, tunc eumenes rex bitinie cum ipse asyam inuadit, et maiorem partem asye tenet, superatus anthiocus cum fratre congressus et uictus ad socerum fugit capadocie regem, ubi intelligens sibi insidias parari ad euergetem hostem confugit qui eum arte custodiri iubet, sed deceptis custodibus fugiens a latronibus interficitur. Seleucus non amisso regno equo precipitatus moritur relicto ipso anthioco filio qui dictus est magnus ¶ Mortuo demetrio rege macedonum successit filius philippus adhuc paruulus cui datus est tutor antigonus qui accepta matre pueri in uxorem regnauit hic spartanos idest lacedemones superauit quos soli philippus et alexander magni arma contempserant, ac macedonum imperium uictu non fortunata magis tante animo ut nullus matrone saluti sue pre, nulla quippe maritum defunctum fleuerit aut pro filium, solum quod celabantur se pro libertate patrie non obisse, patentibus domibus omnes excipiebat, curabat uulnera, lassos reficiebat. Cleomenes autem rex ad euergetem fugit et ita quieuit antigonus dicentes se odium ad regem non ad spartanos habuisse. Anthigonus apud macedones regnat de quo seneca 2° libro de beneficiis, ab antigono cinicus petiit talentum, respondit antigonus plus esse quam cinicus petere deberet. repulsus petiit denarium, et respondit minus esse quam regem dare deceret. turpissima huius cauillatio inuenit quomodo neutrum daret, cum posset denarium tamquam cinico dare et talentum tamquam rex. Hunc dicit Justinus lacedemones expugnasse. 2a pars de prodigiis 2i belli punici precedentibus, et anibale et quibusdam euentibus

ANno euergetis 22° secundum bellum punicum surrexit, quod multa prodigia precesserunt, inter cetera, in sicilia duo scuta sanguinem sudasse uisa sunt et in orbem messores(?) cruentas spicas cecidisse. Cerites aquas sanguine mixtas fluxisse, et bos dixit Caue tibi Roma, cui alludit illud augustinus 3° de ciuitate dei. omitto boues esse locutos etc. Cum ergo cartago mente tractaret quod regis et regibus et insulis dominari soleret dedignata subiectorum tributum negauit Romanis ¶ Cum uero anibal penorum imperator saguntum florentissimam yspanorum ciuitatem obsedit et fame cruciatam viii° mense deleuit, de qua augustinus 3° de ciuitate dei. ne captiua ueniret in manibus anibalis ingentem rogum publice struxit, in quem ardentem ferro etiam trucidatos omnes se suosque miserunt. ¶ Anibal autem legatos Romanos ad se missos [illegible] et a conspectu suo abstinuit. ¶ Colossus apud rodum ymago erea fusit 126. pedum que inter vii mundi miracula ceteris ponitur terremotu

61. p. 2.
63. p. 4
61. p. 2.
61. p. 2.
3780.
16.
60. p. 1.
60. p. 10.
72. p. 4
2m bellum punicum
62. p. 4.

Symeon onie filius Judeorum pontifex
Jhesus filius Syrach [illegible] librum ecclesiasticum composuit

rum. Ascendebat autem interius ab ymo usque ad caput galeorum ferme xl^ta cesa sunt. Licet summo victoriam habuerunt ex toris. Judeorum pontifex Symon onie filius, sub quo Jhesus filius Sirach nepos Jhesu sacerdotis magni Sapientie librum composuit, id est ecclesiasticum, que panetheton notatur quasi totum virtuosum. Census tercetur a catone censore romam translatus pro virtute ingenii erat et vinis ancille ministerio. 62^us ca^us de philopatore et filiis [illegible] anthioco magno rege [illegible] seleuco et anthioco [illegible]

Ptholomeus philopator euergetis filius ei successit. Huic vicit anthiocus magnus rex syrie et iudeam sibi subiugavit. Philopator enim regno paricidio pro luxurie deditus etiam effeminavit exercitum, gratiis tamen ab anthioco conuicto in grecias exercitu anthiocum et regno privasset, sed ingenii recuperasse amissa et pacificatus ad ocia et luxuriam rediens [illegible] coniuge eademque sorore agathocle meretricis fruebatur illecebris. Pontifex Judeorum fuit onias magnus simonis filius, ad quem pro repetendo federe quod legerat fuisse inter abraam et maiores suos, lacedemoniorum rex darius legatos misit. Machab. 12. Porro anthiocus tributa septi annis que philadelphus relaxaverat Judeis revocavit. Qui dum finitimas regiones suas invadunt vastaret, delata est res ad romanos, et missi sunt ad eum scipio nasica et scipio affricanus et ab infestatione sub religione iusiurandi amoverunt eum. Insuper tulerunt ab eo obsidem filium eius seleucum, quem [illegible] tempore ab eis dedit filium minorem antiochum epiphanem ut esset obses pro fratre eius anthioco seniorem. Occisus est anthiocus in fide in phano nanee et membratim cesus a sacerdotibus quem in dolo premiserat ei thauros. Machab. 10. 2^us pe de cursu Anibal in ytalia et eius bello et Scipionis victoria in Affrica.

Anibal relicto Asdrubale fratre in yspania pyreneos montes transgressus inter galorum ferocissimas gentes 9 die ad alpes pervenit, montanosque galos repellentes eum superans vias rupes in montibus a penninis ubi dicitur mons Jovis igne ferroque aperuit, ubi quatriduum commoratus quinto die cum magno labore ad ytalie plana pervenit. Habuit in exercitu 120^a peditum, equitum xx^a. Tantum erat ei innatum odium contra romanos ut cum 9 esset annorum significare volens quanto odio dissideret roma et cartago pede suscitans pulverem ait: tunc finem belli fore cum pars pulveris in solo [illegible] convenisset. Primum occurrit ei scipio consulque bellum apud ticinum, ubi graviter vulneratus est, sed per filium scipionem qui postea dictus est affricanus liberatus est a morte. Cesus est ibi pene omnis romanus exercitus. 2^o pugnatum est eodem consule ad flumen treviam, iterumque romani pari clade superati sunt. 3^o Sempronius consul cognito collega casu a sicilia cum exercitu rediit et in eodem loco congressus pene omni amisso exercitu solus evasit. Ibi tamen anibal sauciatus est, et cum versus etruriam procederet in summo a pennino tempestate correptus est, triduo cum exercitu in nivibus conclusus obriguit, ubi homines multi et iumenta et elephanti frigoris acerbitate perierunt. Hoc tempore alter scipio frater consulis scipionis plurima bella in yspania gessit, magonemque penorum ducem cepit. 4^o Anibal sciens flaminium consulem in castris esse, quo celerius imparatum obrueret, primo vere aggressus est propiorem viam sed palustrem, ubi propter nebulas prospectum auferentes magnam partem sociorum et animalium amisit. Ipse autem uni elephanto qui solus superarat insidens vix difficultatem itineris evasit, sed tamen oculum quo iam diu egrotaverat amisit. Ubi

vero proximus fuit castris flaminii vastatione locorum adiacentium eum in bellum excitavit, ubi romanus exercitus arte anibalis circumventus funditus trucidatus est, ibique consul occisus cum 25^m romanorum v^o iuxta ad trasimenum lacum; de exercitu anibal 2000 ceciderunt. In hoc certamine ita intentus fuit ardor pugnantium ut gravissimum terremotum qui civitates et montes concussit bellatores non senserint. 3^us pe de aliis etiam anibalis victoriis et eius summa elatione.

Quinto contra anibalem mittuntur lucius emilius paulus et publius terrentius varro consules. Licet fabii maximi dictatoris interim medium fuit qui impetum anibal cunctando tardavit, ait orosius. In pariter autem varronis apud cannas apulee vicus pene romane spei vires defecerunt. 40^m romanorum eo bello cesa sunt. Periit emilius paulus, consulares et pretorii viri 20, senatores vel capti vel occisi 30, nobiles viri 300 [illegible]. De exercitu anibal magna pars cesa sunt. Varro cum 50 equitibus venusium fugit. Anibal in testimonium victorie tres modios anulorum aureorum quos e manibus equitum romanorum et senatorum detraxerat carthaginem misit. Romani territi, inito consilio de relinquenda ytalia, auctore cecilio metello urbe diffugiebant, nisi scipio postea affricanus tribunus militum et armis prohibuisset. Ex hiis anibal tantum elatus est, ut nec quemquam suorum in castris admitteret, nec cuiquam illi nisi per interpretem responsum dederit. Tunc deficiente erario, sicut ait Augustinus 3^o de ci. dei, ut in usus publicos opes venere private, adeo unusquisque quod habebat conferret, ut preter singulos anulos aureos singulasque bullas nichil sibi aut filiis senatus ipse relinqueret. Tunc etiam creato dictatore decio Junio servos spectati roboris vel oblatos vel si opus fuit publico precio emptos astringunt militie sacro, arma que deerant a templis detrahentes, omnium miserie ad vix attendit. Orosius ait quod decimus et legiones undecumque contraxit, pudor erat romanorum [illegible] militum, ubi [illegible] preter servum vel sceleratum vel debitis obligatum indulta venia [illegible] pene senatus nomina videbatur. Hispania vel potius tota ytalia desperata, romanum statum recuperatione ad anibalem defecit.

Post hec lucius postumius pretor adversus galos pugnare missus cesus est. Deinde sempronio graco quinto fabio maximo consule, claudius marcellus ex pretore proconsul designatus 6^o anibalis exercitum prelio fudit et anibalem superari posse ostendit. Scipiones autem in yspania asdrubalem penorum imperatorem ad ytaliam exercitum deducentem, ait orosius, gravissimo bello presserunt, cesis vel captis xxxv^m militum. Celtiberos milites qui plurimam exterarum manum romani in castris habere ceperunt, prius ab hostium societate retraxere. Sempronius gracus ab hospite suo lucano quodam in insidias ductus occisus est. 7^us Centenius penula centurio decerni sibi id bellum adversus anibalem petiit, a quo cum 8000 militum cesus est. Post hunc gneus fulvius pretor ab anibale victus amisso exercitu vix evasit. 8^o Anno postquam anibal in ytaliam venerat, anno primo de campania movit exercitum et tribus miliariis ab urbe consedit, senatu populoque trepido, matronis per propugnacula currentibus [illegible] in muris pugnare gestientibus. Ipse cum expeditis equitibus usque ad portam colinam processit, sed et consules non detrectantes pugnam in conspectu [illegible] roma erat, quasi victorie premium se tantum se prebet subito grandine immixtus infudit ut turbata agmina vix armis retentis in sua se castra colligerent. 9^o reddita serenitate cum in campum vero processisset, [illegible] terror infusa tempestas maiori metu mortalium audacia cohercuit et conversus in religionem anibal dixisse fertur potiunde

sibi comune suo voluntatem dari non potestatem. *Capitulum de morte duorum Scipionum et successione Affricani eiusque moribus et victoria.*

Q Ualiter in Yspania ambo Sipiones a fratre Anibalis interfecti sunt, mittitur illuc Sipio dictus postea Affricanus, ad modum adolescens, qui mox in ultionem patris et patrui animum tendens, primo imperii Cartaginensium Novam, que est in Yspania, cepit, ubi stipendia magna, presidia valida, copie auri argentique magne habebantur penorum; ibi etiam Magonem cepit et cum aliis captivis Romam misit. Hic Sipio solutoris vite primos annos adolescentie egit, remotos tamen a luxurie crimine. Hic secundum Valerium libro 4°, annum 24 agens, cum inter ceteros obsides in Cartagine eximie forme virginem etatis adulte invenisset, celeber et victor, postquam comperit illustri loco natam et nobilissimo illius gentis natam desponsatam, accersitis parentibus eius et sponso inviolatam tradidit, aurumque pro redemptione puelle allatum summe dotis adiecit. Dicere autem solitus erat turpe esse in re militari dicere: non putassem, quia explorato et excusso consilio que aguntur administrari oportet; remediabit enim errorem qui violentie maxime committitur. Cum in senatu contenderetur de duobus quis eorum ad Yspaniam mitti deberet, ambobus exceptantibus, quo huius Sipionis sententia flecteretur: neutrum inquit michi mitti placet, quia alter nichil habet, alteri nichil satis est, eque malum imperii inopiam magistratus et avaritiam indicans; sicque ut neuter mitteretur obtinuit. *Capitulum de subiectione Sicilie a Valerio Levino, Anone superato, et feliciter Anibale bello et victoria Scipionis.*

V Alerius Levinus consul ex Macedonia rediens Agrigentinam urbem Sicilie expugnavit, ibique Anonem Affrorum ducem cepit; 40 civitates in deditionem accepit, 27 expugnavit. Anibal Gneum Fulvium proconsulem et 11 tribunos et 17 milia militum interfecit. Marcellus autem consul triduo cum Anibale dimicavit; primo die pari pugna discessum est, sequenti victus consul, tertio victor 8000 hostium interfecit, et Anibalem cum exercitu intra castra fugere compulit. Fabius Maximus consul Tarentum, quia a Romanis recesserat, cepit, et Cartalonem ducem et 30000 hominum vendidit, et pretium in fiscum retulit; ibidemque ingentes copias Anibalis recepit. Sequenti anno idem Marcellus ab Anibale cum exercitu destructus est. Sipio in Yspania Asdrubalem penorum ducem vicit, 80 civitates sue ditioni subiecit, Affros cum corona vendidit, Yspanos sine pretio dimisit. Tandem tota Yspania subacta Romanis, ad urbem rediit et consul creatus cum Licinio Crasso in Affricam transiit. Anonem Amilcaris filium ducem penorum interfecit, exercitumque eius partim cede, partim captivitate dissipavit. Pro quo peni eo bello cesserunt. Sempronius consul cum Anibale congressus et victus Romam refugit. *Capitulum de victoria Scipionis contra Asdrubalem et Sifacem et revocatione Anibalis et captione Carthaginis.*

P Ost hec Sipio Affricanus penorum atque Numidarum castra nocte incendit, peni trepidi cum casu ignem accidisse putarent, inhermes ad extinctionem currebant. Unde facile ab armatis oppressi sunt; in utrisque castris 40 milia hominum igne ferroque consumpta, 5 milia capta. Duces ipsi vix effugerunt. Asdrubal imperator Cartaginensium rediit profugus. Siphax autem plurimo reparato exercitu iterum congressus et victus fugit, quem fugientem Lelius et Massinissa ceperunt. Ceteram multitudinem Certam confugit, quam Massinissa expugnatam in deditionem cepit. Dicit autem Valerius quod Massinissa rex, pacis fidei pectoribus hominum reponens, tamen custodia vallavit. Adduxit autem ad Sipionem Siphacem, quem Sipio cum ingentibus spoliis perducendum Romam Lelio tradidit. Idem qui rex effectus beneficio Scipionis, inclite munerum memoriam usque ad vite finem perduxit, adeo ut non solum Affricanum sed etiam ceteros sequentes Cornelie familie et domus quam sibimet

si superesset ille cum gravi Carthaginensium bello premeretur, ac imperio tutele imperii sui sufficeret, tamen Scipioni Emiliano, qui nepos Affricani erat, prompta mente tradidit magnam partem exercitus, et cum etate iam deficeret, magnorum regni opes et 44 filios relinquens, uxori liberisque precepit ut cum unum in terris populum Romanum, unamque in populo domum Scipionis domum nossent. Integra omnia Emiliano reservaret, eique dividendi regni arbitrium haberent; sequeretur quod ipse ad certissimum animum extendit. Asdrubal autem mandatis receptis fratris iniqui cum magno Yspanorum Gallorumque auxilio sed a Romano exercitu fugientes in proprio exercitu interficitur, eiusque caput ad Anibalis castra piectum est. Iuvencius belli cuneus fuit elephantibus magne Romanorum acie perturbantibus, qui a militibus Romanis omissi sunt quos a volitando velites vocant, quod genus milicie paulo ante ceptum fuerat, ut electi agilitate iuvenes cum armis suis post terga equitum sederent et mox cum ad hostes venissent, equos desilirent, et continuo ex alia parte equitibus, per quos advecti fuerant, dimicantibus hostes perturbaret. Ab his igitur velitibus elephanti retroacti cum regi iam a suis non possent, fabrili scalpro inter aures adacto necabantur; id genus occidende cum oportet beste Asdrubal primus invenit. Fuit hoc bellum penes Metaurum flumen, ubi Trasumenus lacus et Cesana civitas. 57 milia de exercitu Asdrubalis occisa sunt, 5 milia 400 capta, et autem quatuor Romanorum inter eos recepta, quod Romanis consulibus solatio fuit. De eorum exercitu 8000 ceciderat. Anibal huius rei cognitus anno 14 postquam Ytaliam intraverat refugit in Brucios. Post hec anno continuo inter Anibalem et Romanos quievit bellicus tumultus, utroque exercitu pestilentia correpto. Anibal autem Cartaginenses revocatus ut subveniret fessis Cartaginensibus flens reliquit Ytaliam 16° anno postquam illuc venerat, omnibus Ytalicis militibus eius consequentibus interfectis, et Cartaginem veniens cum Scipione colloquium petiit, ubi cum se diu attoniti admiratione mutua duces clarissimi conspexissent, infecto pacis negotio commissum est prelium, quod diu magno ducum actibus dispositum, et ortu militum copiis gestum, ac viribus consumatum. 20 milia ex Cartaginensium interfecta sunt, 300 ibi elephantes vel capti vel occisi. Anibal de tumultu vix cum 4 militibus Cartaginem venit, consultantique senatui ultimam esse residuam spem nisi in petenda pace persuasit. Itaque Cartaginensibus pax per Scipionem voluntate senatus ut pro quibus concessa est, naves tamen plures quam 500 in altum reducte in conspectu Cartaginis incense sunt. Scipio iam cognomento Affricanus triumphans urbem ingressus est, quem Terentius ex nobilibus Cartaginensium post currum secutus est pileatus in signum indulte sibi libertatis; et finitum est secundum bellum punicum, quod inchoatum fuit anno a condita urbe 535, quod gestum est annis 17. Eodem anno Amilcar qui in Ytalia manserat, concitatis urbibus Cremona vastatis atque Placentiam difficili bello a Lucio Fulvio superatur. Sempronius Tuditanus in Yspania citeriore bello oppressus cum omni exercitu Romano interfectus est. Consul Marcellus in Etruria ab aliis oppressus magnam partem exercitus perdidit, cum fuerit alter consul acceders gentem Ianuorum ad nichilum quasi delevit. *Capitulum de lacrimis Marci Marcelli super Syracusam et de Archimede philosopho.*

E Gregius autem Romani nominis Marcus Marcellus Syracusas capiens, fertur eam prius flevisse ruituram, et an eius sanguinem suas lacrimas effudisse. Gessit enim civitati Syracusane in hoste servande edicto constitueris sursum quem oppidum victor invisisset iniadi, ne quis corpus liberum

Archimedes ingeniosus philosophus interfectus
qui circuli quadraturam invenit
Ptholomeus epyphanes

violaret. Prius civitatem expugnaverat, sed Archimedis Siracusani mirabili ingenio repulsus est. Hic circuli quadraturam invenit. Huius multa prudentia delectatus Marcellus, ut eius capiti parceretur precepit. At is dum animo totus in terram defixus figuras describeret, militi qui subito super irruit gladio quis nam esset interrogabat, propter nimiam cupiditatem investigandi requirenti nomen suum dicere non potuit, sed protento manibus pulvere noli inquit obsecro istud disturbare. Qui mox quasi negligens imperium victoris obtruncatus sanguine suo lineamenta confudit.

63m ca. de Epyphane et sibi contemporaneis, cuius 1a pars de divisione Iudee

Ptholomeus Epiphanes post eum (omnia in Egipto templi hereditate) regnavit. Dum adhuc esset V annorum, tunc Anthiocus magnus rex Syrie occupare regnum Egipti statuit, et cum Feniciem et ceteras Syrie quasdam sed iuris Egipti civitates invasisset, Alexandrini legatos ad Romanos mittunt, orantes ut tutelam pupilli susciperent, quia eius regnum Phylippus et Anthiocus iam inter se diviserant. Grata fuit Romanis legatio causam belli adversus Phylippum querentibus. Mittuntur legati qui Phylippo et Anthioco denuncient ut a regno Egipti abstineant. Mittitur et Marcus Lepidus qui pro pupillo regnum administret. Dum hec aguntur, legati Attali regis et Rodiorum Romam veniunt conquerentes de Phylippi regis iniuriis, nec multo post fiducia Romanorum tota Grecia spe pristine libertatis Phylippo bellum intulit. Pugnantibus autem regibus Syrie et Egipti, Iudea in medio posita in contraria studia scindebatur, ut Ieronimus super Daniel. Alii Anthioco, alii Ptholomeo favebant. Denique Onias sacerdos assumptis Iudeorum plurimis in Egiptum fugit, et a Ptholomeo honorifice susceptus est, et accepit regionem Eliopoleos, et concedente rege templum construxit, simile templo Iudeorum, quod permansit usque ad tempora Vespasiani. Eo tempore et Cirene multitudine Iudeorum repleta est. Cum autem Anthiocus teneret Iudeam, Scopas dux exercitus Ptholomei Iudeam accepit et plurimas civitates, et post expugnatum Anthiocum Scopam adducens in Egiptum reversus est. Postea Anthiocus Scopa in gentes fontes Iordanis fugavit; veniens autem Anthiocus in Ierusalem honorifice susceptus est, et expugnato Scope presidio in arce Ierosolimorum eos qui partium eius erant persecutus est, recognita Iudeorum erga se voluntate, magnis eos dotavit muneribus. Denique Anthiocus Ptholomeo Epiphani Cleopatram filiam suam concessit in uxorem, deditque dotis nomine Feniciam, Samariam et Iudeam.

2a pars de bello Macedonico et libertate Grecie

Finito bello Punico mox Macedonicum secutum est, post Cartaginem neminem iam pertimuit a Romanis. Causa belli fuit confederatio in Ytalia cum Anibale. Phylippus rex Macedonum ei confederatus est, et legationes misse superius patent. Intulit autem eum rex Illiriorum Demetrius victus a Paulo Romanorum consule, irritans Romanos spe implebat, totum orbem appetere velle, non contentos Sicilie, Sardinie, Hyspanie et Affrice imperio, et sibi non alias ob causam illatum bellum, quam quia rex Ytalie finitimus ipse, quia desideret, quam iam sua res agitur. Proximi itaque pavens ardet ille persuasus classem parat ut in Ytaliam traiceret. Consequenter autem Athenienses, tota regio iniurias Romanorum implorat auxilium. Tunc ille ultra ius victorie templa aras et sepulcra ipsa sevireret. Iam eum gentium reges diversarum nationes presidium postulabant ab urbe. Primo quidem Levinio consule patres Romanus Ionium mare ingressus tota Grecie litora triumphando pugnavit. Aderat sponte in auxilium Atalus rex Pergamenorum et Rodi nauticis patres, iste a mari, a terra vero consul omnia quatiebat. Bis victus rex bisque fugatus est. Multo terribilis fuit Macedonibus ipso

vulnerum aspectu, qui ultra mortem patebatur. Post multa bella Quintus Flaminius consul Phylippo pacem dedit, regnumque concessit, et Grecie veterem statum reddidit, ut suis legibus viveret. Eo Grecie urbes et libertate donate fuerunt. Certatum fata fuere gaudia et vociferationes, ut aves attonite paventesque caderent. Romani captivi qui sub Anibale venditi fuerant, recuperati capitibus rasis ob desertam servitutem currum triumphantis secuti sunt. Accepit autem Grecorum obsides currum precedebat. Offensi autem Etholi quod relicta Phylippo esset Macedonia, et non potius sibi data in premium belli, legatos ad Anthiocum mittunt, qui eum adulatione magnitudinis in Romanum bellum spe societatis universe Grecie impelleret. Eo tempore matrone Romanorum domum ause sunt obsidere contra legem Oppiam, que cavebat quod eis nec vestem variis coloribus, nec auri plus semiuncia, nec iuncto vehiculo propius urbem quam passus mille nisi sacrificii gratia vehi permittebat, et quidem obtinuerunt ut lex per 20 annos observatam aboleretur. Apud Mediolanum XXXV Gallorum cesa sunt, sequenti anno XXXV Romanorum vero IIIIm. Porcius Cato in Hyspania citeriore pene omnem amisit exercitum. Marcus Fulvius pretor Celtiberos cum finitimis gentibus vicit, reges eorum cepit. Minucius a Liguribus in extremum periculum adductus est, et insidiis hostium circumventus, vix Numidarum equitum industria liberatus est.

3a pars de bello Syriaco et morte Anibalis

Quemadmodum ab Affricano bello in Europam sic ab Europa in Asiam causis se offerentibus Romanum se expandit imperium. Eo bello nullum aliud formidolosius fuit, quippe cum Persas et orientem, Xerxem atque Darium cogitaret, quando perfossi fuerint inviti montes, etiam velis opertum mare. Nec sane tam armis ac opibus quamquam copiosus, sed et celestes minie (?) agitabant, nam Romanus a populo continuo sudabat humore. Hic fame ter Asie sine numinis timor erat, sed in manus tamen ignaviam regis inciderat, ut nichil fuit Anthioco speciosius quam victi Romanis victoribus. Impulere regem in id bellum Thoas Etholie princeps, honoratam apud Romanos Grecis adversus Macedones militie sue societatem. Hic Anibal qui in Affrica victus profugus et pacis impatiens hostem rei publice toto orbe querebat ad Anthiocum amicitie directis. Iam emuli eum apud Anthiocum criminabantur cum Romanis iniisse societatem, negantes eum sub alio posse vivere assuetum imperio et tedio quietis semper novas belli causas inquirere. Anibal vero repente suspectus defossis thesauris et servorum multitudine ad Anthiocum directus, qui decorum minus avide receptus est. Tunc Publius Romanis ad Anthiocum sub specie legationis mittitur, expectens qui regis apparatum speculaturetur et Anibalem cum Romanis mitigarent, aut assiduo colloquio suspectum regi facerent. Igitur dum responsum expectat, assidue circa Anibalem fuere asserentes eum timide a patria recessisse, et factam a Romanis pacem non tam cum re publica quam cum ipso, quoque cum Romanis non tam odio quam patrie amore gessisse, res etiam per eum gestas extollunt. Ille sermonibus delectatus cum legatis audiens loquebatur, ignorans se odium regis latenter incurrere, ut iam nunquam ad consilia vocaretur. Fuit autem legatio ut Asie terminus esset contentus, ne Romanos ingrediendi Asiam necessitatem imponeret, qua spreta, se non suscepturum bellum sed illaturum ait. Cum autem frequenter de bello absente Anibale tractaret, postremo eum vocari iubet, ne ex toto spernisse videretur. Ille nichil consiliorum ut ceterorum comprobavit, nec sedem belli Greciam sibi placere, asserens Romanos non nisi suis armis vinci posse, nec Ytaliam aliter quam suis viribus et foris victos esse, domi fragiles. Quippe a Gallis captos et a se pene deletos fuisse. Huic sine detrahebat regis animi, necessitate non consilium, sed ne primum apud regem locum gratie occuparet. Anthiocus autem non tam consilium quam auctorem displicebat, ne Anibalis et non sua fieret victorie gloria. Romani summa industria belli necessaria parant.

Hanibal veneno interijt
Seleucus filius Anthiochi pessimus
Omias tunc erat pontifex iudeorum
Eliodorus mittitur [illegible] ad spoliandum erarium
et acriter flagellatur

entes lampades suas exierunt obuiam sponso et sponse / p
virgines hic intelligunt / qui unius dei noticiam habe
nt mens eorum ydolatria constupratur· secundum Jeronimum / oleum aut
habet ornamenter fidem operibus / vel oleum est opus misericordie
per quod in die iudicii audient / venite / et ex eis de fu
turis· i· p· 17· possumus quinque virgines / quinque sensibus in
terpretari / quibus alii festinant ad celestia alii terrenis
fetibus inhiantes / fomenta non habent veritatis quibus sua
corpora illuminet / de visu auditu et tactu spirituale dicitur
est / quod vidimus quod audiuimus et manus nostre contrecta
uerunt / de verbo vite de gustu gustate et videte quoniam
suauis est dominus / de odoratu / in odore unguentorum
tuorum currimus / ¶ Vel secundum Augustinum quinque virgines vide
tur significare quinquepertitam continentiam oculorum aurium olfa
ciendi gustandi tangendi / quae continentia quia partim sit coram deo

ut illi placeant interiori gaudio conscientie partim coram hominibus
ad gloriam humanam / quinque dicuntur sapientes et quinque stulte
utrumque tamen uirgines propter continentiam unde sequitur quinque
ex eis erant fatue et quinque prudentes / sed quinque fatue
acceptis lampadibus suis non sumpserunt oleum secum /
prudentes uero acceperunt oleum in uasis suis cum
lampadibus / uasa sunt corda / lampades opera / oleum uitor
glorie / uel intentio recta ad deum que proprie pertinet
ad prudentiam / quia prudentia est directiua humanorum
actuum in finem / et quia fatuitas contrarium prudentie / ideo
qui non ordinant operationes in deum / sed ad gloriam uel que-
stum / fatui sunt / moram autem facie(n)te sponso dormitauerunt
omnes et dormierunt / moram facit est tempus presentis uite
usque ad secundum aduentum / dormitare est in infirmitatibus
ante mortem languescere / dormire est mori / media au-
tem nocte clamor factus est / ecce sponsus uenit exite ob-
uiam ei / i(d est) improuise clamor erit uox tube surgite mor-
tui / tunc surrexerunt omnes uirgines ille bone et ma-
le / et ornauerunt lampades suas / hoc est ad mentem re-
duxerunt / et de iusticia operum et bonitate circumstantiarum cogi-
tauerunt / fatue autem sapientibus dixerunt date nobis de
oleo uestro / quia lampades nostre extinguuntur / quorum fama fulc-
itur aliena laude / eadem subtracta deficiunt / date no(bis) de
uestro i(d est) glorie uestre / Responderunt prudentes dicentes / ne forte
non sufficiat nobis et uobis / ite potius ad uendentes
et emite uobis / non enim poterunt in die iudicii aliqui
iuuari aliorum uita sublevare / uendentes oleum sunt
adulatores / non ergo consilium datur sed tamen commemoratio
secundum Augustinum / ysa(ias) popule meus qui te beatum dicunt ipsi te decipiunt
dum autem irent emere uenit sponsus et que parate erant / in-
trauerunt cum eo ad nuptias et clausa est ianua / non enim
hic deus / quia nouam opera uadit comparare / sed tempus preteritorum ex-
soluere / nouissime uenerunt et relique uirgines dicen-
tes / domine domine aperi nobis / et regula domini exceptio / in iudicium
fidei est / sed nil prodest uocare / quem negauit opere / At ille
respondens ait amen amen dico uobis nescio uos / illic non
audietur a deo qui hic diuina non uult audire precepta
uigilate itaque quia nescitis diem neque horam ¶ Remigius
ad Romanos dicit / Sicut enim homo peregre proficiscens uocauit
seruos suos et tradidit illis bona sua / et uni dedit quinque
talenta alii autem duo / alii uero unum / unicuique secundum propriam
uirtutem Io. et Greg. in quinque talentis exprimitur exterior
sua / extimatione quinque sensuum acquisita in duobus / in-
tellectus et operatio / uno signatur intellectus / ecce donorum dei
unio / nec aliis pro diuersitate accipientium nisi licet dum
dedit perfectus sit in eo quia arbitrio suo liberum potestatem
operandi relinquit / ipse paratus tamen dare per uoluntatem gratie
promouere / Abiit autem qui quinque talenta acceperat / et opera-
tus est in eis et lucratus est alia quinque / similiter et qui duo
acceperat lucratus est alia duo / primus accumulant et
celestium noticiam ex creaturis / intelligens creatorem
secundus superduplicant qui ad misticum intellectum peruenit
qui autem unum acceperat abiens fodit in terram et abscondit
pecuniam domini sui / talentum in terra abscondere est cor numquam
a terrenis eleuare / post multum uero temporis uenit dominus ser-
uorum illorum et posuit rationem cum eis et accedens qui quinque
talenta acceperat obtulit alia quinque talenta / dixit domine
quinque talenta tradidisti mihi ecce alia quinque superlucra-
tus sum / ait illi dominus eius / Euge / hoc est bene / et congratu-
latio blandientis / serue bone et fidelis quia super pauca fu-

isti fidelis super multa te constituam / intra in gaudium domini
tui / id est totus gaudio perfruaris / accessit autem et qui
duo talenta acceperat / et ait domine duo talenta tradi-
disti mihi / ecce alia duo superlucratus sum / ait illi dominus
eius Euge serue bone et fidelis etc. / Accedens autem qui unum
talentum acceperat / ait domine scio quia homo durus es / metis
ubi non seminasti et congregas ubi non sparsisti / uel quia
in prelatis non solum querit bona propria sed etiam subditorum
quos debet promouere ad bonum / uel quia requirit ab
homine opera meritoria uite eterne / tamen non seminauit in
natura hominis principium sufficiens ad huiusmodi eliciendum / iuste
tamen illa requirit / quia si homo facit quod in se est
deus gratiam semper infundit / qua mediante potest meri-
toria opera exercere / et timens abii et abscondi tale-
ntum in terra / ecce habes quod tuum est / tales sunt dicentes
deus creauit animam tenetur de ea si uult / uel dicentes quod
deus sine meritis saluabit animam quam non creauit cum
sine pro dampnatione sed saluatione / Respondens autem
dominus eius dixit ei serue male et piger / sciebas quia meto
ubi non semino et congrego ubi non sparsi / oportuit ergo
te committere pecuniam meam nummulariis et ueniens ego
recepissem ergo quod meum est cum usuris / omni enim habenti
dabitur et habundabit Greg. nullus dicat talentum
minime accepi / alius accepit intelligentiam predicatio-
nis / ministerium debet ex talento / alius terrenam substantiam
exiget de talento suo / alius qui pastoris artem est ei pro
talento / alius familiaris est diuiti de hoc talento
exiget loquendo pro indigentibus / et dabit gratiam se-
cundum / ei autem qui non habet etiam quod uidetur habere / quia spiritua-
lia non sunt uere possessa / auferetur ab eo. Io. multi natura-
liter habentes acumine ingenii et desideria corrumpentes
illud perditum boni nature / quia non exercent illud et pro-
missum premium uident transire ad illos / qui quod minus
habent labore et industria augent / et inutilem seruum eicite
in tenebras exteriores ¶ Sint lumbi uestri precincti et
lucerne ardentes / Greg. lumbos precingimus cum carnis
luxuriam per continentiam arcemus / beda / quia nam seruus
in celo se totum effundit / et fatue uirgines secularis
intuitu laudis deo seruiunt / pulcre docet suos lumbos pre-
cingere ab amore secularium / et lucernas ardentes ut fa-
ciat et doceant recta intentione / et uos similes hominibus exspec-
tanti dominum suum quando reuertatur a nuptiis / ut cum uenerit et pulsa-
uerit confestim aperiant ei / pulsat sed Greg. / cum per egritudines
mortem esse uicinam denuntiat / cui mox aperit / qui eum cum
amore suscipit / ille ei non uult ei aperire qui exire tre-
pidat de corpore / qui meminit se illum contempsisse / beati ser-
ui illi quos cum uenerit dominus inuenerit uigilantes / uigilat
qui ad uerum lumen oculos apertos tenet uel qui corporis
negligentiam repellit / Amen amen dico uobis quod precinget
se / et faciet illos discumbere / et transiens ministrabit
illis lac humanitatis / et uinum diuinitatis et manna dul-
cissimum / quod in cor hominis non ascendit quod non possit
alius ministrare / Et si uenerit in secunda uigilia et si in
tercia uigilia uenerit et ita inuenerit / beati sunt illi.
prima uigilia est pueritia secunda adolescentia 3a senectus etc.
¶ Aliam parabolam quam similem addidit dicens / homo quidam no-
bilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum et
reuerti / uocatis autem decem seruis suis / dedit illis mnas
decem et ait ad illos negociamini dum uenero / beda / fide-
lis negociatio sua qua rex regis filius negociator est

Marginalia: 86. p. 6. — 97. p. — 96. p. — religionis [...] — p. 19 — [...] p. 13

ficatur / sed qualis negociatio, ubi filius pro servo traditur, p
creatura creator occiditur, pro mancipio dominus condempnatur
tua sunt xpe opera, que ad nos redimendum pia benigni
tas inuenit, misericordia traxit libenter amplector negocia
tionem tuam, quia negocium meum est tu sunt celi et tua
est terra, in regione tua negociabor semper te habens
in itinere ducem, in periculis protectorem et consortem in tri
bulatione, regiones tue sunt quas perambulant merca
tores tui, ubi te querunt electi tui et inuenient dilecti
tui. ¶ Prima est regio dissimilitudinis, nobilis enim
creatura in loco similitudinis fabricata ad ymaginem
creatoris cum in honore esset non intellexit, et de
dissimilitudine in dissimilitudinem descendit, magna prorsus
dissimilitudo de paradiso ad infernum, de angelo ad iu
mentum, de deo ad dyabolum, in hac regione quid ne
gociantur. domine deus aspice genus humanum a solis ortu us
que ad occasum huius nundinas perambulare. ¶ Alios di
uicias querere, que tamen cum labore acquiruntur cum timo
re possidentur. cum dolore amittuntur, thesaurizas et
ignoras cui congregabis ea, transis maria et aliu
ubi appetis orbem, tribus digitis distas a morte, pat
riam fugis relinquis parentes, filios nescis diuelle
ris ab uxore, et omni necessitudinum oblitus queris
ut acquiras, acquiris ut perdas, perdis ut doleas, fi
lii hominum usquequo graui corde, que est ista demencia?
circuire maria perambulare terras, rapi cum inmun
dis laboribus pluribus et uigiliis multis ieiuniis crebris
in mortibus frequenter, ecce quid diuitiis. ¶ Alios ho
noribus inhiare in sublimi loco positus es, dum te consti
tuerunt, inde si non iudicandus ab omnibus subseruandus
ab omnibus suis es, excubas ante limina principis ut
principatum acquiras, et ferrato uestitus amictu pro
pior es uulneri quam honori, si de sorte domini, nonne episcopus
Romanus pontifice archidiaconus uel decanus ipsum per
timescit, numquid in honore sine dolore, in prelatione
sine tribulatione esse quis potest. ¶ Alios gloria ue
nerabilis autem sed unde tibi gloria sicut de puluis et
cinis limus, uas in contumeliam, denique inanis gloria quid
aliud est quam auium inflatio magna que non haberi potest
sine inuidia, respice quos antecedis, et omnibus inuidie
semina prebuisti, sequens dum curris per gloriam inuidiam
incurristi, prudens ergo erit negociator in hac re
gione, in diuitiis liberalis, in honoribus penitens in gloria
inuidiam. ¶ Secunda est paradisus, nullo disciplinae munita
in qua est preciosarum mercium magna fertilitas, glo
riosi res hominum unius moris habitare in domo, bonum
et iocundum habitare fratres in unum, uideas illum peni
tencia flentem, alium in dei laudibus exultantem, hunc admi
nistrantem, illum alios erudientem, hunc orantem
illum peccata punientem, hunc in actiua laborantem,
illum in contemplatiua quiescentem, et potius dicas
castra dei sunt hec, quam terribilis est locus iste, non
est aliud nisi domus dei, et porta celi, In hiis nun
dinis fac tibi sarcinam formam uiuendi. ¶ Tercia est
expiationis, uadam et uidebo hanc uisionem ma
gnam quo pius pater glorificandos filios in manu
temptatoris relinquit, non ad occisionem sed ad pur
gationem, surgam igitur in adiutorium illis, interpel
labo ieiuniis orationibus intercedam, sacrificio satis
faciam singulari, ut laborem quietem, in requiem, mise

ricordiam in gloriam uerbum in coronam In hiis nundinis fac
tibi sarcinam affectum paciendi ¶ Quarta est gehennalis
regio durum et graue, terra obliuionis, terra miserie et te
nebrarum, in qua nullus ordo sed sempiternus horror inha
bitat In hiis nundinis fac tibi sarcinam fugam peccati
¶ Quinta paradisus supercelestis locus uoluptatis ubi torren
te uoluptatis potantur iusti locus splendoris ubi ful
gebunt iusti sicut sol, locus leticie ubi leticia sempiter
na super capita eorum, locus apparet sicut [illegible]
[illegible], locus pacis ubi in pace factus est locus eius
uisionis ubi uidebit uisio magna, et ibi fac tibi sar
cinam amoris creatoris ¶ Ciues eius i. iudei uel tyran
ni fidem persequentes, oderunt illum et miserunt lega
tionem post illum dicentes, nolumus illum regnare super
nos, et factum est ut rediret accepto regno et iussit
uocari seruos quibus dedit pecuniam ut sciret quantum quisque
negociatus esset, uenit autem primus dicens, mina tua de
cem minas acquisiuit et ait illi, euge serue bone quia in mo
dico fuisti fidelis, eris potestatem habens super decem ciuitates
Et alter uenit dicens domine mina tua fecit quinque mi
nas, et huic ait, et tu esto super quinque ciuitates. i. Hoc
coequaliter merito reddidit premium, et tercius uenit dicens
domine ecce mina tua quam habui reposita in sudario
timui enim, quia homo austerus es tollis quod non posuisti
et metis quod non seminasti, dicit ei de ore tuo te iudico
serue nequam, uere nequam, quia piger ad officium exercen
dum, superbus ad accusandum dominum iudicium, sciebas quod ego
austerus homo sum tollens quod non posui et metens quod
non seminaui, et quare non dedisti pecuniam meam ad men
sam et ego ueniens cum usuris utique exegissem illud, u
sura est illud quod accipitur mutuo ultra sortem, mutu
um autem nobis deus aliqua dona ad lucrum ut dictum est, de
quibus querit lucrum meritorum, redditurus cumulum pre
miorum, et astantibus angelis suis dixit auferte ab
illo minam et date ei qui decem minas habet, et dixerunt illi
domine habet decem minas, dico autem uobis quia omni habenti
dabitur, ab eo autem qui non habet, et quod habet auferetur
ab eo i. quod datum fuerat ad lucrum, quia non potuit am
plius mereri ¶ Quantum ad perditorem, spiritualis habito
amore ad uerbum dabitur intellectus, uel habito intellec
tu euangelii dabitur manifestatio ueteris legis. Ve
rumtamen inimicos meos qui noluerunt me regnare
super se adducite huc et interficite ante me. C.

xvii pars de sententia in die iudicii

Cum autem uenerit filius hominis in maiestate sua
et omnes angeli cum eo, tunc sedebit super
sedem maiestatis sue, Remigius. i. maiesta
te deitatis iudicaturus adueniet qui in
humilitate seruitutis iudicandus apparuit, itaque tradendus
in templo crucis permittit gloriam triumphantis, In famu
latu ante eum uenient angeli tamquam testes humanorum
actuum et executores sentencie sine. ca. 104. p. 12. et
tunc cessabit ministerium angelorum. ca. 124. p. 14. Eu
sebius cessabit quoque aliquo modo presidencia in angelis,
nam ad rem perfecte prelationis tria concurrunt primum est
ut presidens excedat quibus preest ut aurum argentum, secundum
ut in eos influat, ut celum in terra. tercium est ut super eos
preesse ualeat ut dominus ministro, quantum ad primum manebit
presidencia in angelis post iudicium tam in naturalibus quam gra
tuitis, quantum uero ad influxum et imperium cessabit quia

183 P. F.

97

96. religionis aue

1. 19

x 127. p. 13

88. p. 8. 13.

mt. 25.

Angeli in iudicio testes / executores

Angelorum cessabit ministerium

Angelorum presidencia uno modo cessabit alio modo non

presidencia tamen perficiunt

P

Quid est angelus

Quid ordo

Ordinum distinctio nat / gre

Demones si fuerint de aliquibus ordinibus et homines eadem ratione

Quid ierarchia

.1a. ierarchia

Primus ordo

her duo amplius uerum nõ erit ¶ hac occasione hic ierarchias angelorum et ordines distinguamus / est autem angelus secundum dionisium dei ymago / manifestatio occulti luminis .i. diuini / speculum / quia diuinum lumen manifestandum in se suscipit / clarum / per naturam / et splendidissimum per gratiam immaculatum carens labe uenali incoinquinatum carens labe originali suscipiens sicut conuenit est tota spe ciositate uniformis deitatis eius quod recipit / et in se resplendere faciens bonitatem silentii quod est in abditis eius quod alius ondit bonitatem silentii non enim potest intellectus eleuari / qui in illa quiete / secreto omni exte riori strepitu et est in abditis de quo in ps. quam magna multitudo dulcedinis quam abscondisti te. ¶ ordo autem est secundum gregorium / multitudo celestium spirituum qui inter se aliquo munere gratie signantur sicut in natura donorum participatione conueniunt ¶ ad distinctionem autem ordinum duo requirunt primum est donum nature tamquam fundamentum et dispositio sic angeli secundum facultatem nature cognoscunt et amant deum naturali cognitione et amore / 2m est donum gratie tamquam complementum et perfectio sic angeli supra donum nature eleuant ad immobilem fruitionem diuine bonitatis / primo modo demones fuerunt ex determinatis ordinibus 2o modo etiam homines saluandi locantur in diuisis ordinibus angelorum 2o modo primo autem modo non / unde glo. super illud ps. constitues eos principes super omnem terram / eligit pauperes ut exaltaret ad ordines celi qui sunt ex hominibus et angelis ¶ Ierarchia est unus principatus .i. una multitudo ordinata uno modo semper sub principe / et quia modi huiusmodi sunt tres in angelis ideo et tres ierarchie / Angeli prime ierarchie in ipso deo immediate cognitione ordinis diuine prouidentie accipiunt / In qualibet autem dispositione prouidentie / tria sunt consideranda ipsa dispositio ordinis effectuum ars secundum quam dispositio fit et finis propter quem / supremus ordo prime ierarchie prouidentiam considerat in ultimo fine qui est bonitas diuina / unde uocatur seraphin. quod non tamen caritatem importat sed amoris excessum / ideo dyonisius vii. c. ce. ier. exponit nomen seraphin secundum proprietates ignis / In quo possumus considerare primo motum qui est sursum qui est continuus / sic seraphin semper mouentur in deum / 2o uirtutem actiuam uel calorem quod est penetratiua usque ad intima / sic amor seraphin ut habetur post a dyonisio ubi s. est penetratiuus usque ad cor dei / propter quod inferiores ordines uehementer accendunt / sicut ipsi in dei amore totaliter feruent / exuberantia excessu amoris eleuantur ad uisibilem inferioritatem lumine quam inferioribus qui comprehendere nequeunt refundunt quod ondit tertia proprietas ignis que est claritas illuminans ¶ 2us ordo ordinem prouidentie in ipsa forma diuina que in arte sed quam fit ipsa dispositio perfecte cognoscunt ideo uocantur cherubin .i. plenitudo scientie sua enim per formam sibilis perficitur que in deo est que causa quod dyonisius declarat quantum ad quatuor primo quantum ad perfectam dei uisionem / 2o quantum ad perfectam susceptionem diuini luminis / 3o quantum ad hoc quod in deo contemplantur pulcritudines ordinis rerum a deo deriuatas 4o quantum ad hoc quod ipsi plene existentes huius cognitione in alios copiose transfundunt ¶ 3us ordo rationes diuinorum operum immediate in deo cognoscunt rerum inferiorum / et dicitur ordo thronorum / quod exponit dyonisius per conueniencias ad materiales sedes in quibus est quatuor considerare / primo quia sunt patule ad suscipiendas diuinas influentias et portant deum / 2o quia sunt eleuate sic throni eleuati sunt ut rationes rerum in ipso deo immediate cognoscant / 3o sub firmitate / sic isti angeli deum firmiter in se tenent. hebr. primo / thronus tuus deus in seculum seculi unde in eis tertio beatitudinis figuratur / sic uisio in cherubin et fruitio in seraphin ¶ Angeli secunde ierarchie medio modo se habent inter supremos a quibus recipiunt / et inferiores quos dirigunt / nam et cognitionem ordinis prouidentie addiscunt in causis uniuersalibus / que sunt medie inter deum / qui est causa uniuersalissima / in qua supremi ideo cognoscunt et causas particulares per quas inferiores idem cognoscunt / Inferiorum enim debilis intellectus est ne posset capere intelligibilem ueritatem / nisi per singula omnia particularia explicantur / magni autem intellectus signum est / expandas multa capere angeli autem huius ierarchie uniuersalem prouidentie dispositionem distribuunt in multos executores quorum ¶ primus ordo est dominationum / domini enim proprie est quod alii exequuntur / unde gregorius quedam angelorum agmina pro eo quod eis cetera subiecta sunt / dominationes uocantur et dyonisius viii. c. ce. ierar. / nomen dominationum / primo quidem significat quandam libertatem a seruili conditione et pedestri subiectione et tyrannica oppressione quam plebes / et interdum etiam minores patiuntur / 2o significat quandam rigidam et inflexibilem gubernationem que ad nullum seruile actum inclinatur / neque ad statum aliquem oppressorum a tyrannis / 3o significat participationem ueri domini quod est in deo de quo ps. dominus ipse deus est / simile est de ordine uirtutum et aliis ¶ 2us ordo huius ierarchie est uirtutum / Virtutes enim imperata applicant ad effectus uniuersales / unde ad eos pertinet motus corporum celestium / ex quibus sicut ex causis uniuersalibus sequuntur particulares effectus in natura / luc. 21. uirtutes celorum mouebuntur. pertinet etiam ad eos executio eorum que preter ordinem fiunt / sicut miracula secundum gregorium / unde nomen uirtutum viii. c. ce. ierar. significat quandam uirilitatem et inconcussam fortitudinem ad diuinas operationes sibi conuenientes ¶ 3us ordo est potestatum / qui ordinationem quandam designat ro. 12. qui potestati dei resistit / dei ordinationi resistit / unde dyonisius nomen potestatum quandam ordinationem designat / unde ipsi ordinant qualiter precepta alii exequantur / et ut ordinem in diuinis effectibus constitutum inconfusum custodiant / perturbationes cohibendo siue contrarias potestates arcendo secundum gregorium ¶ Angeli in tertie ierarchie ordinem diuine prouidentie in causis particularibus cognoscibilem accipiunt / et disposita per superiores ordines executioni mandant In quolibet autem executore sunt quidam incipientes actionem et alios qui ducentes sicut in cantu precentores et in bello ponuntur principes exercitus Et hic ordo dicitur principatuum / unde dyonisius viii. c. ce. ierar. Nomen principatuum significat ductum in ordine sacro / principes autem ductores uocantur / ps. preuenerunt principes coniuncti psallentibus ¶ 2us ordo est archangelorum qui respectu priorum dicuntur angeli / respectu inferiorum dicuntur principes / secundum gregorium archangeli dicuntur ex eo quod pri

2a ierarchia

papa e liber [illegible] inflexib[ilis] [illegible]

Potentes princip[...]

potestates ... [illegible]

3a ierarchia

cipant omnibus celestibus spiritibus diuinas uisiones explendibus / archangeli quoque circa effectus versantur et si ad unum pertineat tamen in bonum uniuersorum redundat / sicut annunciatio uirginis. ¶ 3us ordo ex excellentia nullam sibi certam manifestationem addit. Sed nomen angeli quod est commune omnibus ordinibus in quantum omnes sunt manifestatores diuinorum. isti ordini est proprius ut dyonisius dicit v. c. ce. ierar. / isti vnius cuiusque bonum procurant / ps. Angelis suis deus mandauit de te / Gre. aliter ordinat quam dyonisius / ponit enim uirtutes in vi° ordine quas dyonisius ponit in v°. et principatus in v°. quos dyonisius ponit in vii°. dyonisius vero sequitur apostolum. ephes. primo. constituens illum .i. christum ad dexteram suam in celestibus super omnem principatum et potestatem et uirtutem et dominationem / et ponit ordines ascendentes / gre. sequitur apostolum ad coloss. p°. siue throni siue dominationes siue principatus siue potestates / omnia per ipsum et in ipso creata sunt / et ipse est ante omnes / et ipse ponit ordines descendendo sed uult non multum differunt / quia gregorius exponit principatuum nomen / ex hoc quod bonis spiritibus presunt et hoc conuenit uirtutibus. Sed quod in nomine uirtutum intelligitur quedam fortitudo diuine efficacie inferioribus spiritibus ad exequendum diuina misteria ¶ Rursus uirtutes secundum greg. uidentur esse idem quod principatus / nam hoc est primum in diuinis misteriis facere miracula per hoc enim paratur uia annunciacioni archangelorum et angelorum / Notatio quoque spiritualium angelorum est secundum symbolum / Michael enim qui interpretatur quis ut deus / quasi dicit nullus sic notatur quia pugnauit cum dracone / qui dei equalitatem temptauit usurpare / non equalitatem essentie / sed presidentie quia as securus fuisset nisi eam appetisset ex se habere et non diuino munere / grego. dicit quod appetit esse sub iudice solo quod nulli subesset / hu. dicit quod appetit equalitatem potentie. Anselmus quod appetit fecisse sine meritis. ypsi. 19. Ascendam in celum et non empireum quia ibi erat / ergo loquitur de celo trinitatis propter hoc legitur apoc. 12. factum est prelium magnum in celo contra uoluntatem / michael cum angelis eius preliabantur cum dracone / et draco pugnabat et angeli eius / et non preualuerunt neque inuentus est locus eorum amplius in celo. Ad cuius designationem depingitur conculcans draconem in manu tenens rotundum spere scilicet uictorie / uictus est draco / et in celo est uox dicens. / et proiectus est draco magnus propter potentiam. ca. 90. p. j. serpens propter asturiam / qua decepit hominem antiquus propter longam experientiam / qui uocatur dyabolus interpretatur deorsum fluens / et sathanas .i. aduersarius uel contrarius creatori et homini post ruinam / vnde sequitur qui seducit u. or. / i. uniuersum in orbe seductor proiectus est in terram .i. in fideles qui terrena tantum diligunt que ei data sunt in escam gen. iij. terram comedes / et ysa. 65. serpenti puluis panis eius / et de impiis in ps. fiunt sicut puluis ante faciem uenti / et angeli eorum cum eo missi sunt ex. ce... / ecclesia tunc sunt in uictoria / facta est salus et uirtus bonorum angelorum / et regnum dei nostri / quia ex. ij. uictoria et potestas christi eius / quia proiectus est accusator fratrum nostrorum qui accusat illos ante conspectum dei nostri die ac nocte .i. continue sicut Job. p°. dixit nunquid frustra iob. ti. deum est et sic permittente deo percussit Job. plagis magnis / ita et mar. in 12. persecutionibus

esse / et ipsi uicerunt eum propter sanguinem agni et uerbum testimonii .i. fidem caritate formatam propterea letamini celi / et qui habitatis in eis / et pro infidelibus autem sequitur Ve terre et mari quia descendit dyabolus ad uos habens iram magnam etc. ¶ Propter has uictorias merito michael factus est princeps synagoge vnde dan. x. c. Ieiunauit tribus ebdomadibus / et tunc apparuit ei angelus qui erat princeps iudeorum captiuorum in babilone et dixit eis orones exaudita p°. die / princeps autem regni grecorum restitit eis xxi. diebus / et ecce michael unus de principibus primis / qui est generalis princeps super totam synagogam uenit in adiutorium meum cum auxilio expeditus ueni ut docerem te / Et princeps etc. / vnde canitur etc. uenit michael archangelus cum multitudine angelorum cui tradidit deus animas sanctorum / ut perducat eas in paradisum exultationis dan. 12. In illo tempore gre. scilicet uel ecclesie consurget pro ecclesia michael princeps magnus qui stat pro filiis populi sui .i. synagoga ut dictum est ¶ Gabriel interpretatur fortitudo dei ca. 79. p. 2. hic fortificat nos in bello p°. ad fugiendam maledicta In cuius figura confortauit zachariam qui interpretatur memoria diuina et significat illos qui memores sunt mandatorum domini et hiis nunciat natiuitatem iohannis qui interpretatur gratia // Ite fortificat in consiliis adimplendis in quibus consistit sancta ad salutem / In cuius figura annunciauit uirgini natiuitatem ihesu qui interpretatur saluator ¶ Raphael autem interpretatur medicina dei curauit enim tobiam a cecitate et annam filiam Raguel a demonis oppressione / quia iam extinxerat septem uiros eius / Ideo eius officium est in bello a dracone uulneratos sanare / Et congregabuntur ante eum omnes gentes et separabit eos ab inuicem sicut pastor segregat oues ab edis / et statuet oues quidem a dextris / edos autem a sinistris / Remigius In dextris beatitudinis eterne commorabuntur qui amauerunt eterna / In sinistris non eterne miserie qui cupierunt presentia / nam et ipsi transitoria dei dona teste ethnorum dicuntur esse in sinistra / eterna uero in dextra quia sunt potiora / hinc est illud cor sapientis in dextera eius et cor stulti in sinistra illius / edos uocat peccatores / qui pro peccato edi offerebantur / non dicit capras que possunt habere fetus sed lasciuum animal et petulans semper feruens ad coitum ponit ¶ Tunc dicet Rex hiis qui a dextris eius erunt / Venite benedicti patris mei / quia nemo uenit ad patrem nisi per me. Jo. 14. uos estis qui permansistis mecum. ca. 127. p. iij. possidete paratum uobis regnum a constitutione mundi. Remigius Rex regum sine strepitu uerborum loquitur .i. manifestabit conscientias et merita / dicet itaque per colloquium glorie Venite beneficio patris mei promoti ad obtinendum predestinatum uobis regnum / Esuriui enim et dedistis mihi manducare sitiui et dedistis mihi bibere / hospes eram et collegistis me / Septem sunt opera pietatis quantum ad esse pertinet cibus et potus / quantum ad bene esse uestis et hospitium quantum ad ea que accidunt uisitatio infirmi et redemptio captiui uel incarcerati / post uitam indiget sepultura / versus visito poto cibo redimo tego colligo condo / Infirmus et uisitastis me / In carcere et uenistis ad me / nudus et cooperuistis me / Petrus Rauenas in simone exponens hoc uerbum ait in regno celi coram omnibus angelis dei in conuentu resurgentium quod abel passus sit / quod mundum seruauit noe quod abraham fidem seruauit quod moyses legem contulit quod crucem petrus resupinus ascendit deus tacet et clamat

Marginalia (left margin, red): 2a Jerar. — Gra. Gre. et Dionisii — Concordia — ... — e spiritualibus ang. — Quod lucifer appetit — 15. p. 16. — ... — quod de significalibus — 27. p. 1.

Marginalia (right margin, red): Angeli principales — p. dextra eterna sinist. temporalia — Iudicium non locutionis sed manifestationis — vij sunt opera pietatis

solus, q paup comedit, esuriui zc qui misericors fuit ma
dignus est. Tūc rūdent iusti dicentes dn̄e qn̄ te vidimus
esuriente et pauimus, sitiente et dedimus tibi potū qn̄ te
vidimus hospitez et collegimus aut nudū et cohopuimus
te, aut qn̄ te vidimus infirmū aut in carcere et venimus
ad te. Rem̄. 1. qstis sius ita rūdebit nō dubitātes de uº.
dni, sz uel stupentes pro magnitudine maiestatis re
gis, uel q puz vr esse bonū qd fecerint, qpatōe pre
mij. Amen dico uobis qdiu vni fecistis de hijs fribz mi
nimis mi fecistis. Jo. nō vr gnale hoc dixisse de paupe
ribus sz de hijs qui pau peres sunt spu, dicit enī alibi, frātres
mei sūt, qui faciūt uoluntate pris mei. Tūc dicet
et hijs qui a sinistris eius erunt petentibz introduci in
regnū, Discedite a me non portastis claue crucis, Ideo
in regnū nō intrabitis, nō nauigastis in naue cru
cis ideo nō puenietis ad portuz sz hebitis penā dā
ni, et hc̄ suaz penā. ca. 96. p. 3. ysa. 26. tollat impius
ne uideat gliaz dei, repulsi aut a glia petunt minora
bona. s. grē et uirtutuz quibz alij ad gliaz puenīat
sz qa transijt tempus impendi negatur est eis ma pro
mittunt maledicti, qa suo tpre mīaz et bndcōez co
tempserunt, pē maledci q de aīa. t. deinde petunt
minora bona. s. tpalia que nichil sūt resp glie et dr
eis pena sensus, In igne. ca. 88. p. 8. in fine sz duz tpa
luz penaz petūt tpris breuitatē audiūt supplicij
etnitatez, eternū, et quia iocundus comes pro uehiculo
est in uia ut ait seneca, in tantis miserijs petūt, uel
societatis affabilitatē, et deputat eis etīna demo
nuz caterua, ut quibz colligati fuerūt in culpa sociē
in pena. Qui paratus est dyabolo et angelis eius, ps
17. pone tristes illis apparenter pauorē illis pstabit
Esuriui enim et nō dedistis mi manducare sitiui et non
dedistis mi potuz, hospes eraz et non collegistis me, nu
dus et nō cohopuistis me, infirmus et incarcerātus et nō
uisitastis me. Aug. de uerbis dni xpus est caput
eius corpus est ecclia, sicut aut in qstipatoē homi cū
tibi aliquis pedez calcat, lingua quaz nemo tangit co
queritur, et dicit calcas me, sic xpus dixit pro corpore
esuriui et nō dedistis zc. tunc rūdebūt et ipi dicētes
dn̄e qn̄ te uidimus esuri. aut sitien. aut hospitē aut nu
duz aut infirmuz aut in carcere et nō ministrauimus tibi
et tūc rūdebit illis dicens amē dico uobis quandiu nō
fecistis vni de minoribz hijs, nec mi fecistis et ibūt hij
in suppliciū etnuz iusti aut in uitaz etnaz. Et factuz
est, cuz qsumasset ihs sermones hos omēs dixit discipu
lis suis scitis quia post biduū pasca fiet et filius hoīs
tradetur ut crucifigatur, beda, hoc int pascha, et
azima distat q pasca solus dies appellatur, in quo agnus
occidebatur ad uesperas hoc est xiiij. luna pmi mēsis
xv. aut luna qn̄ egressus est pplus ille de egipto suc
cedebat festiuitas azimorum, quibz vij. diebz usqz ad xxj.
eiusdez mensis diez ad uespaz est statuta solēnitas
verūtn̄ euangelij scriptura indifferēt et die azimorum
pro pasca ponē solet et qūso, vnde lucas dicit dies
festus azimorum die. 1. 14. luna. res agerēt aīt et ipi nō
introierūt in ptoriuz ut nō qtaminarentur, sz manducā
rēt pasca, qa et pasce dies in azimis panibz ē celebrā
di pceptuz, vna quippe die imolato agno ad uespaz
septē dies secūtur azimorum qa ihs sel pro nobis passus
per omē tps quod vij. diebz agitur in azimis sinceritatis

et ueritatis pcepit esse uiuendūz hic nō sunt alia

Caplm. 126. de gestis in quarta feria

Tunc qgregati sunt pncipes sacerdo
tuz et seniores ppli in atriū pnci
pis sacerdotuz qui dicebatur cayfas
qn̄ s. uidebāt teplūz et pro festo ho
stias pparare debuerūt et qsiliū
fecerūt quomo ihz dolo tenerēt
et occiderent qa uiderūt ihz abijsse et dixisse nō
me uidebitis amo zc qsiliū querūt de mº qa iaz deli
berauerūt de facto, dicebāt aut nō in die festo, ne
forte tumultus fieret in pplo, et tn̄ qpleto agni figu
ralis misterio qtra eorum deliberatiōe uerus agnus
imolatus est, qz nō est qsiliū q dnm. Tūc abijt vnus
de duodeciz qui dr iudas scarioth et locutus est ad pn
cipes sacerdotuz et magistratus et ait illis qd uultis
mi dare et ego euz uobis tradaz, Remig. Iudas a pn
cipibz nō inuitatur, nulla necitate qstringitur, nec i ue
dicōne magni certā postulet suma, ut de cura re,
sz qn̄ uile tradens in pcīo posint emeritiz, q audi
entes gauisi sūt, et qstituerūt ei triginta argēteos.
Jo. Joseph nō ut multi putant sz hoc interpretis xxx.
aureis uenditus est, sz iuxta ebrayca ueritate. 30.
argenteis nec enim potuit seruus carior esse dnō, sz
ex pacto recepit xxx argenteos forte uoluit hic
decimaz recuperare, quaz se amisisse i unguēto mag
dalene dolebat, et hec potuit esse cā quare mathe
et marcus hic ponūt factuz magis ut ingat causam
effectui, ber. simone, x. sup cant. quanti hodie
de hijs qui aīas regēte suscepeint, q sine mirabili
gemitu dic nō est, xpi obpbria sputa flagella cla
uos lanceaz crucez mortez in fornace auaritie q
flant, hoc solo audi differentes q ille omi hoīs
emolumētūz denariorum nūo qpensaūt, isti uoratio
ni ingluuie lucrorum infinitas exigūt pecunias, hijs
inhiant, timēt ne amittant in haz amore qcessit
aiaz, apud eos nec casus reputat nec salus cū sit
de patrimonio crucifixi nimiūz impinguati incrassa
sati dilatati nō qpatiūtur sup qtritōe Joseph. Jo
seph, et exinde querebat oportunitatē ut euz tra. sine
turbis, beda, multi hodie uide scelus abhorret alij
exhorrent, naz cuz pro muneribz falm testiōm dant
ueritatē negando dnm pecunia uendūt, cuz socie
tatez fraternitatis discordie peste qmaculat dnz pro
dūt, Ex aut qrta feria uenditus fuit dn̄s, cōdit
ecclia lectionē ysaie pnitenis in qua legit, erīt
meteris eius cuz ipo, In ieiuniis quoqz pnalibz pº
sextaz feriaz ubi obtinet pn locuz hic nō sūt alia

Caplm. 127. de gestis in vª feria cuius pª pte q xps
in paschati comedit agnū qtra opinionē grecorum

Prima aut die azimorum in qua ne
cesse erat occidi pāscā. h. fuit. vª
feria in cuius pō fuit 14ª luna, et
vlē iudei tūc cogebant comedere
agnuz paschalē cuz azimis, male
grecī dicūt grecī q xps tpe statutū
a lege puenit vna diē et q luna 14ª passus ē, mo
uentur aut ad predicta ex illo uº ihois ante diez
festuz pasce sciens ihs qa uenit eius hora ut transe
at de hoc mūdo ad prez. vn̄ dnt alios tres euangelistas male

qte p. 3

139 p. 11

Dies pasche azimorum

q̈ 26

129 p. 1

p. 22

q̈ 26

146 p. 3

de auaricia

16 p. 27

error grecorum de qrta azimorum

narrasse et quod Io. ultimo scribens eos correxit / sed in scriptura divina aliquam similitudinem ponere hereticum est, et ideo diversitas hec verborum ad unum et verum intellectum reducenda est. Ideo sciendum est quod solemnitates Iudeorum incipiebant in vespere precedentis diei et . iii . et protendebantur usque ad vesperam sequentem / quod ergo factum . 14 . luna ad vesperam potest attribui ipsi 14 lune, cuius finis est, et sic loquitur Io. ante diem festum pasche . i . ante . xv . diem que tota celebrima erat, et potest attribui . xv . lune, cuius principium est, et sic loquuntur alii evangeliste / hec facta in die azimorum / sic eo pleterim [?] eandem in vigilia aliquando et festo et vigilie congrue possimus assignare. Postea quam cene pre... misset esum agni, et cene sue que esum agni coromitatur ac per hoc non in fermento sicut aiunt greci sed azimo constraxisset, cum dilexisset suos qui erant in mundo, non suos sua creatione, quibus Io. primo. In propria venit et sui eum non receperunt, sed suos etiam electione et dilectione. Io. 14. tui erant et eos michi dedisti. In finem operis quem operamur, dilexit eos. Ro. vi. habetis fructum vestrum in sanctificatione, finem vero vitam eternam / que vita Christus est . i . p . viii . Ro. x. finis legis Christus / vel finem . i . in mortem / Aug. non quod morte finiretur Christi dilectio sed intantum dilexit quod usque ad mortem dilectio eum perduxit, et misit duos ex discipulis suis, hii duo figurati sunt in bezeleel et oliab quos elegit dominus ex . xxxi . / primus umbra interpretatur et significat Petrum, cuius umbra sanabat infirmos act. iii. 2us interpretatur inhabitatio mea patris et significat Io. apostolum dulcem amore quem ei Christus ostendit / et per duos filios olei splendoris zach. 4. dulcor enim fuit in Petro et splendor iusticie in Iohanne / Pe. et Io. dicens: Ite in civitatem et introeuntibus vobis occurret homo amphoram aque portans sequimini eum in domo in qua intrat ad quem dicitis: et dicite domino domus, magister dicit: tempus meum prope est apud te facio pascha cum discipulis meis. Beda / paturis pascha / homo amphoram aque portans occurrerit ut ostenderetur misterium pasche domini celebrandum per ablutionem mundi et ipse vobis demonstrabit cenaculum grande stratum et illic parate nobis / abierunt discipuli eius et venerunt in civitatem sicut dixit eis, et paraverunt pascha / vespere autem facto venit et discumbebat cum duodecim discipulis suis et edentibus illis dixit / desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum antequam patiar / dico enim vobis quia ex hoc non manducabo illud donec impleatur in regno dei / qui dicit non manducabo aplius illud figurale donec impleatur veritas figurata in regno dei . i . ecclesia in qua figurale ait beda / defecit manna postquam comederunt filii israel de fructibus terre promissionis . hic non sit alia

Secunda pars de lotione pedum.

Et cena facta . s . agni paschalis mensa non amota cum iam dyabolus misisset in cor / non dicitur tamquam monens voluntate sed per modum suggerentis ut traderet eum Iudas sy. scar. in quo etiam exageratur iniquitas proditoris et aplius commendatur humilitas salvatoris / sciens quia omnia pater dedit ei in manus et quia a deo exivit et ad deum vadit / unde non ignorans suam sublimitatem se humiliat / surgit a cena sedentibus aliis ut ministret quod Luc. 22. quis maior est qui recumbit an qui ministrat / et ponit vestimenta sua / qui minime ponet animam suam / et cum accepisset lintheum precinxit se / qui tamquam ligatus flagellabitur ad columpnam et misit aquam in pelvim. Aug. quid mirum si misit aquam in pelvim unde lavaret pedes discipulorum qui in terram sanguinem fudit / quo immundiciam dilueret peccatorum / unde et cepit lavare pedes discipulorum / quia eius passio nos lavat a peccatis / in cuius signum de latere cum sanguine fluxit aqua / vel notatur humilitas maior cum tradidit omnia pater in manus, et extergere linteo quo erat precinctus. Venit ergo ad Symonem Petrum post omnes secundum origenem [?] tamquam cum scilicet medicus / quibus magis erat necessaria lotionem primo impendit / vel ante omnes sed Aug. unde ait non est intelligendum quod post aliquos venisset ad Petrum sed ab illo incepit / Crisostomus / credit quod Iudas tamquam presumptuosus primum locum occupavit et postea venit ad Petrum, et dicit ei Petrus: domine tu michi lavas pedes? qui dicit secundum b. tu deus deorum tu rex angelorum tu filius altissimi et speculum sine macula dei maiestatis, tu quem adorant angelice potestates tu deus etiam michi vermiculo lavas pedes, tu ante me curvaris ante quem curvantur qui portant orbem, tu ante me flecteris ante quem flectitur omne genu celestium terrestrium et infernorum. Respondit Ihesus et dixit ei: quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea. qui dicit hec est sacramentale ad instructionem ecclesie et fiet tibi oportuno tempore manifestum, dicit ei Petrus: non lavabis michi pedes in eternum / dicit ei Ihesus: si non lavero te non habebis partem mecum / si ne intelligatur de lotione mistica / que quia venia est, io presumpsit . sive de materiali / que eius . io et venia quia presumpsit non potuit autem in Petrum aplius introducere quam ut maneretur repulsus. Ideo dicit ei Symon Petrus: domine non tantum pedes meos sed manus et caput / qui dicit non ex presumptione recusavi sed quia consideravi opera tua et expavi abacuch . p . viii. Aug. territus de domini visione de periculo salutis totum se obtulit abluendum / dicit ei Ihesus: qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet et est mundus totus. Nobis non quod interioris hominis caput est / ratio superior qua anima est iuncta deo / manus sit inferior ratio que vacat operibus active / pedes vero sensualitas. Fuerunt autem domine apostolos mundos quantum ad caput quia deo iuncti erant per fidem et caritatem et quantum ad manus quia eorum erant sancta opera / pedes tamen ex affectu aliquorum terrenorum sordidi erant. Ber. Aug. impossibile puto non sordidari extrema anime et infima eius quamdiu quo ad homines prefectus quis esse putetur / et Ber. in sermone de ablutione pedum / pedes qui sunt affectio nostre anime dum in hoc pulvere gradimur ex toto mundi esse non possunt / quin aliquando vanitati aliquando voluptati aliquando curiositati cedit animus / in multis enim offendimus omnes. Et non sed Aug. totus homo abluitur in baptismo, et erravit Petrus ne nos erremus / cum se totum deo abluendum obtulit / quem deus correxit ostendens se baptizatum non esse baptizandum / plane elicitur ex hiis verbis apostolos fuisse baptizatos / et vos mundi estis secundum Aug. quantum ad manus et caput / non quantum ad pedes secundum crisostomum / mundi erant non simpliciter quia nondum mundi erant ab immundicia originali / cum Christus nondum passus esset / nec nondum solutum erat precium nostre

redemptoris secundum Chrysostomum quid quia ab erroribus Judeorum secundum Chrysostomum mundi erant sed minori munditie indigebat quasi iustitie emulari debet crisismatis meliora. Sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum. Propterea dixit non estis mundi omnes. Duo sunt principia quibus homo a peccatis mundatur, elemosina et caritas, quibus privatus Judas erat fur et Christi proditor. Postquam ergo lavit pedes eorum accepit vestimenta sua, quia mutat officium mutat et habitum ad serviendum vestimenta deposuit, ad docendum resumit et stabat Act. 19. animatus homo eruitur de illo. Vel sic lavit in passione, vestimentum suppressit in resurrectione et cum recubuisset iterum in ascensione ad dexteram patris. Dixit eis scitis quid fecerim vobis. Accipit quod dixit secundum sui forma, querit autem ut reddat attentos. Vos vocatis me magister et domine, et bene dicitis sum etenim quia dei virtus et dei sapientia. Cor. 1. Hic arguit a minori. Si ergo ego lavi pedes vestros dominus et magister, dominus imperium, vestri et vos debetis alter alterius lavare pedes. Glossa in omnibus et ad literam et secundum misticum sensum hoc debemus implere, ad literam ut per caritatem serviamus invicem, non solum in lavando pedes fratrum sed in omnibus necessitatibus adiuvando. Secundum misticum intellectum ut sicut ille nobis peccata nostra dimittit ita et nos dimittamus fratribus. Hortatur autem ad predicti exempli imitationem primo ex consideratione dignitatis magistri. Exemplum enim dedi vobis ut quemadmodum ego feci vobis ita et vos faciatis. Augustinus hoc est Petre quod nesciebas cum tibi lavare pedes non sinebas. Amen amen dico vobis quia non est servus maior domino suo neque apostolus maior eo qui misit eum. Si hec scitis beati eritis si feceritis ea. Ponit tamen quandam exceptionem non de omnibus dico quod ad beatitudinem pervenient sciendo et faciendo ea quia non Judas. Vel secundum Chrysostomum quia beatitudo sub conditione promittitur si feceritis ea et omnibus promittitur stante conditione. Sed excipitur ab eo quod supra dictum est de servo et apostolo Judas quia non erat verus servus et apostolus Christi. Ego scio quos elegerim. Quasi dicat non estis omnes de electis. Contra Jo. 6. Nonne duodecim vos elegi. Dicendum quod Judas electus fuit secundum presentem iustitiam non secundum finalem gratiam vel secundum presentem dignitatem sicut eliguntur mali pastores immobili dei dispensatione non autem ad eternam solemnitatem, tamen autem exceptionis ponit, sed ut impleatur scriptura, qui manducat mecum panem levabit contra me calcaneum suum. Alia translatio, homo pacis mee in quo speravi. Amodo dico vobis priusquam fiat, ut cum factum fuerit credatis quia ego sum, dicitur quod intuetur ... ex consideratione magnitudinis meriti. Amen amen dico vobis qui accipit siquem misero me accipit, qui autem me accipit accipit eum qui me misit.

3a pars de manifestatione proditionis.

deo loquebatur · postea sciens ihesus quia omnia consummata
sunt ut impleretur scriptura que dicit · et in siti mea
potaverunt me aceto · dicit sitio quasi diceret · hoc solum
ex scripturis restat implendum per fiate quod postea dix · notandum autem
quod hic ut tenetur consequentie non cause · non enim ideo
hoc patitur quia scripta sunt · set ideo hec scripta sunt
quia consumanda erant per christum · anselmus · domine ihesu
dulcissime · quid est quod agebas · tu de siti conquereris
de cruce silebas · set salutem potius nostram sitiebas · vas
ergo positum erat aceto plenum · legitur in quodam
libro ebrayco qui apud eos intitulatur liber iudi
cum ordinariorum quod quia salamon ait · prebiorum 31 ·
date siceram etc · idest potum inebriantem · statuerunt
seniores iudeorum ut condempnatis ad mortem da
retur vinum aromaticum · ut passionem facilius tol
lerarent · unde in iherusalem erant matrone devo
te que hoc vinum preparabant · set iudei nimia
crudelitate vinum pro christo et duobus latronibus
preparatum sibi acceperunt · secundum quod prophetaverat am
os 2o vinum dampnatorum bibebant et loco eius
posuerunt acetum felle mixtum et continuo cur
rens unus acceptam spongiam inplevit aceto
et imposuit arundini et dabat ei bibere · augustinus
hoc aceto succus letalis pomi abstergitur · cum ergo
accepisset acetum · dixit consummatum est hoc potest ex
poni de consumatione mortis hebr 2o decebat
auctorem salutis per passionem consumari · vel de consua
tione salutis hebr · x · una oblatione consumavit
in sempiternum sanctificatos vel de consumatione scripture
luc · 19 · consumabuntur omnia que scripta sunt per prophetas de filio hominis

vite fol
quia tempore est

C 130

quia in christo paciente non fuit unquam eius, similiter ut ait damascenus permissum est agere vel pati quod ei proprium est. Ex. considera excellentiam passionis fore racionabilem quia fuit satisfactoria, propter tantam in institutione peccatorum magnitudinem, penarum infinita duratione.

136m de sepultura domini c. 1a p. de paratione sepulture facta per joseph.

Cum ergo sero factum esset venit quidam homo dives nobilis ab arimathia civitate iudee nomine joseph. beda. de ordine curie erat aliquod curie officium administrans. vir bonus et iustus qui et ipse occultus discipulus erat yhesu propter metum iudeorum qui expectabat et ipse regnum dei. hic non consenserat consilio et actibus eorum. Io. de ipso putatur aliquid dixisse, beatus vir qui non abiit in consilio impiorum. ait augustinus. gregorius archiepiscopus in quodam sermone quia beata illa mater dilecto regi adstans sepulcrum novum ibi vidit et innotuit quod joseph erat. fuit ergo ad eum et suasit ut et vivi vitam suo fuarum sepulcro. et sic loquebatur. ecce corpus domini yhesu pendet super crucem terribile visum. vivi et omnis creature. nullus audet petere sanctum illius corpus. nec aliquis curat de eo sepeliendo et per me fieri est impossibile tu ergo collige animi thesaurum ingredere ad pillatum et postula corpus eius. hic accessit ad pillatum quia secundum leges humanas corpora dampnatorum non debent sine licencia sepeliri et petiit corpus yhesu. sic dicit pro mortuo illo rogo ab omnibus condempnato et sponte crucifixo cuius morte omnia creata deflent quia nec aurum nec ministros habet sed tantum paupertatem matrem habet. pillatus autem mirabatur si iam obiisset et accersito centurione interrogavit eum si iam mortuus esset et cum cognovisset iussit reddi corpus. In ystoria ait hic dicitur quod joseph fuerat pillato quasi amicus et per familiaritatem petiit et obtinuit corpus yhesu.

2a. p. quomodo hodie honoraverunt sepulturam domini.

Venit autem et nicodemus qui venerat ad yhesum nocte primum ferens mixturam mirre et aloe quasi libras centum, mistice crucifixum debemus cum amaritudine in corde nostro recondere. cant. Manus mee distillaverunt mirra. Preterea sit quasi ortum quasi monumentum in quo locetur et quasi ortus in quo delectetur. acceperunt ergo corpus yhesu et ligaverunt eum linteis cum aromatibus, sicut mos est sepelire iudeis. augustinus in officiis mortuorum, monuit christus morem unius cuiusque gentis servandum et quia alibi dictum est corpus a joseph esse involutum syndone nil prohibet alia linteamina potuisse afferri a nicodemo. Anselmus. nicodemus et joseph hi post hec affuerunt, hii pedum et manuum clavos convexerunt atque de patibulo corpus sustulerunt, qui nequaquam dominum nec consenserunt. hic cogita quanto contextio solempnitatis fit circa sepulturam christi, totum fit de alieno. Anselmus in libro de sacramento altaris. pauper ita fuit christus ut non in sua sed in aliena domo nasceretur et vivens in hoc mundo non habebat ubi caput suum reclinaret. nec moriens unde nuditatem suam tegeret nec mortuus unde involveretur. nec sepulcrum aut locum ubi corpus suum poneretur.

3a. p. de sepultura domini et forma sepeliendi.

Erat autem in loco ubi crucifixus est ortus et in orto monumentum novum in quo nondum quisquam positus fuerat. Io. In novo ponitur monumento, ne post resurrectionem ceteris corporibus remanentibus surrexisse alius fingeretur vel eadem virtute putaretur cum aliis surrexisse. Item sicut qui eum in virgine solus ita ultra ante vel post eum nullus in sepulcro illo quievit. ber. super cant. sermone 26. omne quod in firmum est dei non de ipso sed de nostro in est illi. ex nobis assumpsit quam pro nobis substinuit nasci lactari mori mea est mortalitas nata, mea infirmitas punita mea expiratio crucifixi, mea sepulti dormitio. et ponit hic joseph. Anselmus in libro orationum. ut cum joseph dominum meum de cruce deposuissem. aromatibus sepelissem. vel saltem prosecutus fuissem ut tanto funeri non deesset aliquid obsequii mei. sed quibus singultibus vexatum purissimum pectus virginis explicabo idem cuius nunquam integre cor excogitavit. quanto materno studio vulnera tractavit et tractando lacrimis tergere curavit quamque crebris osculis illa delibavit. cogita hic dum ad sepulcrum defertur corpus salvatoris quod eterno patri offertur innocens illa caro tincta sanguine ne cognoscat si tunica filii sui est si fera pessima devoravit. joseph. Videns cum diligentia sua comitiva joseph de licentia pillati volentem expedite dominum sepelire propter sabbatum imminens appropinquat eum occasus solis, e regione considera matrem virginem corpus filii dulciter amplexantem et vulneribus illis sacris materna affectione oscula porrigere et lacrimis irrigare. sed accelleratur inquit augustinus. sepultura quoniam iam propter festum facere tale aliquid non licebat. ideo cum violentia quadam eripiunt corpus exponunt in monumento. semper tamen virgine reclamante o pietate vos rogo ad huc vel modico in eum dimittite vel matrem cum filio sepellite et advolvit saxum magnum ad hostium monumenti quasi pro clausura. Considerare autem duo debemus in corpore mortuo materiam que est ex iiii elementis et formam que inducta est virtute alicuius agentis seu artificis. et quantum ad primum quia de terra est corpus nostrum plusquam de aliquo alio elemento, secundum id terra est terre redditur. secundum id quod sequitur et in terram ibis, propterea corpus nostrum sepellitur. racione secunda quia virtus activa non potest conservare formam producentem corrumpitur in sepulcro cum itaque sacratissimum christi corpus convenientiam cum nostro habuit quantum ad materiam conformiter nobis sepeliri disposuit. quia vero eius forma non est inducta operatione nature sed divina virtute que sufficiens est ad perpetuam conservationem corruptionis defectum substinere debuit nequaquam secundum illud. ps. non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Erat autem maria magdalena. maria interpretatur domina et maris stella, magdalena magnifica et turris permunita. in his iiii vite perfectio designatur. anima enim perfecta est domina in reprimendo motus brutales. ps. dominabuntur eorum iusti in matutino quia tunc maxime insurgunt motus brutales. ps. beatus qui tenebit et allidet parvulos cogitatus ad petram. christum magnifica in exercendo actus virtuales. p. sermone 26. magnificetur anima mea in oculis domini. et liberet me de omni angustia. Item ultio, magna facta est in bethulia et preclarior erat universis terre israel, maris stella in componendo gestus corporales. ecc. 50. quasi stella matutina in medio nebule. turris munita in sufferendo ictus temporales. cant. viii. ego murus sum fortitudinis et ubera mea sicut turris quem infirmiora videntur. sicut turris. ex quo in ex hoc facta

p secus sit. i maria magd.

Ca. 22. p. omnes mulieribus

Descripcio vera sepulcri domini nostri ihesu christi quam vidi in iherusalem oculis meis 1270

sic coram eo qui pacem reppi. et altera maria que sepulcrum
fo. ceteris relinquentibus dominum mulieres in officio
perseverant expectant promissum et ideo meruerunt
primo videre resurgentem. Dicitur autem monumentum beati
fuisse rotundum de subiacente rupe excisum tante
altitudinis ut intus consistens homo vix manu ex
tenta culmen possit attingere. huius introitum
ab oriente cum lapis ille magnus impositus est. in
cuius monumenti parte aquilonari sepulcrum ipsum hoc est
locus dominici corporis. de eadem petra factum est. 7.
pedes habens longitudinis. in non palmis octo pavi
mento altius eminet. qui locus non desuper sed a latere
meridiano totus patulus unde corpus inferebatur.
color autem eiusdem monumenti ac loculi rubicundo
ac albo dicitur esse permixto. et revertentes paraverunt aro
mata que emerunt. et sabbato quidem siluerunt mulieres
siluerunt secundum mandatum. mandatum enim erat apud iu
deos ut sabbati silentium ad vesperam usque ad vesperam
i. solis occasum fieret. emerunt autem aromata vel
in parasceue ante solis occasum vel sabbato post solis oc
casum. vel forte utraque die. et nota quod sicut homo 6.
feria creatus est et peccavit sic christus 6. feria moritur
pro homine unde et dixit consummatum est opus scilicet recreationis. sicut
eadem die consummatum fuit opus creationis. et iterum
sic requiescit in die sabbati in sepulcro. sicut die sabbati re
quievit ab omni opere quod patraverat nec non in et in signum quod
in hac 6. etate pro eo pati debemus sic pro nobis 6. fe
ria passus est ut in 7a cum ipso quiescamus perfruamur donec
veniat. cetera refectionis. fo. in gen. septima
dies vesperam habuisse non legitur quia in illo seculo re
quies animarum nullo merore consumitur sed gaudio fit re
fectionis augetur. Postremo devote meditandum
qualiter virgo a Iohanne ducta de recessu sepulcri
cum sepulto filio adoravit et simul cum corpore filii sui spiritum
sepelivit. et iuxta sepulcrum mente remansit. et sic in
corpore pedibus corporis abibat sed affectibus rema
nebat. illudque diligenter pertracta cum quanta reverentia
genuflexit in reditu ante crucem contactu sacra
tissimi corporis filii sui consecratam sanguine perfusam
et stateram factam corporis in qua ponderatum est pretium
nostre salutis. ut appenderetur pretium quo humanum genus re
meruit et calamitas quam innocens filius tuus cleme
ntissime pater patitur in statera. que eius arena maris hic gra
vior apparet. finiti non ad infinitum que potest proportio assig
nari. humana quidem iniquitas finem habet pietatis vero
est dignitas infinita sine dubio illo hic teneas quia
sicut mater virgo ante omnes adoravit natum filium in spelunca ita
et mortuum ac eius sepulcrum et crucem prius omnibus adora
vit. cum eo Iohannes et magdalena ceteraque marie cum
grandi lacrimarum profluvio sibi faciebant. nos quoque
eodem exemplo per crucem et passionem mortem christi et sepultu
ram a cunctis malis petimus liberari. 4a pars de custodia sepulcri

Hesterna autem die que est post parasceuen
i. die sabbati. istud est sabbatum cuius vespere lu
cescit in prima sabbati. ca. 137. p. 1. et est sabbatum
requietionis. levi. 23. post laborem passionis. et gen.
2. complevit deus opus suum et requievit die 7. Hec
requies somnum figuratur in sopore quem immisit dominus
in adam gen. 2. plena divinis revelationibus. et in somno
quem sequitur quies non amplius perturbanda. ps. In pace
in idipsum dormiam et requiescam. et in somno quidem ad
refectionem tendamus. ps. ego dormivi et somnum cepi
etc. In iudicum 16. legitur quod samson dormivit usque ad
noctis medium et mane consurgens apprehendit ambas fo
res porte cum postibus suis et sera et impositas humeris
suis portavit ad verticem montis. ubi ostenditur christi potestas
ad resurgendum. ad infernum spoliandum et ad ascen
dendum in celum. aliqui dicunt quod hoc fuit in parasceue
et non est in textu. post resurrectionem exponit de 6. feria
et ponendo ibi post ymaginationem eius parasceue iudeorum
post quod ponit alterum veri pasce non iudeorum sed christia
norum in passione domini. quod supplet initium ab illa
noctis hora qua dominus ductus est ad domum anne. con
venerunt principes sacerdotum et pharisei ad pil
latum dicentes. domine recordati sumus quia seductor ille
dixit adhuc vivens post 3. dies resurgam. iube ergo cus
todiri sepulcrum usque in diem tertiam ne forte ve
niant discipuli eius et furentur eum et dicant plebi.
surrexit a mortuis. et erit error novissimus peior priore. ait illis
pilatus habetis custodiam. ite custodite sicut scitis.
q. d. si resurget debetis male potitis custodire. illi autem
abeuntes munierunt sepulcrum signantes lapidem cum
custodibus. ... testimonium est stulticie sepulcri custo
dia atque obsignatio cum prius precepto deum conspexisset
de sepulcro mortuum suscitatum. quod autem in sepulcro
ponendus est et resuscitaturus. ys. 33. testimonium
est dicentis habitabit in excelsa spelunca et petre
fortissime. statim quod post duos versiculos sequitur
regem cum gloria videbitis. 5a pars de reputatione
passionis in divino officio.

Imprimis quidem passio fieri super lignum
memoriam representat crucifixionis christi. 2o
in dimittendo venite exultemus. ecclesia
detestatur invitationem iude ad querendum
christum cum lanternis facibus et armis. 3o in dimit
tendo gloria patri ostendit dehonoratam patris potentiam
cum dicunt alios salvos fecit etc. filii sapientiam prophetiza no
bis etc. spiritus sancti bonitatem. si non esset hic malefactor
etc. 4. in dimittendo per nos ad memoriam reducit b
lasfemias et obprobria iudeorum. 5. Dimitten
do iube domine benedicere notificat pro christo coram iudice
nullum bonum locutum fuisse. 6. leguntur in lamentatio
nes quia tres marie lamentabantur flentes dominum. 7o ta
cetur tu autem domine etc. quia sine ulla misericordia crucifixerunt
christum et multa intulerunt flagella. 8. tribus nocti
bus extinguuntur luminaria quia in horis facte sunt tene
bre super terram. 9. una candella fiat accensa
aliis luminaribus extinctis. quia lumen fidei in sola re
mansit virgine maria. 10. clamatur extinctis luminari
bus. quia media nocte cum magnis clamoribus ipsi
carnifices comprehenderunt christum. 6a pars de descensu
anime christi ad inferos.

Notandum autem quod anima hominis post recessum
a carne. qui conformavit corpori duplex sustine
bat molestiam. loco enim sepulture des
cendebat ad inferos et loco resolutionis sustine
bat penam afflictionis. unde sicut christus quantum ad corpus
sustinuit sepeliri. non tamen resolvi. ita et quantum
ad animam descendit ad inferos pro liberandis animabus de lim
bo. sicut zachar. 9. tu quoque in sanguine testamenti eduxisti vinctos de

filio hominis · 2a p. de exclamatione xpi

Ihesus iterum clamans uoce magna ait pater in manus tuas commendo spiritum meum Io. uos una uoce uel nulla morimur. qui de terra sumus ille cum exaltata uoce expirauit qui de celo descendit beda. spiritum commendat patri. iuxta illud. quod in psalmo dicitur non derelinquas animam meam in inferno etc. et nota secundum Io. quod xpistus incepit psalmum. deus deus meus respice in me et dixit usque ad uersus continue quorum ultimus est in manus tuas etc. primum quo et fine dixit cum clamore medium uero plane et inclinato capite ad osculum hominis porrigendum sicut brachia extenderet ad amplexum uel sicut solum caput inclinauit ex nimio pondere dominus autem posuit super eum iniquitates omnium nostrum ys. et quod de hoc tempore intelligatur prima pet. peccata nostra pertulit super lignum etc. emisit spiritum bernardus in sermone de passione. fidelis sermo emisit spiritum quis tam facile quando uult dormit. magna quidem infirmitas mori sed plane sic mori uirtus immensa nempe quod infirmum est dei fortius est hominibus quia potestatem ait habeo ponendi animam etc. potest humana uessania in mortem sibi manus inicere. sed non est hoc animam suam ponere urgere magis est et uiolenter abrumpere. nec impio uiro fuit facultas animam ponendi sed perdendi nec ipse tradidit sed laqueus traxit. cum nequissimus spiritus ille non est emissus solus in mortem tradidit animam quia sua uirtute est regressus ad uitam impium solum habens uite et mortis. illud autem diligenter obseruetur quia diuinitas in xpisti passione semper mansit illesa damascenus. lu. 3. ca. 26. si sole in ligno sicut lucente securis incidit lignum, sol impassibilis permanet. multo magis uerbi diuinitas. secundum ypostasim carni unita. carne paciente. permanet impassibilis. et quemadmodum si quis ignito ferro superinfundat aquam. quod quidem aptum natum est pati ab aqua. id est ignis extinguetur innocuum autem permanet ferrum sic carne xpisti passa impassibilis diuinitas mansit et nota quod de morte xpisti quilibet euangelista habet proprium modum loquendi. quia nostre reconciliationis ad deum ostendit potius principalem effectum dicit. emisit spiritum sicutque legatum ad reconciliandum. marcus potius modum directum dicit expirauit quia hoc debuit fieri per modum sacrificii ut odoraretur deus reconciliando odorem suauissimum. Io. potius pacti satisfactionem dicit. tradidit spiritum quasi pacti precium. quia gratis uenundati estis et sine argento redimemini. prima pet. primo. non corruptibilibus auro uel argento redempti estis etc. Luc. ponit terminum complectionem dicit. in manus tuas etc. quasi in manus amici reconciliati magnum certe depositum die tercio repetendum. 3a p. de signis in morte xpisti et confessione centurionis.

Et ecce uelum templi quod erat foras ante sancta sanctorum secundum remigium et origenem. scissum est in duas partes a summo usque deorsum Io. et beda in omelia. quod omnia legis sunt reuelata misteria ut que prius recondita tenebantur uniuersis gentibus prodirentur. et terra mota est pendentem dominum ferre non sustinens. et petre scisse sunt. dura corda gentilium. et monumenta aperta sunt. in signum future resurrectionis et multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt et exeuntes de monumento post resurrectionem eius uenerunt in sanctam ciuitatem et apparuerunt multis non omnibus sed multis qui resurgentem dominum susceperunt et tamen licet monumenta aperta sint. non ante resurrexerunt quam dominus ut esset primogenitus mortuorum apoc. primo. uel primitie dormientium. prima cor. 15. non quantum ad actum surgendi passiue. quia sic ante eum alii resurrexerunt. sed quantum ad actum resurgendi completum quo quis non solum liberatur a morte sed etiam a necessitate uel potentia moriendi xpistus enim resurgens a mortuis iam non moritur ro. 6. qui autem surrexerunt forte hii fuerunt. de quibus sicut epistolam ad hebr. legitur. quod multi affectauerunt sepeliri in ierusalem ut cum resurgente domino resurgerent qui autem iterum dormierunt uidetur sentire augustinus ad enodium et Io. super ostendit. dicit quod surrexerunt sicut lazarus quamuis in sermone de assumptione hoc relinquatur sub dubio remigius autem ait hii creduntur cum domino ascendente simul ascendisse cum corporibus. durum autem uidetur quod resurrexerunt ad iterato experiendum mortis angustiam nec uidentur tunc fuisse testes perfecte resurrectionis secundum augustinus qui arguit ubi supra quod inter ceteros maxime uidetur surrexisse dauid si illa resurrexio fuit tam perfecta. sed tunc argumentum petri non conuincebat iudeos act. probat enim per illud non dabis sanctum tuum uidere corruptionem non intelligi de dauid sed de xpisto quia sepulcrum dauid apud eos erat prohibet etiam quod ad hebr. xi. de iustis antiquis dicitur ne sine nobis perficerentur si in illa resurrexionis perfectione iam constituti sint quam nobis procedens in fine promittitur centurio autem et qui cum eo erant custodientes xpistum uiso terremotu et hiis que fiebant timuerunt ualde glorificantes deum et dicentes hic iustus est uere filius dei Io. crisostomus in omelia viii. uidens centurio dixisse ad patrem. In manus tuas commendo spiritum meum. et statim sponte spiritum dimisisse commotus signi magnitudine dixit uere filius dei erat ille et beda. super marcum. secundum 28. erat ille centurio incircumcisus. sed non aure qui ad unam expirantis uocem sub tot infirmitatis indiciis dominum magestatis agnouit ideo quia non despexit quod uidit quia credidit quod non uidit non autem credidit ex eo quod uidit sed ex eo quod audiuit quia fides est ex auditu et auditus autem per uerbum xpisti notat hic autem remigius. tam hereticos quam iudeos centurio confitetur eum dei filium. et arrius predicat eum creaturam puram. centurio et qui cum eo erant glorificabant eum futurique nouissimi primi et primi nouissimi quia gentiles confitentur et plebs iudaica cecata negat. ut fiat eis error nouissimus peior priore et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud et uidebant que fiebant et percutientes pectora sua reuertebantur stabant autem omnes noti eius a longe beda percussio quidem pectorum dupliciter potest intelligi seu quia dolebant dominum iniuste occisum. qui eum dilexerunt. seu quia timebant de glorificatione eius quem mortem impetrauerant a longe autem intellige a locis aliquantulum remotis a crucis patibulo et mulieres multe que simul cum eo ascenderant a galilea Ierosolimam inter quas erat maria magdalene et maria Iacobi minoris beda. minor Iacobus dictus est Iacobus alphei ad distinctionem maioris Iacobi filii zebedei qui inter primos apostolos uocatus est. hic minor Iacobus et frater domini dicebatur eo quod esset filius marie matertere domini ipsa est maria cleophe dicta ita a patre siue a cognatione. uel fortasse quia uir eius alpheus et cleophas dictus est. uel ipsa maria

defuncto post natum iacobum alpheo cleophe nup
sit. et Joseph mat et maria supple salome et nu
casius. f. cisom et interpretat pacifica q filios gemit
pacis f. alios scos e casius cti. et nomen viri et est
sensus filia salome et m filiorum zebedei et cum esset
i galilea sequebant eum et ministrabant ei. Jo consue
tudis erat iudeorum ut mulieres de substantia sua victu
et uestitu preceptoribus ministrarent. hoc tamen qr scanda
lum facere poterat i natioibus paulus abiecisse se me
morat nusquam non habemus potestatem sorores mulieres
circumducendi sicut et ceteri apli. 4a p. de vulnere laterali
et quo et dolor oes dolores supavit.

Iudei ergo qr parasceue erat ut non remanerent
in cruce corpa sabbo. erat enim magnus dies
sabbti rogauerunt pillatum ut frangerentur
eorum crura. et tollerent ne diuturni cruciatus
festum fedaret. f. augum parasceue autem grece
latine dr pparatio quo noie iudei inter grecos
morantes sextam sabbti appellabant eo q in illa die
solebant pparare necessaria sabbti. venerunt ergo mi
lites pmi quidem fregerunt crura et altius q crucifixus
e cum eo ad ihm autem cum venissent. sed quod hoc contin
git cum xps esset in medio dic q duorum militum inerunt
singli ad singlos latrones. deinde ambo venerunt
ad ihm. quem ut viderent iam mortuum unus
militum lancea latus eius apuit ut de morte cer
tificarent. pulcre ait apuit latus. hoc e hostium
in latere arche. q intrant aialia non pitura gen. 7.
et e hostium aptum in celo apoc. 4. augustinus vigilanti
uerbo usus est euangta. non dicendo pcussit aut
vulnerauit. sed apuit ut illic quodammodo vite hos
tium panderet unde sacramenta ecclie manauerunt
et pa mulier facta est de viri latere ex quo adulte
qr sic eua formata est de latere dormientis ade
ita ecclea de latere xpi dormientis in cruce et subdit
augus o mors. unde mortui reuiuiscunt. quid isto
vulnere salubrius. de quo salus processit. et i quo se
constituere aie deuotorum. uel sic apuit q fistulam ad re
demptionis pcium psoluendum. unde ber. sup cant. ser
mone. 22. de pprio latere tulit pcium satisfactionis quo
placaret patrem. p quod plane illum ad se traxit uerlicet.
apud dnm mia et copiosa apud eum redemptio prsl
copiosa. qr non gutta sed unda sanguinis largit p qnque ptes
corporis emanauit. quod tibi debuit facere et non fecit
Illuminauit cecum. reduxit erroneum reconciliauit reum
et continuo exiit sanguis et aqua. nota de hoc ex decle
mis. pa quadam cum marte. nota autem qr miraculosum fuit
valde. quod de corpore mortui in quo sanguis coagulatus e
sanguis exiuerit. sed si quis dicat q hoc contingit ppter
calorem aliquem q adhuc in corpore remansit flu
xus tamen aque in ficari non pot. ondit ut xps ex
his uerus homo. duplex enim coportio i homine
repit. una e ex elementis quam aqua demonstrat
alia hudorum quam sanguis declarat hoc et fctum est ad on
dendum e q duplicem ablutionem consequimur. pma e a pec
catis per sanguinem qui est pcium nre redemptionis.
pma pet. p non corruptibus auro uel argento redemp
estis. de va. ut. 9. sed p. sanguinem agni inmaculati. 2a
a macul is p aquam q est lauacrum nre regnationis
ezech. 36. effundam super uos aquam mundam et mu
dicias. ab oibus inqnamentis uris. uel adeo sacramenta
hec duo ptinent. ad heucaristiam sanguis et aqua
ad baptm. uel sic. 3a. sunt q intra peccatori testi
monium dant salutis recesserat enim a creatore suo
sed sps reconciliat deo. turbatus erat in aio sed
aqua purificat ab inmundo. obligatus erat eterno
supplicio sed sanguis redimit ab inferno ut scrip
tura impleretur ex. 12. os non comminuetis ex eo. s. ex
agno paschali ca. 16. p. q qui xpm figurat p. cor.
q. pascha nrm ymolatus e xps et alia scriptura
dicit zachar. 12. uidebunt in quem transfixerunt
qui autem lanceauit eum cum ferre caligasset oculi eius
et erupes sanguis tetigisset eos continuo uidit. et
ptinus illuminatus i xpm credidit. unde et miliciae
cedens instructus ab aplis in cesarea capadotie
38. annis monachicam dux uitam. et i oi scitate p
manens uerbo et ex multos ad xpm con
uertit. de eo quod ait ysidorus. lancea longinus
latus saluatoris apuit et non tamen ueniam inuenit
sed epatus honorem. et martirij coronam pmeruit
qr sup aliis occurrentibus. de i mensitate doloris
xpi omnium e hic supleatur. ipius enim uox i lamen
tatioibus jeremie. o uos oes q transitis p viam
attendite et videte si e dolor si. sicut dolor meus
si enim ex oibus xpi doloribus exprobrationibus subsa
natioibus collaphis et alaphis sputis et clauis
hisque similibus mire felicem colligimus. manifeste vi
debimus qr nullus ei dolor equiparari possit. consi
dera enim pmo quis e qui patitur. et indubitant
tene ipm esse dei filium eterne rex oim ymperiale pn
redemptore impiorum bonum. 2o qualis e q patit
qr innocentissimus peccatum enim non fecit mitissimus et
mansuetissimus agnus dei nobilissimus hius yma
ginem qui regis. 3o qntus e q patit et admirare
maiestatem inclinari speciositatem decolorari
felicitatem tormentari. 4o q de causa patitur qr
pro inimici redemptione p ceci illuminatione
pluti glorificatione. 5o quali forma patit qr ob
dientissime re u dei seuerissime re u sui libentis
tissime respectu i grati. 6o quanta sunt q patitur
qr ut latro nauclus uincula ut stultus ludibria ut
iniquus supplicia. 7o. a quibus ipse patit qr a genti
tibus et iudeis. a domis et fiuis a mulieribus et viris
. viij. i quibus passus est qr in tota familia in
honore et fama i paupcula sba diuiserunt sibi in
quit uestimenta mea. ix. in quibus membris pa
titur in manibus transfixionem. in pedibus confossionem
in toto corpore flagellationem. xo passionis acer
bitatem. ex locis neruosis qr in manibus et pedibus
ex spe passionis qr si uult pedum mitigare dolorem
multo amplius lacerat in manibus et eo. ex diu
turnitate doloris qr non cito ptransibilis. xi.
quam intense patit. ex corporis complexione qua nulla
delicatior qr quod diuino pcurat miraculo ad meli
tinat q na pducere possit ex mentis dispoi
tione qua conphendebat acutius nocumentum q apre
hensio tristia dr. ex quo sensibilis dolor cautur
ex auxilij priuatione in aliis enim pacientibus
mitigatur dolor exterior extristia interiori ex
aliqua consideratione rois redundante sensualite

o. 27. — o. 15. — 19. p. — De vulnere lateris — De longino — nota — sanguine aqua — Compendium passionis xpi — in hoc oppo ex vicus hoibus — purgo a reatu macula — 1 2 3 4 5 6 7 8 ix x xi

C 131

de laci .i. cauis. sic et Joseph in cisternam mittitur a fratribus. Jeremias in lacum positus a iudeis. daniel a caldeis. a sat 2o. Reg. 17. descendit in lacum tempore niuis ne leonem interficeret. 3o. ad col. expolians principatus et potestates .s. infernales. nullam autem sensit afflictionem uel penam propter ea putare in psalmo dicitur inter mor. liber. quia nec in sepulcro uidit corruptionem nec in inferno sensit dolorem. Hic autem sciendum est, quod quadruplex est infernus. primus in quo est diuine uisionis et diuine gratie carentia et sensibilis pena et hic est dampnatorum. 2us est in quo est diuine uisionis et gratie diuine carentia sed non est ibi sensibilis pena et hic est limbus puerorum. 3us in quo est carentia diuine uisionis sed non diuine gratie. est autem ibi sensibilis pena et hic est locus purgandorum. 4us in quo est carentia diuine gratie nec est ibi pena sensibilis. et hic est limbus patrum. uel sinus abrae. Dicitur autem sinus abrae, tum quia ibi sunt tantum fideles et abraam dicitur pater fidei nostre. Ro. 4. tum quia ibi erant tantum liberandi et benedicendi. et abrae, primo huius liberatio est promissa gen. 12. ad hunc itaque locum tantum anima christi descendit. unde damascenus libro 3. ca. 19. descendit ad inferos anima deificata et quemadmodum his qui in terra sunt, ortus est sol iustitie, ita et his qui in inferno et in tenebris et umbra mortis sedent. unde putare dicitur in euangelio nicodemi quod quidam regis gentium clamabant dicentes, cum essemus in caligine tenebrarum subito factus est aureus solis color statimque humanum generis pater adam lux inquit ista auctor est luminis et vs. 9. hic est lux patris sicut predixi prophetis. qui sedebat in tenebris uidit lucem magnam et sedentibus in terra umbre mortis lux orta est eis. Symeon quoque dixit, Ego eum suscepi infantem, in templo obtuli et spiritu sancto compulsus dixi. nunc dimittis etc. et statim religatus est satan. in inferno cum igneis catenis, et impletum est illud ys. 14. Inferno conturbatus est in occursum aduentus tui omnes principes nationum dicent tu uulneratus es sicut et nos, nostri similis effectus es detracta est ad inferos superbia tua, quomodo cecidisti de celo lucifer qui mane oriebaris. corruisti in terram, qui uulnerabas gentes. qui dicebas in corde tuo, in celum conscendam et in lateribus aquilonis ero similis altissimo. Verum tamen ad infernum detraheris in profundum laci. postea uero sicut in nicodemo rex glorie et dominus maiestatis atraxit adam extendens que manum suam dixit venite ad me omnes sancti mei, et ad prem. ait exaltabo te domine quoniam suscepisti me nec delectasti inimicos meos super me. domine con. ab inferis a. m. sal. a. de. i. lacum per dicente quoque dominum subsequebantur omnes sancti cum iocunda processione. Ibi cantat dauid. Cantate domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. et omnis multitudo respondet, gloria hec est omnibus sanctis eius, postea clamat abacuch. egressus es in salutem populi tui, et omnes sancti respondent benedictus qui uenit in nomine domini deus dominus, et illuxit nobis. addiditque michees. quis deus sicut tu domine. auferens iniquitates peccata et respondent omnes sancti hic est deus noster in eternum et in seculum seculi ipse regnat in secula. 2 Justi. quorum cum tanta letitia liberantur sed quod putas indicibilis amaritudinis, inconsolabilis doloris ymo extreme desperationis, accidit remanentibus in igne extinguibili. uerme in mortali tenebra palpabili morte inferibili. ue quibus datum est hoc potius experiri quam credere uel timere 137m. c.m de 12 oe cum s. p. de aduentu mulierum

Vespere autem sabbati .i. sero diei sabbati et accipitur pro initio noctis, pro ipsa nocte secundum augustinum de con. euang. que .s. nox lucescit in prima sabbati .i. in primam feriam septimane Jo. ad ebediam q. 4. in inquit mattheus. omnes qui euangelium ebraico conscripsit secundum morem non tam uespere dixisse quam sero. et eum qui interpretatus est ubi ambiguitate fuisse deceptum propterea sic intelligatur sero sabbati non incipiente, sed iam noctis magna parte transacta et id non contrariatur Jo. dicenti non absolute mariam venisse mane ad monumentum, sed addidisse cum adhuc tenebre essent, uel secundum rem. omnes. mistice loquens studuit nobis insinuare quantam dignitatem illa sacratissima nox accepit ex honore deuicte mortis et dominice resurrectionis cum adhuc tenebre essent uenit maria magdalena. maria iacobi et salome et Johanna que fuit uxor cuze procuratoris herodis secundum bedam. ad monumentum, mulier que prima iuit ad culpam. nunc prima uenit ad ueniam, et que prima perfidiam sumpsit in paradiso festinat nunc prima fidem sumere de sepulcro. et contendit de morte rapere uitam, que de uita rapuit mortem. portantes que parauerant aromata. bernardus super cant. sermone 12. puto ab hoc dominus yhesus parata sibi aromata expendi noluit in suo corpore mortuo ut fuaret unico in pauperibus. uiuit enim ecclesia que manducat panem uiuum, qui de celo descendit, ipsa est corpus christi et orto iam sole .i. aperiente aurora. secundum augustinum dicitur. admirantes. quis reuoluet nobis lapidem. ab hostio monumenti. erat quippe magnus ualde. beda. quod mulieres ualde diluculo uenerunt magnum feruorem in ueniendi dominum ostendit. mistice nobis datur exemplum ut decussis uitiorum tenebris ad domini corpus accedamus. nam sepulcrum altare dominicum significat in quo corpus eius ac sanguinis misteria celebrantur. aromata, odorem uirtutum, et suauitatem orationum significant. cum quibus altari debemus appropinquare. bernardus. cum maria diluculo yhesum queram in tumulo cordis clamore querulo, mente querens non oculo tumbam perfundam fletibus. locum replens gemitibus. yhesu prouoluar pedibus strictis herens amplexibus. 2a pars de apparitionibus angelorum et ima pet. 2 Jo. ad sepulcrum propter uerba magd.

Et ecce terremotus factus est magnus. hoc intellige per tempus resurrectionis, de cuius hora ait Jo. ad ebidiam surrexit qua hora uoluit. quod nulli mortalium notum fuit. 2 grego. o uera beata nox que sola meruit scire tempus et horam in qua christus ab inferis resurrexit. augustinus dicit 4o. de tri. a uespera sepulture usque ad diluculum resurrectionis. 36. hore sunt .i. nox tota cum die tota. et nocte sequenti. ubi sciendum. quod tempus sepulture mortis christi representat effectum. due enim noctes significant duas mortes anime .s. et corporis. a quibus christi morte liberati sumus. mors autem eius que non fuit ex peccato proueniens sed ex caritate suscepta. non habuit rationem noctis. sed diei. Illud autem obseruandum est quod christi resurrexio non statim fieri debuit. quia tunc mortis ueritas non patuisset. nec apparuisset tardari. quia tunc signum superate mortis resurrectio non fuisset. dicitur autem 3. diebus fuisse in sepulcro. partem sumendo pro toto hoc modo quia cum ex die et nocte una dies constituatur quacumque parte diei uel noctis computata, christus illo die dicitur in sepulcro fuisse, primus itaque dies computatur ab extrema parte sui qua christus in 6. feria est mortuus, 2us autem dies integer fuit cum 24. horis nocturnis et sequentibus diurnis. nox autem sequens pertinet ad 3um diem, sicut enim primi dies propter futurum hominis lapsum a luce in noctem. ita isti propter factum hominis reparationem a tenebris computantur in lucem secundum bedam. 3us autem dies resurrectionis, figuratur in 3o die quo produxit deus arbores habentes

in inferno 4or.

de sinu abrae

Ierem. in laco

iacob. 9. ca. p. 16.

ys. 14. p. 3

Jo. 20 Mt. 16.

Lc. 24

mulieres fraus laus

Mt. 16.

altare significat sepulcrum

semẽ uite ĩ semet ipis· geñ· p̃· sic et caro xp̄i refloruit qui
hũit potestatẽ ĩ se ponendi aĩaz suaz ɩc̃/ in 3º die q̃ post aduẽ
tũ ppl̃i ad mõtem sinay· deus se maĩfestauit plebi ex̃a 19·
Jn 3º die q̃ facte sũt nuptie in cana galilee· Jõ· 2· ubi aquã
frigide tristie mutauit ĩ uinũ letie et ĩ 3º die quo post suffe
rentiã turbaꝝ sua reffectiõe letificauit turbas· ĩ mltiplica
tiõe panũ et piscĩũ mathi· xv· ex hoc p3 die refectiõis
dñice ẽẽ diẽ iocũditatis/ diẽ reffectiõis et pfecte repatiõis· ps̃·
hec dies/ quã fecit dñs ɩc̃· Angl̃s aũt dñi descendit de celo·
et accedens reuoluit lapidem· et respicientes uiderũt
reuolutũ lapidẽ a monumẽto/ et angl̃z sedentẽ sup eũ
·i· ad meridianã ptẽ· caput aũt ẽ ad orientẽ erat· ꝟ beda
erat aũt aspectus eꝰ sic fulgur/ et uestimẽtũ eꝰ sic nix
gre/ q͛ deꝰ terribilis est peccatoribꝰ blãdꝰ iustis· recte sic ã
gl̃s demõstrat ut de sua spẽ et terreret repbos et mulceret
pios· uñ se͛ pt̃iore aũt eiꝰ exteriti sũt custodes· et facti sũt
uelut mortui· rñdens aũt angl̃s dix̃ mulieribꝰ· nolite ti
mere uos scio eñ q̃ yh̃m nazarenũ· q̃ cruci ẽ queritis· surr
exit eñ· sic dix̃· uenite et uidete locũ ubi positꝰ erat/ dñs
ac si dicat ꝟ Jõ· si uerbis non creditis uacuo credite sepul
cro· idez in fructibꝰ erupit· et q̃ iacuit ĩ morte surrexit
ĩ gl̃a· et factũ ẽ· dũ mẽte consternate ẽẽnt de isto· ecce duo uiri
adstiterũt secus illas ĩ ueste fulgenti· beda/ mẽte ɔsternate
erãt/ q͛ et magnũ lapidẽ reuolutũ/ stupebant et corpore
nõ ĩuento dolebant· et sic angli leguntur adstitisse seplc̃o
saluatoris ita credendi sũt adsistere misteriis corꝰ dñi tpẽ
ɔsecratiõis· uñ apl̃s monet mulieres in ecc̃la uelari pp
anglos/ cũ timerent aũt et declinarent uultũ ĩ terra beau
ex̃ feminaꝝ quotiens ecc̃laz intramꝰ cũ oĩ humilite ɔgredi
debemꝰ ad ɔspectũ ãglorꝝ uultũ declinamꝰ interraz
cũ supernorꝝ ciuiũ gaudia ɔtẽplãtes nos cinerẽ ẽẽ cog
noscamꝰ scẽ quoq3 mulieres/ non interra cecidisse· s3 uul
tũ dicunt inclinasse· uñ mos obtinuit ecc̃lasticꝰ/ ut uel
ĩ memoriaz dñice refrectionis uel in spem nr̃e· oĩbus dñi
cis diebꝰ et toto quinquagesime tpẽ non flexis genibus
s3 declinatis ĩ traz uultibꝰ oremꝰ· dixerunt ad illas qd̃ queris
uiuẽ cũ mor· nõ ẽ hic s3 surrexit· ro· 6· surrexit xp̄s a morti
is p glãz patris ita et nos ĩ nouitate uite ãbulemꝰ· sic enim
reunitio aĩe xp̄i ad carnẽ causauit nouã uitã nr̃e/ ita
reunitio aĩe ad deũ cãnt nouã uitã grẽ· et scd̃o debet
hec uita noua ẽẽ ppetua· si bñ ɔformatur ad refrectionẽ xp̄i
ppea se͛· xp̄s resurrexit ex mor· Jã nõ mo· mors ·i· ult͛· nõ dñã
bitur ita et nos exi· u· mor· pẽ· iu· adeo nõ g͛· regnet pcc̃m
su· decetero ĩ nr̃o mor· cor͛· ũ· obe· cũ· ei· eiꝰ/ idõ dr̃ nõ ẽ hic· geñ·
28· nõ ẽ hic aliud ñ domꝰ dĩ/ potat dicẽ angl̃s demõstrans
sepl̃crũ uacuũ· põt hoc ẽt dici de hoĩe uere resurgente ut dcm̃
ẽ· qui nõ obedit ɔcupiscenciis carnis de qbus p͛· cor· 3· tem
plum dei estis uos· et sp̄s dei hĩtat in uobis et ita templũ
dei scm̃ ẽ· qd̃ estis uos idõ nõ querat locũ ibi dyabolꝰ· q͛ nõ
ẽ hic aliud/ nisi domꝰ dei ¶ ponamꝰ aũt refrexionis me
thaphoras· tã scp̃ture q̃ nẽ hic yh̃s q͛ 3ª die resurrexit
a mortuis/ ipẽ ẽ sapson· ca· 136· p· 4· ipẽ ẽ catulꝰ leonis
geñ· 49· tribus diebꝰ sopitus· quis suscitabit eũ· uox cer
te pr̃na· cũ rugitu emissa· tremẽte tr̃a· et tr̃e motꝰ ĩqt
factꝰ ẽ magnꝰ· ipẽ ẽ Jonas· ca· 103· p· 4· ¶ ursa· 3ª die
for͛at filiũ pꝰ deformẽ/ pelicanꝰ peremptũ ueneno filium
3º die ppõ sangne sanat/ fenix post͛· ccoo· uel circa ·x·
uixit/ et cum aromaticis lignis se ɔbussit de eiꝰ ciner
bꝰ pª die nascatur uermiculꝰ· 2ª alas pducit/ 3ª iã ciuis p
fecta ad amenissimũ mõtez aduolat pãta ĩ pulcerrimz

alis ex albo et nigro uiuentis picture orbiculis/ et postq̃ ĩfec
ta ẽ aromaticis herbis triduo dormit et 3º die a sõpno surgẽs
et clamãs tm̃ odores expirat/ q̃ oĩa aĩalia eã audientia/
illuc ɔueniunt· pp odoris fragrantiaz· excepto dracõe
q̃ uocez et odorez nõ sustinẽs latitat in cauernis ¶ actẽ
de ĩ pelicano ẽ sangnez/ ĩ lignis aromaticis feniças aucẽ
ĩ uetrẽ ceti/ xp̄i sepulcrũ/ ĩ actratiõe/ aĩaliũ et odorem
pãtere/ scẽꝝ aĩaꝝ q̃ erant in limbo ɔiunctionẽ ad xp̄z/
Jn dracone in cauerna abscondo incarcerationẽ luciferi
ĩ inferno/ Jn pdictis aũt oĩbꝰ maxime/ ĩ leone et urso/
mortis triduũ de q̃º· ca· 136· p· 4· oĩa ista exº sit nobis
q͛ oportebat tradi xp̄m ĩ maĩbꝰ peccatorꝝ/ et crucifigi
et 3ª die resurgere· luc· ultimo sic pdixeras osee· 6· uiuifi
cabit nos post duos dies/ et 3ª die suscitabit nos ad
uitam nouã grẽ· sequenti q3 dñm p ɔtinuitatẽ sancte
uite implentes/ qd̃ monet apl̃s/ si ɔsurrexistis cũ xp̄o
q̃ sursũ sũt querite ubi xp̄s ẽ in dextera dei patris col· 3· q̃
sursũ sunt capite ·i· celestia nobis sapiat nõ q̃ sup terrã
q̃ recidiuũ pcc̃i/ recordamĩ qualr̃ loqutꝰ ẽ nob̃ cũ
ad huc ĩ galilea ẽẽt· d· q͛ oz filiũ hoĩs tradi ĩ manꝰ hoĩũ
peccatorꝝ et crucifigi et 3ª die resurgere· et cito eũ di di
eiꝰ et petꝰ q͛ resurrex· amor· et ecce pcedet uos in ga
lilea ibi eũ uide·/ sic pdix̃· nobis/ beda/ mulieres nũtiã
aplis nũciare uitaz resurgentẽ/ q͛ p mulierẽ mors
fuũt nũciata/ et recordate sunt uerborꝝ eiꝰ· et exie
rũt cito de monumẽto ·i· de scepta orti in quo erat mo
numẽtũ/ cũ timore et magno gaudio/ Jõ de miraculi mag
tudiẽ timebant/ de desiderata refrexiõe gaudebant qd̃
aũt marcus ait eas nemini qcq̃ dixisse de angelis uel
ñ de custodibꝰ intelligendũ/ ¶ cucurrit g͛º magdalena/
su· et uenit ad simonem petrũ et ad aliũ discipl̃z/ quem
diligebat yh̃s et dic̃ eis tulerũt dñz meũ de monumẽ
to et nescio ubi posuerunt eũ/ augꝰ/ de con· euangelistarum
erat eñ maria magdalena/ cetis mulieribꝰ feruẽtior
uiñ et solã eam commemorat· Jo· uerisĩ aliis tacitis/ que
cũ ipã fuerũt et uõ q͛ alienationẽ mentis patit͛ ɔdaz
stupore aut nimio amore· refrexiõez dñi nũciare de
buit/ et anglica oblita mandati dñz ait sublatum·
exiyt g͛º petrus et ille aliꝰ disci· et uenerũt ad monu
mẽtũ· ꝟ literaz/ ad monumẽtũ currũt/ q̃ p aliis feruẽ
bant/ ¶ iustice/ petrꝰ/ antiqor/ gentiles/ Johes iudeorꝝ
ppl̃z designat· ɔtum eñ ad statũ mũdi gentiles sẽ
antiquiores· q͛ et ex ipis iudei pcesserunt· geñ· 9·
egredere de tr̃a tua· simĩ aũt currebant nãli desi
derio uel iudei p legem scripture/ gentiles p legem
nr̃e ad btitudiẽz et ueritatis ɔgnitionez quã oẽs homĩes
adipisci desiderant· et ille aliꝰ disci· pcuc· cito petro·
et ue· pꝰs ad monumẽtũ ·i· scripturaz xp̄m intra se ĩ
star monumẽti ɔtinẽtem/ et cum inclinasse se uigo
legis· d· ex̃ 24· oĩa queciiq3 pcepit dñs faciemꝰ· uid͛·
positam linteamina figuras quasdam oĩuz misteriorꝝ
ẽ 2ª· cor· 3º· nõ tñ intrauit/ q͛ aduersitatis ɔgnicõez
nõ pueñt· Venit g͛º symõ petrus/ sequens eũ/ q͛ gẽ
tiles ad xp̄m ɔuersi/ uenerant in aliã ecc̃laz ɔgregã
di· s3 in synagogaz ĩ fendi· ro· xi· et introiuit ĩ mo
nu/ ꝟ liãz ꝓ fuauit petro/ priorem ingressũ/ ppter re
uerentiaz iustice aũt introiuit p spũalem intelli
gentiam/ et uidit linteamina posita et sudariũ
qd̃ fuit super caput eiꝰ/ s3 sepatũ in uolutũ ĩ unũ
locũ/ 2m lr̃am fuit circa euangelistam tñ pciose ista distinguere

m̃t. 16.
c. 28.
16 p 6.
l. 24.
m̃t. 28.
mulier altari assistit
Qr̃ nõ flectimꝰ genua pꝰ 22 dies
hõ iustꝰ ẽ domꝰ dei
x 21 h...
petꝰ feruentior
Joẽ dulcior

c 13

in argumentum uere resurrexionis si eum aliq corpus eius trans
tulisset uel furati fuisset. neque corpus denudasset nec suda
rium reuolutum seposuissent / mistice aut per sudarium
s. gre. quo solet tergi sudor laborantium pot exprimi x labor
bum gre. sudarium seorsum inuenitur quia redemptoris passio lo
ge amra distincta e ipse. n. sine culpa ptulit nos n. cum
culpa / tunc gre. introiuit ille discipulus qui uenit prius
ad monumentum. et uidit et credidit s. augustinus qd dixat
s. magdalena corpus s. ee sublatum / no aut credidit resur
rexisse. Vn se. nondum n. sciebat scripturas quia opporteret
eum amortuis resurgere / crisostomus aut expoit eum credidisse re
surrexionem xpi et qm prius quare no prius credidit posit
/ quia nondum re. / abierunt gre. discipuli ad semet ipsos. au
gustinus. i. ad locum ubi habitabant 3a p d planctu magd.
2. i a apparitione xpi

Jo. 20.

Maria aut magdalena de qua eiecerat 7. demo
nia stabat ad monumentum fo. plo. origines. Vide
amor eius stabat / et quia plorabat / prosit nobis illius
stare. prosit nobis illius plorare. amor faciebat eam stare
dolor cogebat eam plorare / stabat gre. si forte uideret
eum quem amabat stabat cum unguentis ut sicut aut pe
des ita et nunc totum corpus perunguerent. et sicut ad pedes lac
mas fuderat ita et nunc lacrimas funderet. et primum
quidem fecit pro morte anime sue 2m pro morte magri sui.
pe. et johes timuerunt et non steterunt. Maria autem
stabat / quia nil timebat. xpo n. amisso nil sibi super ee
putabat qd posset timeat. perdiderat uitam anime sue. etiam
melius arbitrabatur mori quam uiuere quia forsitan mortua
ueniret eum sine quo uiuere non ualebat / plorabat aut
quia dolor eius renouatus erat. primi fuit cum doloris quia ui
uum perdiderat. s. de isto dolore aliquantulum consolationem
habebat quia mortuum se tenere putabat nunc aut de isto dolore con
solari non poterat / quia nec corpus defuncti no inueniebat uel
sic metuebat minus ne amor x i sui pectore refrigesceret
quo uiso recalescerent. cum gre. fleret incli. se et prospexit in
mon / amor hoc facit i aio ut semper uelit habere amatum
presentem ad minus in memoriam / si no pot in re. ad extrem
dam gre. memoria incliniauit se re. / et uidit duos anglos
i alb. sedentes unum ad caput et unum ad pedes ubi posi
tum fuit corpus yhu. origenes / o maria / multam consolationem
inuenisti. beate lacrime tue / quibus melius t contingunt quam spera
bas. querebas unum et duos inuenisti / querebas hominem et
anglos inuenisti / querebas mortuum et repisti uiuos q
inde intur de te curam habere / ille quem queris nec inuenis
uidetur te negligere nec de lacrimis tuis curare. uocas n.
illum et no audit. oras cum lacrimis / et no exaudit querens
illum et no inuenis. pulsas et non aperit sequeris eum / et fugit
ate / heu quomodo mutata e res i breui. olim n. te diligebat
olim a pharisaeo te deffendebat et a sorore tua te dulciter
excusabat / et discipulorum contra te fremitum dissipabat olim
laudabat te / quando pedes eius unguento unguebas et la
crimis rigabas. dolorem tuum miscebat et peccata tua dimit
tebat. olim uocabat te / cum no adesses. o inquit martha
ad e / et uocat te. tecum contristatus e / tecum lacrimatus e. Di
cunt ei illi / mulier quid ploras ait illa s augustinus in
amoris intentionem multiplicans inquisitionis / respondent
ait origines dolor qualis e ista consola. onerosi sunt isti con
solatores mei / quero creatorem / et grauius e in admiran
dum omnis creatura. nolo anglos uidere. nolo cum eis ma
nere quia possunt dolorem meum augere no possunt minuere

deinque no quero anglos. s. eorum creatorem et dnm. Dicit eis tulerunt
dnm meum. quem solum quero / q solus me consolari pot. q solus in peccata
dimisit. cui soli peccaui et postea multum dilexi / et nescio ubi
posuerunt eum. heu me miseram quid agam. quo ibo. quo abiit di
lectus meus. quesiui illum et no inueni. effundite lacrimas oc
culi mei plorate et nolite cessare. Ambulate pedes mei discurrite
et nolite quiescere heu quo abiit gaudium meum. ubi latet amor
meus. Vbi e dulcedo mea. cur dereliquisti me salus mea angustie
sunt in undique. et quid eligam ignoro recedere amonumento
mors mea e si eum recesso i felix quo uadam. et ubi requiram
manere aut admonumentum irremediabilis e mi dolor. melius
aut e mi sepulcrum dni mei custodire quam abeo longius abire. sta
bo et hic moriar ergo beatus erit spus meus qui statim egrediens
poterit ingredi domum dni mei. et quam beatum erit corpus meum si sepul
tum fuerit iuxta magistrum meum. corpus meum semper fuit in labor
et dolor. sepulcrum dni mei erit mi requies / et honor / heu
me i felicem / quia tunc no prospexi quia tunc no steti. prohdolor ego
uolui seruare legem et dimisi dnm legis. ego legi obediui et
dnm legis no custodiui. quamuis cum eo manere non sit legem
soluere s. ad implere / pascha eum ab isto deffuncto no contaminatur
s. renouatur. mortuus iste no potuit inmundos s. i mundos
purgat. exiit n. uirtus de illo q sanat os. hec cum dixisset
conuersa e retrorsum. querit crisostomus cur non expectaunt
eorum responsum s. conuersa e retrorsum. cum admirans homines inlte
reuerenter appareret. dic quia dum mara illa diceret / xps ad
uenit cui angli reuerenter exibentes assurrexerunt. quod
magdalena admirans conuersa e retrorsum / ut uideret ad
quod assurrexerunt. Vn luc. anglos stantes comemorat uidit
yhm et nesciebat quia yhs e. dic ei yhs. mulier quid ploras
quem queris. gre. interrogatur ab ea cum doloris ut augeatur
desiderium amoris quatinus cum narrat quem quereret i amore
ardentius estuaret / illa existimans quia ortulanus esset / sciebat
at eum quia custodes exitu uim fugerant et nullum circa illa
loca occupari. n. cum q eorum custos erat ut ait gre. dicit
dnm ei dne / dnm eum uocat / ut captet beniuolentiam
si tu sustulisti eum / dic mi / considera quanto ardore amat. si inquit
substulisti eum / quem tu m qr. cum de nullo feceris mentionem
ad quem facias relationem; glo. no dic. quem s. eum. quia hoc solet
gerere in aio uis amoris / ut quem semper cogitat nullum alium
ignorare credat i ceat. n. ei. m faloi hec cogitatio propter reue
rentiam fecisti. posuerunt eum i monumento hoc / quia erat prope cruce
at post reuertit opinari tempus ortolanus iste me preuenit orti
purgauit. crucifixi corpus posuit ut ex ortum abiceret
de monumento tulit io. ei ait si tu su. eum re. / orig. quomodo
magdalena no cognoscis yhm. mortuum queris et uiuum non
agnoscas / ps. forte magister tuus abscondit se ate. quia queris
uiuentem cum mortuis. s. pie yhu excusabitur tue dulcis ut
magdalena. quia cor ipsius tantus dolor inuaserat de morte
tua / ut no pot sperare de resurrectione tua. denique cum posuit
i monumento corpus tuum coniunctum ibi sepeliunt spm suum. et ubi
perdidit corpus tuum perdidit simul et spm suum quod gre. mirum dne
yhu / si te no agnoscebat q spm non habebat quod te agnoscere
debebat s. tu q illum hs i tua potestate / redde illi spm suum. et
hoc natalie nunciari iussit/ existimans illa quod
tormenta fugisset. hostium clausit dicens non
contingat me loqui illi ori quod deum
negavit. Omnis quis te separavit a sanctis quis
te seduxit recedere a conventu pacis. heu me
non est michi concessum ut vocer uxor martiris
sed transgressoris. hec audiens adrianus ex
ultabat et ait. ne tristeris non egi tormenta
sed veni te vocare sicut promisi ut presens sis me
passioni. At illa non credens dicebat vide
quomodo te seducit transgressor. quomodo mentitur
alter iudas. Ille vero ait. cito expedias. ne
ceteri martires qui pro me fide iusserunt mea
tormenta sustineant. ne postea lugeas quod mecum
non interfuisti passioni. tunc illa aperuit et sibi
invicem prostrati cum lacrimis sunt abierunt ad car
cerem. discurrens autem natalia per singulos mar
tires eorum putrida preciosis lintheaminibus
extergebat. Cumque statuta hora ad suppli
cium qui ire non poterant veherentur a
drianus vinctis retro manibus sequebatur
et cum caveret imperator ne putrefacti ante prepa
rata tormenta subito morerentur. adrianus
aculeum sibi portans presentatur/ et in confessione
christi permanens. a iiii militibus duris lignis
gravissime verberatur. et iterum usque ad effusi
onem viscerum lamatur./ postea in ligno extensus
in carcere clauditur/ erat autem iuvenis delicatus
annorum 28. beata autem natalia cum quantum poterat confortabat/

/audiens autem imperator quod multe matrone martiribus sedu
le ministrarent prohibuit eas intrare. Natalia vero
se tondens et in virili habitu ministravit/ quod exemplum mul
te secute sunt. quod audiens imperator iussit incudem
afferri ut crurifragio perirent/ timens autem Natalia gra
cia ne adrianus aliorum cruciatibus terreretur impetra
vit ut ab eo carnifices inchoarent/ et sic abscisis
pedibus et fractis cruribus rogabat natalia ut
et manus precidi sibi pateretur ut aliis sanctis qui
plura passi fuerant compar esset/ et cum spiritum reddi
disset ceteri ultro se offerentes cum fortiter pas
si migraverunt ad dominum. Cum non iussu cesaris
in fornacem corpora iacerentur. factus est terremotus
et tempestas suborta. ita ut ministrorum multi
fugerent/ multi quoque expirarent/ nullies
vero extincto igne/ illesa corpora rapuerunt./ Et
bisancium transvexerunt/ donec reddita pace
ecclesie veherent. Natalia vero domi mansit habens
adriani manum/ quam solacium vite sue. et a quodam
tribuno rogaretur cesar ut eam sibi daret uxo
rem. illaque oraret ne contaminaretur cum obdormis
set monetur a quodam martire. ut ad locum suorum
corporum vadat. et ait quod adrianus staret primus
omnium autem christianorum/ ascendit igitur cum multis christianis fugi
entibus naviculam/ solam secum ferens adriani manum
Tribunus autem cum multis militibus eam sequens a contra
rio exturbatus non nullis perentibus vix evasit
in fantastica quoque navi nauclerus demon apparuit
monens navigaret aliter ut periret/ sanctis vero
adrianus eis apparens ut sic prius navigarent
docuit/ et cum ante diem bizancium appulissent
et ad domum sanctorum martirum intrassent. natalie
post orationem obdormienti adrianus apparuit et pro
prium exitum nunciavit./ que evigilans cum aliis
nunciasset in pace quievit. at iuxta martires se
pulta est 34a de sanctis simplicio faustino et beatrice

Simplicius et faustinus //
Rome pro christo multa supplicia sustinu
erunt. et tandem capite cesi saxo alliga
ti in tyberim proiecti sunt/ quos nobilis virgo bea
trix/ eorum germana cum presbiteris et aliis christianis le
vavit ac sepelivit./ Lucrecius autem beatri
cis ac martirum predium ambiens tenere eam fecit
ut ydolis immolaret/ et tentam fecit nocte in carcere
suffocari/ quam sancta lucina cum fratribus sepelivit
post hoc lucrecius/ amicis suis convivium parat.
et in medio convivio a puero audit lactente/ lucreci
occidisti et invasisti/ ecce datus es in possessione ini
mici. statim ille timens ac tremens a demone
arripitur. et per iii horas vexatus est ut ipso in convi
vio moreretur. omnes vero qui aderant conversi sunt
35a de sancta xpina

Xpina filia urbani magistri militum infan
tula xii annorum/ nimis decora/ in excel
sa turri locatur in tyro ytalie cum
latum nullum ut a nullo videatur/ xii sibi so
ciatis puellis/ ubique ydola varia ponuntur/ quibus
sacrificare nolens per fenestram celum et stellas
aspiciens cum lacrimis orabat/ sed pater ab aliis accu
sata est. quod alienum deum coleret/ a patre non correpta ait.
se deo celi sacrificium oblaturam. et in cubiculum
secedens cum lacrimis orationem obtulit. pater autem ydolis
offerre velle putavit. illa itaque post orationem ab angelo

a confortata panem candidum vidit quem percepit ab angelo
benedictum. quia iam xii diebus non gustasset panem,
deinde fregit ydola argentea et dedit pauperibus
propter quod fecit eam pater in plateis cedi, deinde ligatam in car/
cere includi. alia die sedens pro tribunali nolentem sa/
crificare iussit expoliari et tenera eius membra cru/
ciari donec xii viri defficerent, deinde in rota torque/
retur supposita flamma. Illa vero orante flamma m.d. /
viros interemit. puellam vero que in lecto pausabat
angeli confortabant, et remissa est ad carcerem
angeli paradisum paraverunt et sanam restituerunt.
Postea pater eam iussit cum saxo in mare precipitari, sed
angeli cum ea super mare ambulabant. Ipsa vero
impetravit in illis aquis recipere baptismum ca/
racterem. oratione facta quod super eam nube lucida vidit
Christum gloriam et super caput suum coronam ac stolam
purpuream. completa autem oratione remissa est ad carce/
rem. Pater autem eius nocte adeo percussus multis
cruciatibus periit. Postea Dyo, putatam sibi et sa/
crificare nolentem iussit virgis cedi. Deinde in
fervente oleum pice et ... (?) nolutari. Deinde capite
radi et per urbem exponi, alia vice ducta ad templum
apollinis mandavit ydolo ad se exire, quod et fecit.
Deinde iussit in cinerem redigi, propter quod x.3000 viri
conversi sunt. Iudex autem angustiatus in semetipso
mortuus est. Tertius iudex Julianus advenit et in for/
nacem tribus diebus accensam misit, ubi quinque
diebus cum angelis in divinis laudibus fuit. Deinde
iussit serpentes sibi inmitti, et illi applaudebant
et conspectu instigarentur, ipsum interfecerunt, sed
ab ea suscitatus est qui deo eius gratias egit.
Deinde mamillis sibi precisis, lac fluxit pro sanguine.
Linguam quoque deum laudantem et tandem argente (?)
iubetur precari (?). Illa vero oravit suum finiri mar/
tirium et facta est vox de celo: pro deo aperti sunt tibi celi
et omnis cetus iustorum videndi propter te deum, et iterum
sta viri. Christiana coronam accipe et bravium confessi/
onis tue. Julianus autem linguam ei precidi citius
iussit, quam illa in faciem eius iecit et oculum percuti/
ens excecavit. Tyrannus vero eam ii sagittis
una per cor, altera per lattera transfigi iussit.
Quidam autem de genere eius qui per eam in Christum credide/
rat sepelivit eam. 36 p de sanctis cucufato et felice

Cucufatus ex nobilissimis
et ditissimis parentibus ex scilitane civi/
tate, et felice eius illustri eiusdem civi/
tatis cesaream maritimam civitatem cum studio
pexit, atque fidelium persecutionem in oriente sensisset,
cum variis mercibus occidentali plage se transtulerat
quibus in pauperes distributis multisque secreto
instructis tandem Christum publice confitentur. Felix ergo
ad Gerundensem civitatem se transferens marti/
rio coronatus est. Cucufatus in Barcilona civi/
tate populosa remansit, miraculis et doctrina po/
lens. quod audiens proconsul graviter eum torqueri
fecit a xii militibus ita ut intestina disrupto
corpore fluxerunt. Ipse autem oravit dominum ut pro/
consul si non esset convertendus periret, et ut suam
ostenderet dominus super incredulos potestatem. Tunc mi/
lites excecati sunt. Proconsul vero cum ydolis repen/
te consumptus. Omnis autem populus laudabat deum dicentes
tu es verus deus quem sequitur Cucufatus. adorat. Maximianus
ista audiens iussit eum ad se trahi cum pede cathenarum.

Ille vero super craticulam positus orabat. Exaudi deus iusti/
ciam meam etc. et cum complesset psalmum sanatus est.
Deinde cardis ferreis in stiris et aliis instrumentis
cesus oravit ut prius et consilium cadem maximianus
passus est. tunc omnis populus conversus laudabat deum
christianorum. Rufinus autem qui civitatis pocior
videbatur caput amputari iussit, quem christiani cum
aromatibus sepelierunt. 37 de sancto theodoro

Theodorus miles ex civitate amasia
helesponti succendit nocte diane tem/
plum, quem preses fortiter cedi fecit.
Qui illius autem in carcere includebatur a spiritu sancto
et a Christo confortatus est. Angeli quoque cum ipso
psallebant, quos audientes custodes carceris
et putantes esse christianos qui ad eum introissent,
et invenientes hostium clausum et martirem
solum in ligno extensum conversi sunt. Deinde cru/
deliter radditur donec interiora paterent.
Ipse vero aiebat tunc: Benedicam dominum in omni
tempore etc. Eo postea in ignem proiecto quidem ce/
si odor exibat suavissime in tota civitate fra/
grans. Circumstantes quoque super eum apertum celum
viderunt et vocem audierunt: theodore veni de/
intra in gaudium domini tui. et continuo emisit
spiritum. Eusebia vero nobilis matrona sepe/
livit corpus eius. 38 p de sancto pataleone

Pantaleo puer medicinam audiens in ni/
comedia, dum ad palatium duceretur
ab omnibus laudabatur propter speciem suam. qua/
dam quoque die vidit eum hermolaus in domo sua
cum aliis christianis et mores eius aspiciens bene com/
positos ad se vocavit ac de multis inquirens
monuit fieri christianum, promittens ei quod in
Christi nomine egrotos sanaret infirmos. conforta/
tus igitur vidit puerum a serpente ligatum
et oravit dominum ut serpens creparet, et pu/
er evaderet, quod et factum est. Baptizatus
autem percepit a patre suo eustorgio senatore
cum quidam deorum semper starent, quod semper
sederent. Cum pater ait: Rem difficilem quesivi/
sti, respondere non valeo. et extunc cepit du/
bitare et ydolis non sacrificare. Omnes ad se ex
diversis civitatibus ductos infirmos curabat.
Ceteri autem medici accusaverunt eum quod Christi/
anum curasset. Curatus quoque a cecitate et
se christianum et ab ipso curatum confessus est,
propter quod decolatus est. Pantaleo autem data
pecunia eum sepeliri fecit. Deinde maximiano
presentatus precepit ut paraliticus adduceretur, et ille
deorum ... (?) cum invocatione sanabitur. Cum non
sacerdotes ydolorum nil oratione proficeret, o/
rante pataleone statim sanatus est. tunc mul/
tis credentibus sacerdotes cum medicis a plurimis
fremebant in eum. Post hec in aculeo torquetur
et sartagine frigitur, cum saxo in mare mer/
gitur, sed ad litus portatus in rota ponitur que
statim duos paganos occidit. Demum decapitatur
licet gladius ad primum ictum quasi cera plicatus
fuit. 39 de sancta lucia

Lucia virgo urbica fuit, sed rapta ab
antecia barbarorum rege ait illi noli
in me manum inferre, quia magnum habeo sponsum
qui statim vindicet iniuriam meam. et deus de celo potens

trit⁹ ille statim cubiculum ei separatum fieri iussit
et ad obsequium puellas dedit. Ieiuniis g° ora
bat deum vt nil mali regi contingeret. Intellexitque
rex se in bellis ei⁹ oronibus deffensari. Ideo
iam ampli⁹ quasi uxorem venerabatur. post annos
xx in sompnis ei percipitur. vt romam reddeat mar
tirium susceptura. quod cum regi nunciasset. ille ait
deffensatricem pro hic manere non expedit. tes
pertam. cum g° ad martirium illa tracta fuisset
anteia se xpianum confitens vitam gladio sponte
obtulit. secumque coronam obtinuit

~~De s. marcello papa cum victorino et aliis~~

Marcellini tempore tanta fuit persecucio
in ecclesia vt infra xxx dies per diuersas
prouincias. vtriusque sex⁹ 1200 hominum
martirio coronarentur. tunc et marcellin⁹
ductus est ut turificaret. quod et fecit. Sed post
paucos dies penitencia duct⁹ pro fide
xpi. cum claudio et cyrino capite truncat⁹
est. quorum corpora iussu diocliciani ad ter
rorem xpianorum xxxvj dieb⁹ in platea iacue
runt. exinde collegit ea marcell⁹ pbr cum pbris
et diaconib⁹. et cum xpianis seppeliunt. Victo
rin⁹ mediolan. a primeua etate xpianus cum
esset in castris imperialib⁹ compellente maxia
no cum sacrificare nollet. primo grauiter fusti
b⁹ cesus est. sed doloris expers. deinde liquefacto plum
bo perfusus et illesus nouissime capitis trun
catione compleuit martirium. Apud tirum
tot martires tormentis succedentib⁹ co
ronatur. quorum numerum solus deus scit. colligunt
primum quidem per omne corpus flagris dilaniati
sunt. deinde diuersis bestiarum generib⁹ tradi
sed diuinitus custoditi. postea adita feri
tate ignis et ferri martirio consummati sunt
horum gloriosam multitudinem excitabant
ad martirium. tyrapn⁹ et siluan⁹ sed et
peleus et nil⁹ epi zenob⁹ quoque pbr
cum eis coronati sunt.

~~De s. ciriaco cum sociis~~

Maximian⁹ diocleciano placere
uolens. ut termas in ei⁹ nomine
hedificaret. xpianos ad arenam fodi
endam lapides quoque portandos coegit. trason
autem diues. ciriacum. sisinnium. largum
et smaragdum. victum eis ministrabat. quod
audiens marcell⁹ papa ciriacum et duos
predictos diacones ordinauit. qui cum victum de
ferrent detenti in carcere positi sunt. ma
ximian⁹ autem iussit. ut in custodia terram
foderent. ipsa autem iuuabat in portando
terram. Saturninum senem quod audiens ma
ximian⁹. sisinnium sibi presentari fecit. et cum
sacrificare noluisset in carcere vij dieb⁹
posit⁹ est. deinde cum apiniano ad tribunal du
ceretur. subito lux de celo venit. et de
luce vox. Venite benedicti patris mei. tunc api
nian⁹ cometariensis tremefact⁹ ad pedes
sisinnij cecidit et ab ipso baptizat⁹ secum ad
prefectum venit et clamans ait. quid nos
coartat dyabol⁹ in seruos dei. tanta mala ex
cere. et xpianitatem professus ait. Ve michi quia
dies meos perdidi. prefect⁹ dixit. Vere modo
dies tuos perdes. Iussitque eum decollari. sisi
nium vero et saturninum in carcere recludi
ad quos multi pagani venientes baptizabantur.
Adducti sunt autem postea coram prefecto. claudio
inimico suo. qui iussit afferri tripodam vt sacri
ficarent. Et saturnin⁹ ait. conteratur eam dominus genitum
et continuo soluta est tripoda enea velud lutum.
Tunc papias et Maur⁹ clamauerunt. Magnus
est deus yhs xps. tunc prefect⁹ autem iussit eorum
ora lapidib⁹ tundi. eisque in carcere trusis. sanctos
in eculeo leuari. et flammas laterib⁹ eorum apponi.
Illi non cum neruis atraherentur. scorpionib⁹ cede
rentur. gratias agentes. capite truncati sunt quos
trason cum Iohanne pbro seppeliunt. ~~Cum vero de ciriaco facta esset oblivio~~. Post xij dies
Papiam et Maurum fecit fustib⁹ cedi. quibus
nichil dicentib⁹. nisi xpe adiuua seruos tuos. a
pauimento eleuati cum plumbatis cederentur.
emiserunt spiritum. quos Iohannes pbr seppeliunt.
Cum vero de ciriacho facta esset obliuio multos
cecos illuminabat. et infirmos curabat.
Cepit autem arthemia diocleciani filia a
demone uexari et clamabat demon. nisi veniat
ciriachus non exeam. Ille uero a patre rogatus
intrans ad eam ait. in nomine ihu xpi Immunde spiritus
exi. Si uis me exire da michi vas in quod intrem.
Cui ciriach⁹ ait. corpus meum si potes ingredere
qui respondit non possum. quia vndique est signatum
Ciriaco g° eum urgente clamauit. si exire me
facias te apud persas venire faciam. eiecto itaque demo
ne arthemia baptizata est. presente serena matre
ei⁹. que et monebat eam xpianam religionem
diligere. Dioclicianus autem ad ciriacum ...
habitum eique domum dedit. Post paucum autem
tempus misit Sapor rex persarum ad dioclicianum
vt mitteret sibi Ciriachum. quia filia sua a demo
ne vexabatur. qui rogatus a serena augusta iuit
cum largo et smaragdo et clamauit demon
vt quid ciriace fatigatus es. qui respondit. non
sum fatigatus. sed gubernatus. et demon ait. ego
tamen te perduxi. quo volui. Ille autem nomine ihu
xpi mandauit ei exire. demon vero exiens
clamabat in aere. O nomen terribile quod coartat
exire. baptizata est autem puella et omnes affines
ei⁹. Ipse quoque rex cum populo. qui et multa
ciriaco obtulit. Ipse vero nichil preter
panem et aquam quib⁹ socii vescebantur acce
pit. post dies vero 44. reuersi sunt et honori
fice a diocleciano suscepti. Post autem mor
tem maximian⁹ filius ei⁹ propter arthemiam soro
rem suam Ciriacum in carcere trudi iussit. de
inde ante se in die processionis sue cathenis ligatum
tum trahi. Tunc venit ad eum marcell⁹ eps. dicens
pietati tue suggero. quare trudes seruos
dei. qui pro te perpetua orant. Ille non irat⁹ ius
sit eum fustib⁹ cedi. et a conspectu suo expel
li. Carpasio vero vicario iussit ciriachum
diuersis punire suppliciis. qui sibi presentari
fecit sanctos dei. ciriachum. largum. smaragdum
et crescencianum. quib⁹ libare nolentib⁹ in caput
ciriachi picem liquatam infundi precepit. Cre
scencium in eculeo suspendi. et diu atteretur
neruis et fustib⁹ vngulis raderetur et flammis
in laterib⁹ ureretur. emisit spiritum. quem Iohan
nes pbr seppeliunt. Post dies autem iij iussit
Ciriachum in catasta extendi neruis atrahi

in fustibus cedi. Et cum nunciasset maximiano quod exacerat in dei famulos, iussit ille ceteros qui in custodia erant cum ciriaco capite plecti, quos Iohannes presbiter sepelivit. Iussit autem arthemiam mitti. Post dies autem octo veniens marcellus episcopus et beata lucina condivit cum aromatibus sanctorum corpora et posuit in predio suo. Pannonie cum eunuchis suis translata sunt autem cum beato Ciriaco via hostiensi. Audiens quoque maximianus quod sancta lucina suas facultates donasset ecclesie, eam proscriptione dampnavit. Que sanctum marcellum rogavit ut domum eius ecclesiam consecraret. Audiens autem maximianus quod marcellus ibi missas frequenter celebraret, iussit in eadem ecclesia, platas etiam ad animalia catabuli publici et eas ad serviendum animalibus deputavit cum custodia publica. Ubi multis annis serviens animus cilicio in pace quievit cuius corpus Iohannes presbiter cum beata lucina sepelivit. Cum tandem audisset carpasius maximianum sibi placatum impetravit ab eo domum beati Ciriaci, ubi cum invenisset baptisterium christianorum balneum inde fecit. Qui christi fidem deridens ubi quoque inhonesta et turpia fieri permittebat. Quadam autem die ipso cum multis sceleratis de balneo exeunte subito corruerunt et mortui sunt. Et tunc clauserunt balneum. Et fortiter timor dei in illo loco a. 92 p de s. genesio

Genesius ioculator volens diocliciano ludum exibere de observancia christiane religionis in hec verba prorupit: Quod egrotus decubans. Eya me gravem sentio levius fieri volo. Respondentibus aliis: Et quomodo te levem faciemus, nunquid fabri sumus et ad fusinam te missuri sumus? Hiis verbis populo in risum excitato, genasius ait: Vestram christianus desidero mori. Quare inquiunt. Quibus ille: Ut in die illa velut fugitivus inveniar. Hec diocicianus audiens risum continere non potuit. Tunc sicut ordinatum fuerat intrare faciunt exorcistam et presbiterum qui iuxta lectum sedentes dixerunt: Quid ad nos misisti filiole? At ille iam non ficte sed puro corde respondit: Quia christi graciam consequi cupio. Cumque sacrorum misteria complessent et vestibus albis esset indutus, qui per ludum a militibus raptus, qui exiandus imperatori sistitur ubi taliter concionatus est: Audi me imperator et omnis exercitus et philosophus huius urbis huius. Ego semper christianum nomen exorrui et eorum secreta quesivi non ut crederem sed ut deriderem. Mox vero ut me nuda aqua perfudit et interrogatus credere me respondit. Vidi super me manum venientibus de celo, et angelos dei flameo radiantes aspectu iuxta stantes qui omnia facinora mea in libro scripta recitantes dixerunt aqua omnia esse deleta. Cumque baptizatus fuissem simul et liber ille nunc candidior factus ita ut nec littere vestigium ibi appareret. Suasitque gentis secum errores deserere. Sic dum placere terestri regi studium celesti complacui et risum omnibus volens inducere angelis gaudium feci. Iratus autem imperator iussit fortissime eum torqueri. Et post multa martiria capite truncari.

93 p de sanctis iuliano et basilissa

Iulianus vovit deo virginitatem et cum esset annorum 18 parentibus nobilissimis antiochenus inducebatur ut uxorem acciperet et cum inducias vii dierum accepisset apparuit ei angelus. Nupcias sponsam virginitatis socia affutura. Consentit igitur ille et sponsa ei confertur equalis gracie, et eligitur basilissa. Celebratis solempniis, veniens cum coniuge in trat cubiculum. Mistisque est magnum rosas ibi venacere cum foliis yemali tempore. Atque iuliano sensit ea fragrancia ita refertam ut horreret thori societatem. Cui Iulianus ait: Odor iste quem sentis non est temporis sed Christi qui est amator castitatis quam eam servantibus eterna premia reddit. Illa non respondit et quod melior vita est per virginitatem servando eternam acquirere vitam. Sicque virginitatis socii facti sunt. Apparuit etiam eis tunc christus cum multitudine candidatorum et ex regione gloriosa virgo maria cum multitudine virginum et eos benignissime confortans consolati sunt. Convertentes exinde innumerabilem populi multitudinem. Et tandem imminente diocleciani persecucione oraverunt ne aliquis eorum amitterent. Basilisse autem revelatum est quod ea omnes perderet et quod triticum per ea seminatum colligeret. Iulianus vero ut bonus athleta pugnabit et vincet. In oratione denique constituta vidit coram circiter xv virginum cum clamitibus niveis tenentem crucem atque dicentem. Hoc videntes accepimus ut tecum regem domini adveniremus et ecce expectamus te ut nos deo offeras quod Iuliano retulit. Illisque in oratione persistentibus emisit spiritum. Iulianus autem ea sepulta cum multis clericis et aliis in remoto loco serviebat invalescente persecucione. Advenienti autem ad locum assessori domini respondit propter quod ceteris inibi combustis solus ipse servatus est. Hanc igitur graciam illi loco contulit deus ut ceteris ibi temporibus psallencium audiantur voces et quicumque audiunt a suis infirmitatibus liberentur. Iulianus vero dum cruciaretur et unus ministrorum oculum amitteret ipsum sanavit quem sacerdotes ydolorum curare non poterant. Quo precibus eius ydola comminuta fuere. Clamavit autem quidam qui sanus factus fuerat: Verus deus christus est. Solus quoque colendus propter quod gladio statim percussus est. Postea cum ferro omnibus per civitatem duceretur filius unicus presidis vidit multitudinem albatorum cum eo loquentem ponentemque super caput eius gemmatamque coronam cuius splendore lux aeris superabat. Quod narrans sociis ait: Tali domino servire dignum est. Curresque ad locum martirii dicebat se eum cognoscere patrem, cuius vero suum genitorem hostem, iuratum certi et mandant propinqui ut a Iuliano cum eis separetur. Sed affuit dei virtus qua abstrahencium brachia continuo siccabantur. Preses autem adveniente coniuge lacerantis crinibus cum familia Iuliano ait: O crudelem dolorem parentum aspice et planctum familie cum tenerum nexas illiciatis carminibus genitorem affectum, respondit Iulianus: Ecce ad eum

C 169

extenuatus modo meam credendo cruciatus ipse videat / tunc celsus puer ait: de spinis rose nascuntur nec rosa odorem nec frutex amittit acu-
leum. ego pro mundo vos tamquam vales sentes ab-
nego et per temporalem mortem eternam vitam
acquiro. Jussi sunt ergo in carceris ima de-
trudi. ubi postquam dampnatorum unces defluxerant
sed facta divinitus luce ac loco mundato
qui xx milites conversi sunt. vii quoque fratres prima-
rii filii ex privilegio imperatorum in xpi lege vive-
bant cum sacerdote / qui eis divina misteria
ministrabant. quibus in visione visum est ut
sic se sociaret dictus cum fratribus quia non
splendet aurum nisi manu artificis elabora-
tum. Imperator vero cum hoc sibi innotuisset
singulos in singulis vasis pice et lino plenis
poni fecit. celsus autem patrem rogavit ut si
triduo premium rogaret separaret / cum matre se-
cretius posset habere colloquium. quod ei concessit.
hic ergo in totidem vasis positi psallebat transi-
vimus per ignem et aquam etc. conversa postea
Marcella celsi mater et reliquis diversis
penis receptis martirio coronata est

ccc. p de sancto felice /

Felix socius circumfatur cum in gerunda
xpistianum confiteretur jussus est graviter
torqueri / at ille psallebat probasti
domine cor meum et visitasti nocte igitur tunc
jussus est convinctus ferro in squalido loco poni
ut fame et siti tabesceret / deinde ab indomitis
mulis per civitatem trahi donec totum
corpus dispergeretur. putatus pro mortuo ab oratorio
illa convenit et denuo ungulatur a tercia
usque ad vesperam. sed deo protegente do-
lorem non senciebat. deinde in mare demer-
gitur ligatis post terga manibus sed solutis
vinculis super mare ambulavit. Iterum
ungulatur usque ad ossa et longo itinere
fatigatus in genua spiritum celo dedit

ccc. p de sancto demetrio

Demetrius annunciator bonus et doctor
xpisti / sponte se manifestavit apud
thessalonicam / hic sane clarissimo
genere ortus post carceris excepcionis officio primo mi-
litavit deinde proconsul effectus prefecturam
tocius illirici a maxiano accepit / et putatus
maximiano redeunti cum tristicia a ludis
theatri ubi licius vel leo / mire magnitudinis
ex invadelorum genere ortus / per carcerem sibi gladia-
torum / ob immensitatem virium et triumpho-
rum frequenciam / mortalem receperat ictum /
laceris pforam Jubetur. Ratio autem
tam subite omissionis fuit cum lieo in stadio
pugnare debet adstante maxiano
nestor juvenis forte egregie familiaris
suus beati demetrii ait ei quia cum lieo in
dimicare vellet / sed petebat ei oracionibus
adjuvari. beatus demetrius illum cruce
signans ait et lieonem superabis et ad mar-
tirii palmam pervenies / quod et accidit. In-
terrogatus autem a maxiano quibus maleficiis
hoc fecisset. aut quos huiusmodi cohopatores
respondit. non hoc maleficiis factum est sed
deus beati demetrii deus xpianorum ipse ministravit

fuit et interfecit per manum meam / impium et superbum
sicut olim per manum david goliath allophilum blasphe-
mantem deum. Iratus igitur maxianus utrumque gla-
dio puniri iussit. Hic demetrius in somnis
cuidam perfecto mariano thessalonicensi
apparuit. qui deo et hominibus carus quem diabolus instar
Job multipliciter temptavit. bonis enim
fortune privavit et in toto corpore nil sanum preter
linguam qua deum laudabat reliquit / in spe quoque
hominis suo eius apparuerit. dicens si dominus tuus
membrana non scripta sit nomina deorum et angelorum
susceperit sanus erit. Cui respondit dominus absque
cuius nutu nichil fieri potest / sine cuius sa-
nare me potest. fiat ille quod suum est deinde
fiat voluntas dei. et cum mariano monuisset eum ut ad
suam se faceret deferri ecclesiam et sanaretur
in ecclesia illi soporato apparuit xpistus dicens te sana-
vit qui erigit elisos. excitatus igitur surrexit
sanus gratias agens. Huius vitam anastasius
de greco in latinum karulo imperatori tran-
stulit ccc. p de sancto cipriano et iustina

In anthiochia / justinam virginem agla-
dius scolasticus iuvenis ecclesiam frequen-
tare illicite concupivit et non valens
sponsam habere / quia se xpisto desponsatam dicebat vi-
olenter rapere voluit nec potuit. deinde Cy-
prianum magum precio induxit ut diabolica
arte suum desiderium compleretur. Justina autem
tercia noctis hora ad oracionem surgens et impetum
demonis senciens se et domum cruce muni-
vit et sic demonem fugavit / qui confusus
ad cyprianum rediens / querenti cur virginem
non adduxisset. respondit vidi quoddam signum
et timui. secundo alium se misit qui similiter respondit
tercio principem eorum misit / qui eam adducere promi-
sit. et in specie virginis ad eam intravit dixit
se adeo missam ut in castitate secum viveret
ex nimia abstinencia supra fine vexata dixit
denique scripture mandatum exponit crescite
et multiplicamini etc. Dicit ergo timendum si ne-
gligatur preceptum. illa per spiritum / temptatorem
cognoscens signum crucis fecit et diabolus evanuit
et confusus cypriano se signo crucis victum
exponit. et ille ergo crucifixus maior te est
ait ille. et maior omnibus. Cyprianus ergo abrenun-
cians diabolo fractis ydolis suis ab anthimo
episcopo baptizatus est. et cum in vita proficeret eum
diaconum ordinavit. virtutemque contra demones
accepit / et ad sanandum omnem infirmitatem. tan-
dem beatus anthimus / exitum suum precognoscens
convocata synodo episcoporum. Cyprianum ordinavit
episcopum. sibique substituit. qui statim iustinam
diaconissam fecit. et matrem monasterio
virginum constituit. Eutholomius autem comes
orientis cyprianum et iustinam vinculatos
damascum ad se venire fecit. quare clam
deorum destrueret. Interrogavit cyprianus
autem qualiter demonio victus esse a iustina edo-
cuit ille non iussit eum in aculeo suspensum
ungulari / Justinam vero alapam et nervis
crudis cedi qui gratias agebat. Cyprianus
autem psallebat. post aliquos autem dies ambo
in sartagine plena pice adipe et cera ponun-
tur. et illesi manserunt. super quos. anastasius quoque

fuerat sacerdos ydolorum qui deorum suorum invocacio-
nibus venire pecijt / sed ab igne exilitate usque
ad demudacionem ossium exustus est / deinde deco-
lari iusserunt · nante vero fideles tulerunt
ea / nocte et roma transtulerunt

97ª p de sco vincencio et valeriano

Vincencius nobilissimus beati valeriani epi-
scopi cesar augusta dyaconus / et in prestes
fuit · qui esset ille impedicioris lingue
quod dacianus in episcopum / et sacri ordinis ceteros ra-
pi preperet ei in christi confessione alacriter occur-
rerint · quos primum valerianum trahi fecit ut
frangeret cathenarum pondere · et cum fame
eos defecisse putaret / sibi putari fecit · quos
quos sanos cerneret iratus ait · quid tu valeri
sub nomine religionis contra decreta principum
facis · et cum valerius lenius responderet / vincencius
ait · noli venerabilis pater timida mente sermo-
nizare et sique jubes rursus iudicem agrediar
quo annuente ait · ad dacianum / hactenus a te
dacianus de denegata fide · poranuit · sed nepharium
apud christianorum prudenciam esse cognoscitis / diu-
initatis cultum abnegando blassemare / tunc
iratus dacianus episcopum in exilium misit vincencium
vero tamquam contumacem in aculeum distendi iu-
bet membris omnibus lacerari · et inter tormenta
ait / dic vincenti ubi nunc tuum corpus miserum
conspicis / ille subridens ait · hoc semper optaui
· nolo gloriam meam minuas · tu solus ad mea
vota concordas / nemo mihi amicior fuit · iam
in sublimibus agor in surge ergo et totis viribus
debacare · et videbis me dei virtute plus
posse qui torqueor quam ipse qui torques · ad hoc
dacianus virgis carnifices excitabat · et ait
vincencius · ecce tu me de apparitoribus vindi-
cas · et tunc carnifices pectines fereos usque
ad intima fixere costarum · ita ut et toto corpore
sanguis afflueret · et solutis costarum compa-
gibus uiscera interna pateret · et ait dacianus
Misserere tui vincenti · ut florida recuperare
valeas iuventute · et que supersunt lucrari tormen-
ta · vincencius respondit · o venenata diaboli lingua
tormenta tua non timeo · hoc solum pavesco · quod
michi te velle misereri confingis · nam quo te
magis iratum video magis exulto · nolo ut
aliquid minuas de supplicijs · ut te victum
in omnibus fatearis · Ex aculeo tunc depositus
atque ad ignis patibulum raptus moras car-
nificum arguendo alacriter properabat · craticu-
lam sponte conscendit · in torquetur assatur exuri-
tur / pectori et membris laminarum asperitas inse-
ritur · et decurrente humore flamma respergitur
sal quoque in igne spargitur · ut in corpus eius undique
vulneratum resiliens stridentibus flammis crude-
lius conburatur · iamque non ad artus sed ad viscera
tela iaciuntur · erectis autem in celum luminibus
athleta dominum precabatur · cumque hoc daciano
nunciatum fuisset / proinde ait in eo spiritum
qui vincenti non poterat / in teterrimo quod carcere
super acutissima testarum fragmenta psternuntur
divaricatis ac extensis in ligno pedibus
sed derinentibus custodibus · rex pro quo miles
paciebatur penam mutavit in gloriam tenebras
in splendorem / testa in florem · laxatum lignum

dissilijt · solitario / affuit multitudo angelorum omnece
ti corona tibi preparatam scias in celis qui te
victorem fecit in penis datur laudes et re-
sonante voce angelica / occurrunt custodes ·
per rimas lumen aspiciunt · et vincencium cum angelis
psallendo super mollitiem florum mire flagran-
ciam ambulare / moxque conpuncti conversi sunt · ve-
nerat et multitudo fidelium prius de suppli-
cijs mesta · nunc alacris de gloria / his auditis
dacianus ait · quod amplius faciemus / iubet sum-
melioribus in quod stramentis · corpus foveatur · nolo
gloriosiorem facere si deffecerit in tormentis
pansilum refoveatur · ut in novatus novis
subdatur supplicijs · sed in mollibus in clinatus
reddedit spiritum · videns tunc circumstantium
turba sancti de osculari vestigia / et palpare
vulnera · lintheis preciosum excipere san-
guinem · dacianus hoc cognito primire
satagebat defunctum · a quo vivo victrat
se superatum voluitque carere sepulture ho-
nore · et in campum latum fecit proijci feris
et avibus devorandum · sed a feris deffensatur
dicianus lupus · et ab alitibus corvus / angeli-
cis quod fuit honoratum excubijs · sitis · da-
cianus vincencius ait · puto quod nec def-
functum vinca / iussitque cum ingenti lapide in
mare corpus demergi · sed prius pervenit ad por-
tum quam nunciari posset expositum / quod cuidam
matrona ab eo monita multisque fidelibus
sepulture traditum est · in campania passus.

98 p de quibusdam alijs scis diocliciano et certis quibusdam

Videns constanciam christianorum / dacianus
iniquinus edicit · ut christiani latentes
prodeant sinisque iratum legibus / pre-
dit tunc christianorum multitudo laudam
et dicencium gloria in excelsis deo in statim
clausis civitatis ianuis de latibulis
armati exeunt quam miserimes et trucidant
innocentes / ruinent eis sceleratorum cadavera
atque conburunt ne a christianis honorentur / coro-
nata est tunc innnumerabilis multitudo · que massa
facta ut candida appellata est / inter ceteros que
constituitur ne mentem brevitatem trans-
grediamur / iustus et pastor fratres / quod adhuc
pueri ludi ibi verentur abiectis in scolis
tabulis sponte ad martirium cucurrerunt
et a daciano detecti / se mutuo ortabantur
extra civitatem non a carnificibus iugulati sunt ·
In campania non preses dracencius voles diabolo
placere · qui invalentis dracio in christi fideles
venena iniquitatis effudit / nulli parcens
ordini sexui vel etati · et inter ceteros venerabiles
virum · Osimum misenatis ecclesie diaconum
obscuro carceri mancipavit · Erat autem
huic Osimo familiari dilectione coniunctus
equalis etatis et ordinis egregius vir pro-
culus ecclesie puteolane diaconus qui transac-
tis diebus memor iniurie sancti viri et equal
cacionis fidei / illa caritate accesus · que fo-
ras mittit timorem · sociatis sibi fidelibus vi-
ris · Euticete et acucio dracencium preside adijt
et forti animo in hec increpacionis verba prorupit
quid te o inique iudex feritas ducit ut sis
veritatis hostis · et innocencie persequutor dum christi

229 p

C 169

suos persequeris O preses dum Christi fidem subuertere
frustra conaris. iuste dum Christi seruum sosimum
deo acceptum et hominibus carum cum latronibus ligas
cum iniquis carceras. cum malefactoribus cru-
cias. desiste miser. desiste miser a persecucione
seruorum dei. nequando irascatur dominus et pereas de via iusta.
Illius offensam pertimesce, qui potest corpus et animam
perdere in gehennam. His draconcius auditis
ira exarsit. et feralia ne venena draconis more
ad linguam euocat, et ad sanctum proculum ait.
O superstitiose hec verba loqueris.
si te vesania in contumaciam eleuat. si penarum
te fatuus prouocat appetitus, hodie faciam ne
premat tua loquacitas iudicia nostra repre-
hendere. ne frustra dampnaui quod oportu-
it tenere te cum illis in penis socio, pro quo aduo-
cati officium assumpsisti, et continuo iussit sanctum
virum sosimum suis tribunalibus sisti. diro car-
ceris squalore et edia iam afflictum. et ait en proule
hes cum quo secte tue vana confabules, coram e
sed forcius ... placet ut vnum eiusdem reli-
gionis et ordinis eodem perurat studio, ad
brauium superne vocacionis. Immo inquit ty-
rannus equalis tenebat pena quos error
idem commaculat humanitatis. tui memor vos
moneo. ut dum tempus habetis. vestrum corrigatis
errorem. ne vos tormenta excruciet. et inmatu-
ra morte amittatis dulcedinem iuuenilis
etatis, quia vana vestra demencia principalia iussa
contempnere prauoua secta. antiquis sanctis
deorum obstinatus cerimonias reprehendere
uel dampnare. Ad hec sanctus proculus ait. Iussa
principum que legi dei contraria non sunt. libenter
suscipimus. nec eis iniuriam irrogamus. si
regem et dominum vniuerse creature illis
preponimus. cerimonias autem ydolorum damp-
namus et demonum et pro vera fide dei et domi-
ni nostri yhesu Christi. pati sumus vniuersa potentar
tormenta. non enim condigne sunt passiones
huius seculi. ad futuram gloriam que reuelabitur
in nobis. quam nec oculus vidit. nec auris au-
diuit. nec in cor hominis ascendit. nec sola
vetustas temporis auctem dat cerimoniis ydo-
lorum. cum in locum inieccione prespicias qui sequentes
priore correxit etatem. donec a patre celesti
mitteretur filius naturalis. qui factus homo ex
intacta virgine irreprehensibilem legem
tribueret omnibus et gracie. ut diligamus
inuicem sicut dilexit nos et tradidit semetipsum
pro nobis hostiam et oblacionem deo in odorem
suauitatis. ut sequamur irreprehensibilia
vestigia eius. His draconcius auditis vana
loquitur loquacitate vel tempus reducere vel
penas differre conaris. Verum non attendens
uel ioui sacrificia cum his participibus tuis, aut
digna continuo lues tormenta. responderunt
confessores Christi constanter, ydola vana respuimus et omni-
potenti deo nos et ipsos offerre parati sumus
tunc iniustus furibundus preses, ingemiat
aduersus hanc coniuratam societatem consur-
gite, et hostes deorum ac principum verberibus
crebris confringite donec sacrorum numinum
ac principum pareat voluntati. tunc irruen-
tes in Christi martires, ministri diaboli tantis. tamquam seuis

verberibus afficerunt, ut putaretur spiritum exala-
re. Demum traxerunt ad carcerem altitudinis vnius
passus latitudinis humani corporis longitudi-
nis vero prolixioris in quem non nisi sigillatim
intrare poterat vel exire, in fame et inedita-
te angustiati afflicti de celo solum sperabant
auxilium ab eo qui est martirum corona, mar-
tirum forma. qui suos athletas cum mensura
probat et sine mensura coronat. Interea missi
dioclitiam successit draconcio in presidatu
Thimotheus crudelis et ferox. qui cum ciuitatem
intrasset. Nolanam, processorum suorum ab officia-
libus acta perquirens ad horum martirum gesta
peruenit. tunc apud eum diffamatur beatum Janua-
rium beneuentane vrbis opinatissimum presu-
lem quem thimotheus continuo iussit suis aspec-
tibus presentari. et adstanti ait sacrifica diis. alioquin
te varia lamabunt tormenta, quem sideribus tuis
quem colis eruerit erroribus solueret. ad hec
sanctus episcopus respondit. noli blasfemare miser, ne vltio
te procellat, deus meus inpassibilis et inuisibilis
regnat in celis. qui solo nutu cuncta creauit.
ipse vniuersa gubernat, ipse iudicaturus est viuos
et mortuos et seculum per ignem. His auditis
tirannus precepit eum in carcere poni, et iratus
nimis iussit caminum triduo succendi, et in
eum sanctum Januarium proici. Sanctus autem Janu-
arius signo crucis se muniens orauit. ut
instar trium puerorum in medio ignis in hac fidei
confessione maneret illesus, iniquitatis autem
ministri illesum cernentes in flagrante igne deum
laudare et benedicere stupore perterriti. hoc nun-
ciant thimotheo. ille non iussit aperiri ca-
minum et statim flamma erumpens plures
extinxit adstancium paganorum. in vestimen-
tis autem aut capillis sancti martiris Januarii
nullum apparuit vestigium lesionis. tunc adstan-
tibus ait tyrannus incredulus, quibus Januari maleficiis
talia operaris variis te faciam interire tormentis
Sanctus Januarius respondit Ego semper in domino sperabo
non timebo quid faciat michi homo. tunc iussit
eum tirannus in carcere recipi. et facto mane in
foro ciuitatis sedit pro tribunali et presentato
sibi sancto Januario. ait quid moraris. sacrifica
diis. ne diro gladio moriaris. nec liberare
poterit te deus tuus de manibus meis. sanctus Janu-
arius respondit. Ignoras dei potenciam miser. cui nemo
resistit et patrem huius, omnia enim quecumque voluit fe-
cit in celo et in terra in mari et in omnibus abissis.
pensa quanta sit eius circa blasfemia paciencia, ut
ad penitenciam te adducat, tunc iratus preses ius-
sit a compedibus solui, ut mortis terrorem innitat
Sanctus vero Januarius orauit suum agonem domino
recommendans, preses vero iterum iussit in carcere
retineri, Hec audientes duo ex clericis eius
festus diaconus et desiderius lector in fernor sanctum locum
adeunt, et flentes querunt. cur talis ac tantus
antistes tenetur vinculis, quod iniustus conmisit
omnis. quis ad eum tristis accessit. et non reddiit
consolatus. quis eger ab eo visitatus sanitatis
remedia non suscepit. His thimotheo prolatis
precepit eos cum beato Januario in carcere claudi et cum
fortes atque constantes in Christi fide repisset, iussit sanctos
Christi confessores Januarium et ... de ferro iunctos ante currum

sum in ciuitatem pantheolanam trahi et sanctus
confessor Sosimo proculo et socijs in memorato
supius carcere diligentissime custoditi. Sequenti
vero die, contra ursis traditi sunt, sed fere sanctos marti-
res osculis demulcebant. Sanctus uero presul Januarius
hoc attendens gratias deo egit pro in diuinna soci-
etate pastoris et gregis. Alia die crudelis preses
ad spectaculum veniens iussit sibi feras admitti, confor-
tante autem presule socios ut de potentia dei confide-
rent, qui fecit celum et terram. bestie ad pedes
sanctorum humiliter se strauerunt. quod cernens tyrannus
christi confessores ad se adduci faciens sinam protulit in hec
verba: Januarium episcopum Sosium proculum et festum
dyacones et desiderium lectorem. Eutitetem et
acucium ciues puteolanos qui se christianos professi
sunt, et deorum libamina et imperatorum precepta
contempserunt, capite cedi iubemus, quia non paucorum
non multi retrahuntur a malis formidine pene,
et ut christi virtus confidenti veritate adstanti populo in-
notesceret. Orauit sanctus presul ut crudelis ty-
rannus et oculorum visu et luminis corporalis orbi-
tate priuaretur, sic erat in fidelitate mente
cecatus. Continuo autem excecatus sanctum Januarium
ad se iussit velocius reuocari et adstanti ait.
Januari serue dei excelsi, ora deum dominum tuum
pro me ut lumen recipiam quod amisi. Cum-
que huius acquiescens orauit d. abraham ysa-
ach et Jacob ut cognosceret populus uniuersus quia
tu es deus solus et verus aperi oculos thimotei
per illuminatas mentes quas ille studuit excecare fac-
ta autem tunc oratione lumine oculorum thimoteus ti-
nuo restitutum est. quod cernens populus vniuersus
in stupore conuersus est, et crediderunt usque ad v. milia
et factus est clamor laudantium et benedicentium deum.
thimoteus non a pena liber sed iniquitatis suus
cernens populum conuerti ad christum, lata sinam in christi
confessores iubet velocius executioni madari. Ducti igitur
ad locum qui sulfitaria dicitur, ubi capitis obtrun-
catione compleuerunt martirium. ipso autem die mar-
tirij eorum, thimoteus doloribus vexatus clamabat
ve mihi misero quia propter crudelitatem quam exercui in
dei seruos ab angelis intolerabiliter crucior. et
in cruciatibus ipsis spurcissimum et peccatis oneratum
amisit spiritum. Fideles autem ciues martirum corpo-
ra rapuerunt et ad ciuitates suas cum magna
reuerencia transtulerunt. neapolitani uero corpus
beati Januarij retinuerunt, sed longobardorum tempore
redempto capite in beneuentum translatum est. Eiusdem
quoque campanie. Presidem fabianum, cum uos populum
ad ydolatriam cogeret. Maximus cumane ec-
clesie diaconus redarguit et ydola insensibilia
et virtute vacua ostendit, ideo plumbatis cedi
iubetur. sed dum satelites se affligi quererent
et ille tormenta portaret alacriter. iubet eum
preses in nervo poni, donec ad alias ciuitates
diuerteret et rediret. Interea negato sibi ci-
bo ac potu continue orabat pro aliorum salute. post
dies x apparuit angelus Januarius carceris et totum
locum illustrauit et omnium vincula dirupta sunt
vniuersi autem qui aderant se beato maximo commenda-
bat et christum verum deum proclamabat. tunc apparuit deus
Maxencio episcopo latitanti propter persecutionem et iussit
eum illuc accedere et baptizati sunt qui ducenti
viri. Regressus preses hijs cognitis custodes attestes pare

et sancto maximo ait unum ex duobus elige aut in
igne thura iacere, vel super eum nudis pedibus
stare. et cum secundum elegisset ait christi tyranno aiebat
qui super flores in igne christi gratia maneo, tu confidentia
deorum tuorum, vel manum igne tange. Fabianus autem
hoc arti magice deputabat, et iussit eum in aculeo
poni et vndique ferro ruinari. sed oratem deus visita-
uit et confidere monuit. querelantibus autem ministris
quod plus quam martir torqueretur. Maximus petit
puerum innocentem adduci ut testimonium perhibeat
veritati. ut cognoscat tamen hec stupenda beneficia
non esse deputanda magice vanitati. adductus
autem puerulus iij mensium ydolatriam infamam
dissito simon ostendit ita ut iratus tyrannus eum
omnibus membris delacerari fecit. cernens autem
populum attonitum ac murmurantem timens quia se-
dicionem pedibus martirem appendi fecit sicque dimit-
ti donec spiritum exalaret. venerunt autem ad
videndum martirem constanciam milites qui xviij
qui se illius orationibus commendantes ensesque deponen-
tes ab eo cathegati sunt. Audiens autem hoc ty-
rannus missis satelitibus conuersos gladio puniri
iussit. Demens deinde fabianus iussit lapi-
des lateribus eius applicari et corpus stendi ita ut
sanguis flueret riuuli. et tandem decollari ductus
est autem extra cumas ad locum qui dicitur via calua-
ria volgariter autem via caluaria ij miliaria
distantem. statim vero eius capite abcisso terre
fortis tremotus cum tonitruo factus est. ut
conterri mori putaret. ac hij fateretur christum verum
deum esse. et ibidem corpus martiris sepelierunt
reddita uero pace ecclesie ipso reuelante atque mo-
nente ad urbem translatus est

qy. p d. sco narcisso

Narcisus episcopus perfugus apud cretam
in ciuitate augusta, nesciens quo
intraret, ad affram meretricem
intrauit, cum diacono suo felice, quos existimans
impudicos, sibi cum tribus puellis suis eis cenam
parauit et alia suo more. audiens autem affra
episcopum psallentem in cibi sumptione, quis esset interro-
gans, cum episcopum christianorum cognouisset. cecidit
ad pedes eius dicens domine indigna sum ut venires
ad me, nec in ciuitate ipsa turpior me ulla
est. cui narcisus episcopus, a turpissima facta ignari
non potuit. sed os sordes illius scitas diluit. sic
et sol non contrahit luti sordem. deinde cum diacono
in ordine perseuerans et illas orare monuit
circa pullorum autem cantum. cum ille extinctum
lumine attendere non possent. vocauit Nar-
cisus de celo lucem. lux contibi emicuit diutius
donec appareret aurora. Facto mane affra
ad matrem vadit. et hec nunciat. illa suppli-
cat sibi sanctum adduci. ad eius plantas ceci-
dit et per iij horas lacrimis rigauit. rogans
aperiatis mundari. ille tandem petit ut cultum
suum diligenter exponat. respondit illa parentes
cipri fuerunt. et in venerie confratris veneris
et cole venus, non potest nisi ab hijs mulieribus
que meretrices sunt, vnde et filia mea veneri
eius sacerdotes affirmat. Audiens hec vir dei
narcisus ingemuit. Orauitque ut quem colleret
ostenderet illi deus, et confestim egyptius quidam
nigrior corvo apparuit querelando clamans, oste

ih2 p 9

170 p 31

narcise. quid t[ibi] c[um] ca[usa] mea. q[uo]d t[ibi] c[um] a[n]cill[is] meis q[ua]s sex
hu[ic] d[e] familia mea. d[e]us tu[us] mu[n]das cuas z
mu[n]dat cor[ditu]a diligit. Iste mec ia[m] alt[er]i[us] e[ss]e no[n] pos
sunt/ tunc narcis[us] ait illi. Dic m[ihi] dap[n]ate sp[iritu]s
Dei dnm meu[m] yh[esu]m x[pistu]m mortuu[m] z sepultu[m]
rudit d[e]mo[n]. v[er]u[m] m[ihi] nescire licuisset. Na[m]
hora qua crucifix[us] e[st] p[ri]nceps m[eu]s fugies a
facie ei[us] i[n] teplu[m] d[e]i/ s[ed] narcisus ait. q[uo]d p[er]cuit
d[omin]us yh[esu]s. vt talia pateret. rudit d[e]mon
no[n] p[ro] suis s[ed] pro alienis p[e]c[ca]tis passus est.
Intulit ille/ ab his q[ui]d mulierib[us] disced[e] sp[iritu]s
i[m]mu[n]d[e]/ na[m] p[ro] his x[pistu]s passus e[st]/ q[ue] ad fid[e]m eius
et gr[ati]am cucurrerunt. repulsa itaq[ue] patiens
d[e]mo[n]/ v[n]u[m] postulat ex duob[us]. vel ut nocte
vna maneat ubi p[ri]us vel ut aliam una[m] i[n] sua
heat potestate. sic rudit. vad[e] m[ihi] fontem
alpiu[m] ulla[m] z dracone[m] aqua[m] inficie[n]tem
hoib[us] pecudib[us] z feris inficie/ si aut[em] potes
vbi p[ri]us amplius manere mane/ tu[n]c d[e]mon
teterimu[m] edidit ululatu[m]/ O i[n]iqu[e] ep[iscop]e
amicu[m] meu[m] occidam. q[uo]d si no[n] fecero i[n] abis
su[m] re[pe] c[on]pellor. occidit g[ener]o draconem et fons
humane usui restitut[us] e[st]. ex cui[us] austu
multi pierat. Narcis[us] g[ener]o c[um] filia m[at]re[m] illa
riam instruxit ac baptizauit/ sil[iter] c[um] puellis ac
oib[us] caris suis/ dom[us]q[ue] illarie eccl[es]iam c[on]secra
uit. Zosima afre auu[n]cu[lu]m ordiauit p[res]b[yte]ri/ p[ost]
hec narcis[us] i[n] yspania profect[us]/ multu[m] d[e]o
p[o]p[u]lu[m] acquisiuit z c[um] diacono corona[m] marti
rij p[er]meruit. Afra u[er]o i[n] x[pist]i c[on]fessione p[er]manes
ad stipite[m] ligata sic orauit i[n] igne/ gr[ati]as ago
tibi d[omi]ne yh[es]u x[pist]e. qui me dignat[us] es hostia[m]
h[abe]re pro tuo nomine. q[ui] pro vniuerso mu[n]
do hostia es sol[us] oblatus in cruce/ iust[us] pro
i[n]iustis. pro malis bon[us]. b[e]n[e]dict[us] pro male
dictis. dulcis pro amaris/ mu[n]d[us] a peccato
p[ro] p[e]c[ca]torib[us] vniuersis/ qui c[um] p[at]re et sp[irit]u s[an]c[t]o
viuit z r[egnat]. i[n] s[ecula] s[eculorum] amen. z c[um] hec dixisset emisit
sp[iritu]m. Yllaria vero c[um] iij puellis/ digna
eunomia. eupp[ri]a. nocte se[pe]pelie[n]tes cor[pus]
afre arrate su[n]t/ missi pro ei[s] fuerunt mi
lites/ qui eas a fide auertere no[n] valentes
i[n] sepulcru[m] p[ro]ieceru[n]t. z sarmentis ac spinis
replentes igne i[n] porto clausoq[ue] sepulcro
recesseru[n]t eode[m] die z[?] i[n] eadem ciuitate
biuium et positi athanasium ubi querunt ad
mortem/ vii vi continuis annis ita latuit
in lacu cisterne non habentis aquam. et nunquam ut
solem uideret. ubique comperit quietus
uolt saluus esse et sed cum ibi qui debe
ret ancilla cum prodente dei spiritu monitus in
migrauit. et ad constantem ascendit/ a quo
honorifice susceptus est/ cui et frater scripsit pro
certo sibi et petrum consacerdotes dei atha
nasius/ iniuste exulari pateretur/ recte p
in facte si suo loco absque ulla molestia
restitueret quod si nolet sibi cane cet
hoc regnum suum intimum penetrando perficeret
et penas in auctores sceleris retorquere
quod ille simulata benignitate fratris timore
perfecit. sed deficiente constante/ iterum in exilium
pellitur et gorgius perfidus ei substituitur. multa
autem utilia scripsit athanasius/ procedente
athanasio alii alexandria contigit uolantem
cornicula clamitare. et pagani al
athanasio qui a mago petentibus quid illa loque
retur. respondit cras latina lingua est dies
futura in proximo. hic ergo clamitas tristem
diem uobis denunciat. sequenti ergo die venerunt
littere imperatoris continentes. ne pagani permittantur
ingredi templa sua. neque agere solempnitates
suas. tunc autem Sapor rex persarum durā
in christianos persecucionem commouit/ sub quo
scribit/. sosomenus xvi coronatos martirio
aduersus quem constans/ dimicans vario euentu
nouem vicibus bellauit/ et nonissime in dis
congressus fuit. hic consulte alii regnauit.
Sincabros mansuefecit/ sed auarus effectus
militibus intollerabilis magnencius dolis in
oppido elenam iuxta pyreneas occisus est.
Magnencius autem apud augustudunum usur
pauit imperium/ tunc et illirico ueteranum
bene milites imperatorem creauerunt/ unum
scilicet orosium. uitam simplicem/ gratisque iocundum.
sed qui nec prima quidem litteras elementa usque di
dicisset/. itaque cum litteras sillabas imperator senex
meditaretur/ inuitus a constantino iussus
qui exercitum parauerat contra magnencium contra hunc
purpuram con pallacio stola dimisit/ constan
tinus postea contra magnencium iuit/ et ille superatus
se ipsum occidit. et frater eius decencius quem creauerat
cesarem in gallia laqueo se suspendit. et constancius
solus imperauit constantis tempore/ quid egerunt
hermanaricus rex gottorum uide ca. 170. p. 19.

Sequitur de mediolanensi et ariminensi concilius

Constancius cum ob
crudelitatem fratris interfecti ad occidentales
partes peruenisset/ extincto tyranno
solus imperio potiretur fatigare occidentales
episcopos et per consensum ariane heresis cogere
aggreditur. athanasii prius condempnacione pre
missa. et uelut obicis ualidissimi obiectione
sublata/ ob hoc apud mediolanum episcoporum
concilium conuocatur. ubi dionisius. Eusebius. pau
linus et duo alii dolum esse in negocio pro
clamantes. contendentesque/ per subscripcionem in athanasium
ad destruccionem fidei ordinari in exilium trusi
sunt. hiis et illarius iungitur ceteris uel ignoran
tibus. uel non credentibus dolum. illis ergo de medio
sublatis concilium apud ariminum congregatur
ubique proponitur. quid magis colere uelint christum
uel omousium. illis quid omousion significa
ret ignorantibus per fastidium quandam execracionem
nem homo deductus est./ christo se credere non ho
mousium. confirmat ac omousium qui a scriptu
ris alienum auferri. de fidei expositione decer
nunt. sic multi ignorantes contra inicium concilium
venerunt. coronecque sua hereticorum societate con
maculauit. iamque etiam eum alius alium persequitur
non ab alienis sed a propriis deuastatur

172 p 2

170 p 27

Sequitur de festo miraculi sancte marie maioris de urbe

Liberius quoque papa in exilium traditur cuius
temporibus. Iohannes quidam patricius ciuis genere
preclarus genere et moribus cum uxore con
similis sibi/ priuatus sobole beatissimam dei genitricem
in precipuam dominam elegerunt. orantes ut de
suis possessionibus/ multisque diuiciis quibus
habundabant disponeret secundum suum beneplacitum./
Placuit pie virgini fidelium suorum oblacio
et nonis augusti/ quando acrioribus solis ardoribus
telluris germina dessicantur. subito contra naturam
temporis acerrimo constringitur frigore et nubium
constipacione densatur/. ita ut niuibus desuper fuso
cadet et nimium multitudo. ipsa quoque nocte
prefato ac patricio ~~ac deuocionem tuam~~ eiusque
uxori dei genitrix sitem visionem/ ondit
dicens. ego domum mee locum spalem legi. et ut
solempnius perpetuo haberetur uoluntatem meam
in genti uolui demonstrare miraculo. Ita
ut in hoc tempore nix illum locum cooperuit. et
alium locum nulla penitus infusione contigerit
Prefato quoque patricio ait deuocionem tuam
ac fidelem sponsum pio respexi intuitu/ hec
per me et ipso. ut cum summo mane surrexeris
ad liberium papam festinater accedas. meque
domum in terra construas/ et ego in celis eterna
construam mansionem/ Cumque prefato mane
ad pontificem pergeret/ exisset foreas
pallacii sicut in sompniis audierat/ totum
locum niue coopertum inspexit/ ueloci
exin cursu ad lateran peruenit palacium
Cumque eximius visionem cupet indicare
sermonem accepti gaudii papa peruenit/ et
ad gracias deo persoluendas instrinxit/ asseres
per/ iuxta conuocacionem sibi factam iam uicios
destinauerat. ad clerum et populum conuocando
Cumque verba complesset. senatus et tocius populi
maiores preceribus adsisterunt. tam ex uoca
cione. tam ex nouitate miraculi plurimum
gratati. Cum autem ad eos pontifex. una
cum patricio et cardinalibus uniuersis exisset. et
visionem narrasset ad montem. qui super aquis uel
aginis dicitur. cum letaniis. pergere cepit

173 p 2

Nimis

moxque cum ad locum pervenisset altis despectum nubibus pontifex propriis manibus. Hinc in vicinum situm fodere cepit. completisque misteriis ad sua unusquisque cum gaudio remeavit. Illustris vero patricius habundanter omnia opera necessaria ministravit et omnia que habebat beatissime virgini conferens ipsam venerabilem basilicam sibi et sue uxori fecit fieri. quam perfectam idem pontifex consecravit. in presepe domini cunabulum scilicet. fenum et pannos cum multis aliis apostolorum confessorum et virginum reliquiis collocavit. et in maiori altari de lacte virginis eiusque capillis et unum panni sui sacratissimi principis capitis cum eiusdem vestimento devote recondidit. ante quidem altare sub lapide porfirico beati mathie apostoli corpus requiescit. et eius caput exterius a canonicis conservatur. Liberio quoque in exilium acto felix eius diaconus ab hereticis subrogatur. Ierosolimis cirillus post maximinum sacerdotem confusa iam ordinatione suscepto alium in fide in conione sepius variabat. Apud anthiochiam diversis temporibus multa confuse gesta sunt. nam defuncto eudoxo cum multorum urbium episcopi illam sedem abirent ad ultimum milecium de sebastia armenie civitate quem decreta gallii illuc transtulerunt. qui tamen ab episcopis in exilium truditur quia non arrianus sed fidem catholicam predicaret. quem magna plebs ab hereticorum societate divisa sequuta est

Capitulum de tripartita arrianorum secta et quibusdam contingentibus

Pestifera autem bestia que de inferis caput extulerat triformis apparuit. eunomius enim anima et corpore leprosus interius et exterius regio morbo corruptus. greticus dialecticus potens multa contra fidem scripsit. leges disputandi sectatoribus suis dedit a quo eunomiani dicti sunt. Hic filium per omnia patri dissimilem dicit quia nullo modo possit factura esse creatori conferri. Macedonius catholicis expulsis ymo pocius necatis apud constantinopolim episcopus constitutus. aquo macedoniani silentium quidem per omnia filium patri dicunt. spiritum vero sanctum cum patre et filio nichil habere commune. Iussit autem constancius apud niceam iterum concilium congregari. sed momento temporis civitas concussa est. quod precognoverit arsacius ex milite heremita et inquadam turri civitatis inclusus. et cum hoc populis nunciasset nec credidissent. ad locum rediens in modum orantis mortuus inventus est. fertur autem orasse. ut prius moreretur quam cladem civitatis videret. hic quendam monacum curavit. et draconem interfecit. Translatum est concilium silentium perseverante. Paulus constantinopolitanus episcopus in cucusia capadocie a constantino relegatus strangulatus est vi idus iunii. paulinus et confessor simili exilio fatigatus apud frigiam decessit. Andree apostoli corpus luce evangeliste ossa. et thimothei discipuli pauli apostoli constantinopolim transferuntur.

Capitulum de impiis gallo et iuliano et monachis hereticis

Hoc tempore gallus constancii patruelis ab eo factus cesar. iudeos qui interfectis nocte militibus arma ad rebellandum invahabant oppressit. cesis multis omnium milibus ad innoxiam etatem et plurimas eorum civitates combussit. Veniente autem gallo anthiochiam contra orientem sub specie crucis columpna visa est. Ubi stephano successerat leoncius ad instanciam constancii. qui antea presulatum a presbiteri fuerat dignitate deiectus. quia cum muliere degens et turpem suspicionem celare volens genitalia sibi abscidit. Gallus cesar a constancio patruele cum in suspicionem ob egregiam indolem venerat occiditur et iulianus frater eius mediolanum cesar appellatur. Eo tempore legitur martinus sub iuliano cesare militasse in iuventute sabarie panoniorum oppido oriundus. papie alitus cum esset annorum x invitis parentibus ad ecclesiam confugit et se cathecuminum fieri postulavit. et extunc factus annorum xii eremum intrasset nisi etatis infirmitas obstitisset. cumque decretum fuisset. ut veteranorum filii pro patribus militaret. Martinus cum esset annorum xv ad militandum pro patre a tribuno militum urgeretur. uno servo tamen contentus cui martinus sepius ministrabat. ita ut calciamenta detraheret. quodam quoque tempore in porta urbis ambianensis pauperi nudo sibi occurrenti media yeme dimidiavit pallium suum. et nocte sequenti audivit dominum ad angelos circumstantes dicentem. Martinus cathecuminus hac me veste contexit. qua voce audita statim ad baptismum convolavit. biennio postea in armis fuitque solo nomine militavit. tunc et rhe victorinus rhetor et donatus gramaticus. cuius libellus pueris legitur. quem Ieronimus in cronicis suum preceptorem fatetur floruerunt

Capitulum de sancto anthonio discipulis

Fuerunt autem beatissimi anthonii discipuli multi ex quibus Paulus simplex. Hunc aiunt rusticum de uxore bona spem habuisse. et eam in adulterio deprehensam subrisisse et iuramento firmasse nunquam secum eam mansurum. ad adulterum autem ait. habe eam. dicunt enim eum mansuetissimum et pacientem fuisse. et repente discessit ad heremum apud anthonium. Hic prima nocte conversionis sue iussus est ab beato anthonio eum expectare orans ante cellam servus in estu diei totius et rore noctis. dixitque ei anthonius recede ad leniora monasteria perge. tamen post 4 dies cibum sumo. tu autem es senex 60 annorum. Ille inquit quod me docueris faciam. Anthonius autem in cella se reclusit. et post iterum necessitate compulsus. exiens ait. Recede senex mecum habitare non potes. cui ille. forte hic manebo et moriar. circumspiciens autem anthonius et advertens nil cibi habere de eius profectu fiduciam habuit. hic inquietum primum interrogavit. si christus prior fuit. an propheta. pro quo blando sermone beatus anthonius eum silere et abire iussit. cumque obstinatissime silentium servaret. dixit anthonius ad omnes alios. nos iste condempnat. qui de celo loquentem dominum non audimus. intra quoque tres menses imperabat anthonius. ut aquam auriret. et sportam facere vestimenti suci et dissuere. et quos curare non poterat ad paulum mittebat. Quadam die dum quendam curare vellet rabidum. et non exaudiret eius oratio. qui

nota

176 p

174 p

andree apostoli, luce evangeliste, timothei ... 144 ... p 11

p 16 patruelis filii fratris

C 111

infantuli more indignatus dixit ad demonium: vere
non manducabo hodie nisi curaveris eum.
Moxque rabidus curatus. Scindebat quoque cerastas
et scorpiones per medium. Deo si quis puritatem
habuerit omnia subicientur sibi, sic Ade ante peccatum.
Videbat quoque cordis secreta. Intrantibus enim
aliis fratribus ecclesiam leta et splendida facie
et angelo eorum gaudente vidit unum inter
alios nigrum, quem sinistri angeli lugubres
de longe sequebantur. Propter quod Paulus tristis
effectus et plorans et pectus tundens ecclesiam
intrare noluit, sed ante fores resedit. Rede-
untibus vero fratribus conspexit fratrem illum letum et
angelum iuxta eum gaudentem, demones vero a longe
stantes tristari. Exiliens Paulus ait: O inestima-
bilis dei misericordia et bonitas. Venite et videte opera
domini, qui vult omnes homines salvos fieri et
ad agnitionem sui nominis venire. Coactus ille
frater suam narrare vitam ait: peccator sum valde
et in fornicatione usque nunc fui. In ecclesia autem
audivi deum per Ysayam dicentem: lavamini mun-
di estote etc. et compunctus dixi: Domine qui venisti
peccatores salvos facere, comple ista in me peccatore.
Ecce promitto tibi me abrenunciare omni peccato.
Suscipe me penitentem. Omnes autem hec audientes
glorificaverunt deum. 10a p. de amone egiptio

Ammon petentibus duxit uxorem.
Cui persuasit virginitatem in alio cu-
biculo dormiens annis 18. Mirata mu-
lier mira zelata virtutem in iustum extimat
tantum virum propter se domi latere, sed oportere utrosque
seorsum habitare, et de hoc viro supplicavit.
Ille autem gratias deo agens domum mulieri
reliquit et in meridianam partem deserti stagni
maris veniens circa locum Scithi ad montem
qui dicitur Nitrie xxii annis probatus est. Singulis
annis semel visitans multos dignos disci-
pulos successores reliquit. Hic cum Theo-
doro discipulo transvadare flumen volens
iussit discipulum secedere ne se mutuo nu-
dos viderent. Cumque erubesceret se ipsum nudum
videre repente divina virtute ad ulteriorem
ripam translatus est. Cui iusti parentes filium
a rabido cane percussum et pene moriturum
obtulerunt curandum, quibus ait: non eget
mea curatione, sed si multis reddideritis bovem
quem rapuistis egrotus sanabitur. Quo completo sanatus est.
Huius animam vidit Anthonius in celum ferri
divinis precibus cum psalmodia precedentibus. Io.
in iii. pa. Vidimus Amonem apud Thebaydam
prepositum trium milia monachorum, cui cucullis
caput cohoperiunt maxime cum cibum capiunt
ne alius alium videat manducantem.

Vidimus ait Io. et locum 11a p. de alio amone
Amonis alterius ad quem cum perveniremus
vidimus cuiusdam bestie tamquam trabis
in medio in arena quod videntes timuimus valde.
Erat enim longitudo draconis cubitorum
xv et vastitas in mensura. Quodam tempore cum latrones
solito more panem quo vescebatur aufferrent,
de nemore rediens pro cele custodia duos
duxit dracones, quos cum ex more venien-
tes latrones conspexissent exanimes ceciderunt,
quos adveniens senior erexit, in cellam
induxit eosque increpavit dicens: crudelis,
duriores bestiis estis; ille nobis propter deum obediunt,
vos nec deum timentes nec offensam servorum dei erubesci-
tis. Eosque cenam secum compulit. Illi autem conversi
brevi meliores fiunt et tandem signa eadem fa-
ciebant. 12a p. de machario alexandrino.

Duo fuerunt Macarii Anthonii discipuli,
unus ex egipto interiori circa regiones
Sceneus, alius alexandrinus ad respondendum
illarior, in ceteris pares erant. Alexandrino conver-
sionis occasio fuit quia ludens circa marinam palu-
dem coetaneum sibi peremit et timens ad heremum
fugit ibique tribus annis moratus est. Postea primum
hospitium sibi fecit ubi xxv annis vixit, graciasque
agebat illi homicidio sibique illud salutare
vocabat. Ad cellam huius catulos cecos bestia
produxit, qui cum intellexisset pro cecitate
catulorum bestiam supplicare rogavit dominum ut
viderent. Recepto visu matrem sequentes ad
proximam speluncam redeunt, et paulo post
ipsa cum catulis rediens plurimas pelles
ovium lanatas velut munus pro suscepta
gratia defferet. Manebat autem in loco qui Sichim
dicitur in heremo vastissima. Iter huius diei ac
noctis distantia per nullis fratribus monstratur indiciis
sed stellarum signis. Huius aqua bithuminea sed
innoxii saporis. Huic aliquando dixit diabolus: surge
Macari eamus ad collectam fratrum. Cui ille: quid tibi
et collecte? Et diabolus: latet ergo te quia sine nobis
nulla collecta agitur? Veni et videbis opera nostra.
Abiit ergo et vidit per totam ecclesiam quasi ethiopes
parvulos discurrere. Dicebatur autem ab imo psallentibus
ceteris audientibus vel orantibus ethiopes
ergo sedentibus si duos digitulos impressissent
oculis dormitabant, sic in os inmersissent osci-
tabant. Aliquibus in mulieris forma aut he-
dificacionum vel aliquid operantium se pretendebant,
aliis vero super cervices et dorsa ludebantur. A quibus-
dam repulsi precipites eiciebantur. Quicumque
fratres ad sacram communionem accedebant, videbat
in quorundam hora preeuntes ethiopes
carbones deponere, corpus autem Christi quod tradi vi-
debatur a sacerdote reddi ad altare. Angelum
cernebat suas manus supponere manibus
sacerdotis in sacramenti distribucione.

13a p. de machario egiptio

Hic Macharius innocentem ad se fugi-
entem qui falso de homicidio accusa-
batur liberavit. Defunctum de sepulcro
interrogans si ille eum occidisset, quo respondente
non instabant ut de auctore homicidii pe-
teret, quibus respondit: meum est ut innocentes liberem,
non ut reos prodere. Item puellam que magica
arte videbatur aliis non sibi in equam mutata
ungens oleo benedicto a fantastica mutacione
liberavit. Et cum heretico disputans mortuum
suscitavit. Item dormire volebat Macha-
rius de Scithi in quodam monumento corpus pagani
quasi pulvinar posuit. Quem in vicinitatibus demonibus
atque dicentibus: veni eamus ad balneum, respondit:
peregrinum quendam habeo super me et venire non
possum. Senex autem corpus tundebat dicens: surge va-
de si potes. Quod audientes demones fuge-
runt dicentes: vicisti nos. In meridiano fer-
vore venit ad eum Evagrius valde siciens. Expe-
tenti aquam dixit: sufficiat tibi umbra, multi enim
nunc iter agunt aut navigant et hac refectione
privati. Interrogatus abbas Macharius quomodo sic corpus suum

de sancto hylarione

sitim erat. Respondit timor dei et ossa consumit. Ro-
gatus quoque ut faceret sermonem ad fratres dixit.
Cum lacrimis ploremus fratres antequam eamus vbi
lacrime nostre corpora nostra comburant. Et flentes omnes
ceciderunt proni in facies suas dicentes pater ora
pro nobis. Occurrit quoque abbati machario
dyabolus cum falce parata et volens eum percutere
non valebat. Exclamans dixit. Magnam
vim a te machari pacior. Ieiunas nichil, ego
numquam cibo reficior. Sepe vigilas, me numquam
sopor oppressit. Humilitas tua sola me vincit.
Extendente autem illo manus in oracione spiritus immun-
dus ut auras evanuit. Abbas macarius
dum maneret in illa solitudine, qua solus erat,
et inferior plena esset fratribus, sero per viam eius
inspiciebat et vidit demonem venientem indutum
tunica linea perforata et per singula foramina
vascula pendebant. Et dixit illi senex
quo vadis maligne. Et ille respondit. Vado com-
monere fratres qui sunt inferius. Cui senex. Et ad
quid tot vascula tecum fers. At ille. Gustum fero
fratribus et si unum non placuit aliud offero.
Idem in proposito cordis statuerat, ut quot vini obla-
tos calices accepisset, tot diebus nequaquam gu-
staret aquam. Cum ergo fratres ei vinum porrige-
rent, cum gaudio sumebat ut postea se ma-
ceraret. Quod cum discipulus eius vidisset patefecit
senis consilium et ne ei vinum porrigerent
postulabat. Quod illi tormenta pocius quam pocula
ministrabant. Dixit abbas macharius. Ille ve-
rus est monachus qui se in omnibus vincit. Nam si alium
arguens ad iracundiam moveatur, suam
propriam passionem implet nec ut alterum
salvet se debet perdere. 14a p 8 sancto hilarione

172 v b

Hylario cuius vitam scribit Ieronymus, apud gazam
palestine parentibus ydolatris editus,
velut rosa de spinis floruit. Alexandrie
grammatico traditus, non theatri
luxuria delectatur, sed in ecclesie congregacione.
Audiens autem celebre nomen Antonii, studio
visendi eum ad heremum perrexit et statim ut
eum vidit, mutato habitu, duobus fere mensibus
iuxta eum mansit, contemplans ordinem vite eius
et morum gravitatem. Porro frequenciam
eorum qui ob varias infirmitates et impetus
demonum ad eum concurrebant non ferens, ad
patriam rediit et parentibus defunctis parte substan-
tie fratribus, partem pauperibus largitus est, nichil sibi
omnino reservans. Erat autem tunc annorum xv. Sicque
nudus et armatus in Christo, non longe a gaza
solitudinem que per litus euntibus egiptum ad levam
flectit ingressus est. Igitur sacco tantum membra co-
opertus et pelliceum habens ependiten quem sibi pro-
ficiscenti beatus antonius dederat, et sagum
rusticum, xv tantum caricas post solis occasum
comedens, numquam in eodem loco erat. Infamis
/ Cumque dyabolus se vinci a puero, pubescenti corpori
voluptatum incentiva suggerebat, cogebaturque
tyrunculus Christi cogitare quod nesciebat, et iratus
sibi pectus pugnis verberans, quasi cogitaciones
cedebat ut posset eas manibus excludere. Ego te
asselle inquiens faciam non recalcitrare, nec te
ordeo alam. Sepe mulieres nude illi cubanti,
sepe esurienti affluentes apparuere
dapes. Interdum orantem lupus ululans et
vulpecula gannens transilivit. Psallenti quoque

gladiatorum pugna spectaculum prebuit. Constructa
est ei deinde cella iiij pedum a latitudine, hominis in
altitudinem quinque, in longitudinem paulo plus.
Capillum tantum in die pasche tondebat. Sacco quo
induebatur numquam lavit, superfluum dicens in cilicio mundicias
querere. Cum curasset quendam demoniacum
et ille ob hoc ei munera detulisset, ait.
Non legisti quid giezi, quid symon passi sunt,
quorum unus vendere, alter mercari vo-
luit graciam spiritus sancti. Ille flens ait. Accipe
et da pauperibus. Cui sanctus. Ego qui mea relinquo
aliena cur repetam. Multis nomen pauperum
occasio est avaricie. Frater quidam avarus in vicino
manens detulit fratribus in presencia cicera et cum
ponerentur in mensa, exclamavit senex se
eorum non posse ferre fetorem. ~~teterrimum~~ et
cum ceteri interrogarent unde essent, respondit. Proximus
frater quidam agelli sui primicias detulit. Non
sentitis inquid fetorem teterrimum, et in cicere
fetere avariciam. Habebat enim hanc graciam
ut ex odore corporum et vestium que quis tetigisset
sciret cui demoni vel vicio subiaceret.
Mitte inquid bobus et vide si comedent. Quod cum
in presepe positum esset, exterriti boves et plus
solito mugientes ruptis vinculis fugerunt.
Igitur 63o etatis sue anno, cernens grande
monasterium et multitudinem fratrum secum habitancium
cum turbas quoque languencium et spiritibus immun-
dis occupatorum ex omni genere hominum ad se concur-
rencium, flebat cottidie memor conversa-
cionis antique. Et interrogatus a fratribus quid
haberet, aiebat. Rursus ad seculum redii et mer-
cedem meam in hac vita recipio. Cumque
lugens biennium duxisset, mulier quedam venit
ad eum volens ad antonium pergere. Cum ille flens
vellet et ipse ire: si non huius monasterii
carcere tenerer, et si eundi fructus esset.
Biduum enim est hodie quod totus mundus tanto
parente orbatus est. Credidit illa et substitit
et post paucos dies huius dormicionis nuncius venit. Concurrebant huc episcopi, clerici,
monachi et omne genus hominum, ut benedictum
ab eo panem acciperent vel oleum. Ille vero
nil preter solitudinem meditabatur, ita ut
die quadam adducto asello, nimiis enim
excesus ieiuniis vix ingredi poterat, iter
arripere conaretur. Quod cum percrebuisset, plus quam
decem milia hominum utriusque sexus ad eius
retencionem congregati sunt. Ille immobilis ad
preces et baculo arenam discuciens loquebatur.
Fallacem deum meum non facio. Omnis quam primo no-
ce gustatus est, non se cibi vel potus quicquam
sumere nisi dimitteret. Et post vij dies in
edie tandem dimissus cum infinito agmine
sequencium, et suasis turbis ut reverterentur,
xl elegit monacos qui possent ieiunan-
tes egredi et post solis occasum cibum sumere.
Pergensque ad castrum thoubasten draconarium
episcopum visitavit. Quo tanti viri presencia consolato,
babilonem perrexit ut philonem episcopum invi-
seret. Constancius enim in ea loca de-
portaverat. Deinde habitaculo sancti anthonii
visitato reversus, afrodito duobus tantum
retentis sociis in vicina heremo moratus
est, in tanta abstinencia et silencio ut primum tunc
servire deo se diceret. Porro iam tercio clausum celum

tras illas accessecerat ut vulgo dicitur/ Antonii morte clementia lugere/ nec latuit fama viri. acole etatis attenuati fame/ plurimas a successore anthonii deprecabatur. quos ille cernens nimie doluit. elevatisque ad celum oculis et palmis statim quod rogaverunt impetravit/ At post plurima tanti specum venatorum aliter multitudo ebulliunt ut in innumerabiles percussi nisi ad sanctum virum statim cucurrissent in terret/ videns quo se et ibi nimis honoribus affici iam recessit hoc de antonii discipulo et ad ystoriam redeamus

15. post septembris illius temporis

Victorinus afer Rome rhetoricam docuit/ qui senecta ad se tradens fidei/ scripsit adversus arrium macedonianum valde obscure/ et commentata in epistolis pauli. Alius quoque victorinus. bittabinensis episcopus qui non eque latine ut grece noverat/ scripsit eius opuscula semper textum biblie secundum grandia sensibus inhora compositione verborum/ Eusebius quoque. emisenus episcopus/ elegantis ingenii et rhetorica innumeros confecit libros/ anthiochie sepultus est 16. post de hilario pictaviensi

Illarius pictaviensis episcopus undeque omnibus in sacris litteris eruditissimus/ semper optimus christianus fuit/ filiam suam apra nomine volentem nubere/ ad monasticam vitam induxit et cum in proposito firmam videret/ formidans ne alium flecteretur instanter rogavit dominum ut eam accipere dignaretur. et post paucos dies migravit ad dominum. et eam suis manibus sepelivit. quod considerans mater beate apre episcopum rogavit ut sibi idem. quod filie impetravit/ quod et factum est. hic non solum terram suam. sed et totam franciam ab hereticis deffensavit. suggestione autem duorum episcoporum in exilium cum beato Eusebio vercellensi missus est/ qui autem ad insulam galinariam propinquasset que tota plena erat serpentibus omnes serpentes sua visione fugavit et in medio insule paulum fixit/ nec amplius libertas data est illis occupare quod prohibuit. quarto autem anno exilii eius iussit imperator. ut omnes episcopi convenirent et de veritate fidei disputarent. Reversusque yllarius. pecijt ab imperatore sibi dari licentiam loquendi sed illi duo episcopi non ferentes facundiam eius/ obtinuerunt ab imperatore ut pictavium reddire compelleretur. Reddenti itaque obviavit mulier deplorans filium suum sine baptismo defunctum/ cuius lacrimis commotus in oratione prosternens fecit cum puero a morte surrexit ab oratione/ eo tempore. Leo papa heresi ariana pravatus/ omnium episcoporum convocavit concilium. ad quod illarius non vocatus advenit fidei armis munitus. Cumque inciatum esset summo pontifici/ pictoriensis adesse yllarium. mandavit tamen sero veniret. sed venerius catholico indignatus. ut nullus ei sessionis locum. assignaret aut annueret. putatus quo gallo vir dei residentes conveniens salutavit. Cum papa insultans. tu es inquit yllarius gallus. cum ille non sum inquit gallus sed galia/ quasi diceret non sum in galia episcopus. Erat enim gente aquitanicus. papa autem eum

stomachatione permotus ait/ et si tu es yllarius de galia/ ego sum leo romane sedis apostolicus iudex. tunc yllarius pertinaciam eius controversiam intelligens respondit ei. et si sis leo. non tamen ille de tribu iuda. et si iudicas sedens/ non tamen in sede maiestatis. mox ille spreta sede surrexit. et exiens dixit/ inde qui te revertens ab his tumidus sermonibus/ humiliatum restituam/ et si inquid illarius non redieris. tunc in stratu. sedere insidere paras sinistra dixit. domini est terra et plenitudo ~~orbis~~ eius/ ad quam vocem erumpens tellus/ sursum excrevit et usque ad corporum equalitatem sessionem ei exhibuit. quo cunctis autem maxime catholicis stupentibus/ clamor attollitur. apostolicum subito defecisse in ritu conformitem cum ario distenteria mortuus est. Nota quod nullus tunc leo pontifex summus erat. sed aliquis antipapa vel forte liberius proprio nomine sic vocabatur. yllarius multa preclara scripsit. sed intellectu difficilia

17. post de morte constancii

Constantinus magnus/ duos germanos huius excodem patre. sed non ex matre dalmachium et constancium. qui constancius duos huius filios. galum et Julianum. Hic autem Julianus factus Cesar galos apud mira celeritate apud remi superavit/ et militibus suis gratus ab eis appellatus augustus quo nomine tumens spreto constancio ytaliam. Illiricumque pervasit. quod audiens constancius in structore belli particia derelicta quem cum veniens nimia cogitacione distractus apoplesia extinctus est

18. post de sancto xpoforo

Completa persequucione decia/ de sancto xpoforo hic ponatur. licet incerti sit temporis/ hic genere cananeus statura xij cubitorum. sciens autem unum cananeorum regem maiorem/ querit cum serviat dominum. in victo quo famoso sit alios principe contigit ioculatorem coram rege in cantilena sepius dyabolum nominare. et cum rex christianus se qualibet vice signaret. miratus xforus et causam querit et renuente rege/ quid id ageret. ne demon sibi noceret/ ait xpoforus quod illi sit maior est sua/ Cum quo dyabolum per solitudinem incedens quereret quamquam multitudinem conspexit militum et cuidam fero et terribili se dyabolum profitenti suum se spondet perpetuum/ Attendit quoque. ut sit pergentes erectam crucem videret tunc territus demon via deserit. et xforum per viam ducit. et quereti causam deviacionis vix tandem se timere. ait crucem in qua victus fuit. tunc xpoforus ait si maior te est/ illi huic cupio xpum quem queres. ad heremitam quedam pervenit qui eum super xpo in ieiuniis et orationibus monuit. Ille sibi hec gravia reputans aliud querit genus servicii/ et heremita ait. cum procere sis staturere et fortis viribus si pro xpi nomine talem fluvium transvadare volentes/ ubi multi pereunt transportares gratum ei obsequium impenderes/ xforus vero grata placens/ domunculam supra ripam hedificat. et perticam loco baculi in manu gestabat. Cum quod multis diebus universos transferet et set in sua domo quiescet vocem pueri se vocantis audivit. exiens quod set. et secundo neminem invenit. tertia autem vice puer rogavit ut se traduceret obnixe rogatem sed humeros

quem puer recipit et intumescente aqua
quasi plumbi molem ponderosum sentiebat
puerum / ita ut periclitari putaret / transposito
tandem puero ait in magno me o puer pi-
culo posuisti et totum portassem mundum me
gravi pressisti pondere. Cui ille ne inquit
mireris quia non solum mundum sed et mundi por-
tasti auctorem / Ego enim sum rex cui in hoc
dehinc opere. cuius tibi signum erit quod de-
fixo tuo baculo in terra flores palme fructusque
producet. et his dictis disparuit. mane itaque
baculum cernit in terra fixum palme frondes
et dactilos germinasse. Appropinquante
deinde corona suscipiende corone / samum
civitatem licie venit / ubi a rege interrogatur
si secundum decreta principum diis ymolare vellet
Ille non loquellam eorum non intelligens / statim
se in oracione prostravit. milites autem eum pu-
tantes insanum ad locum ubi martires torque-
bantur properant. xpoforus autem impetrato
quod optabat ac voce confortatus divina ven-
cit ad locum et tortores ac iudices sevi-
cie increpat / percussus quoque alapa ab uno
iudicum ait / nisi christianus essem et in proposito
tormenta pati vellem illatam protinus iniuriam
vindicarem. ille vero vultum non sustinens
erat enim aspectu terribilis ad regem fugit. hec
ipsa amicians. Interim xpoforus confluentem allo-
quitur populum. siccum baculum in terra fixit et
ut frondes et fructus ad dei honorem et conver-
sionem produceret petiit impetravit / unde multi
conversi baptizati sunt. Itaque rex iratus mi-
lites mittit qui eum vinctum adducant / et cum
ad eum accedere non auderent interrogant
ab eo quem queritis. quid multis et audita
adventus causa / iterum ait / nisi voluero nec so-
lutus nec victus duci potero / Illi respondent si
nobiscum venire non vis perge quolibet / regique
dicemus quia te non invenimus. non sic inquit
xpoforus victusque regi presentari voluit / milites
quoque in via convertit. Itaque cum ad immolandum
nec minis aut magnis regis promissioni-
bus flectitur / in aculeo ponitur et usque
ad denudacionem costarum ungulibus laniatur
Post hoc suggestum est regi ut formosas mu-
lieres ad eum faceret introduci. et cum achilie
et nichete amplexibus ingereretur / surrexit et
ait / quid vultis et cur introducte estis ille
claritate vultus eius perculse / suavi eius eloquio
convertuntur / et iussu regis ad immolandum
producte / zonis suis ydolum aligantes deiecerunt
ad terram / et pulverisatum est. Dicitque adstantibus
medicos vocate ut curent deos vestros. tunc regio
iussu achilia suspenditur. et ligato ad pedes
ingenti saxo membra eius omnia disrumpuntur. soror
vero eius nicheta / manibus pedibusque ligatis in ignem
proicitur. sed illesa exiens protinus decolatur.
Post hoc xpoforus educitur et virgis ferreis ce-
ditur. cassis ferrea et ignita eius capiti imponitur
statim et postea preparatur ferreum vel ferreis
nexibus ligatur / et subtus ignis in iecta pice accen-
ditur sed instar cere sella pendebant liquescit et
xpoforus illesus liberatur / Deinde ad stipitem ligatus
et a iiij militibus sagittatur. sed sagitte pen-
debant in aere. et a nulla vulneratus est insultatus

Codicos Julian

quia regis oculum una sagittarum effodit / monetur
autem a martire ut suo sanguine vulnus inungat
et sic liberabitur / iussu igitur regis decolatur.
rex quoque sanguine sancti in unctione sanatur et
ad christum convertitur et proponit quod edictum ut si quis
deum et sanctum xpoforum blasfemaverit
gladio feriatur *sermonibus et gestis eius*

264

De ipso iuliano et eius persecucione c. ij p de vita

Julianus imperavit anno uno et men-
sibus octo. sed Jo. beda ait annis ij
mensibus octo ipsum regnasse. Hic
cum adolescens esset et christianus in literatura et elo-
quencia profecit / ut fama per populum volitaret
quod romanam rem publicam regere posset / propter quod
noluit constancius rome eum esse. Sed misit
nicomediam. prohibens ne cum libanio sophista
conveniret / Julianus tunc illius libris utebatur
venit quoque ad eum maximus phys. Ephesius
eius fama atractus / quem postea valentinianus
quasi magum fecit occidi / hic imperii cupidinem
animo eius immisit. quod imperatorem non latuit
sed iulianus ut suspicionem tolleret in mona-
chum tonsus est. et licet manifeste divinos legeret
libros / in philosophia occulte studebat. Dicebat
autem amicis suis / felicia tunc esse tempora cum fieret
imperator. Deinde suspectus factus imperatori
fugit. quem celatum invenit eusebia uxor consta-
ncii / virique persuasit ei ut non occideret sed
ad philosophandum mitteret. athenas
quo cum pervenissent invenit quendam / qui fecit
ei demones visibiliter apparere sed Julianus
cruce se signans eos fugavit. Postea cum
eis virtutem commendans / ait magus ait.
non propter crucis virtutem. sed propter eius abhominacio-
nem recesserunt / Gregorius nazanzenus libro 4
contra paganos / in mores Juliani correpti sunt
dum eum athenis cognovissem. cum in herat
constancia morum consensus et negacio sit
interrogacio inordinata / risio nulla conve-
niencia sibi convenies. cervix rigida et in-
flexibilis humeri iactabiles. oculi curre-
ntes / hinc illinc directi / furiose respicientes
nares spirantes iniurias et contemptus pedes
impacientes / scemata risibilia. Risus intemperantes
et quasi subruens. hec cum vidissem repente
dixi. O quale malum nutrit res publica Ro-
manorum / Evocatus ab athenis mediola-
num constitutus est cesar / a constancio accepta con-
iuge constancia sorore eius et directus est
in galliam / ubi in quadam civitate corona
laurea. quibus solent ornari civitates
inter columpnas pendens rupto fune ce-
cidit / et eum aptissime coronavit / et cum
vocatus esset augustus et deesset corona imperialis
unus torquem quem habebat in collo capiti eius
circumposuit. Expulit a palacio superfluis
imperalia fastigia i. eunuchos quos uxor eius
obierat / Postquam non duxit aliam / tonsores
quia unus plurimis sufficeret / coquos quia sim-
plicibus utebatur cibis / cursus publicos et
et mulas / solus imperatorum a Julio cesare
in curia senatus / recitavit orationes / philosophos
undique congregans Volens autem placere omnibus
catholicos omnes ab exiliis revocavit / et pa-
ganis licenciam dedit ydolis ymolandi tradens in pietate

CIA2

proficies diis ymolas / ymolato sanguine nrm baptisma faciebat · aspergit gentes et cibos · venales / querelantibus xpianis q nimis gravaret tributis et possessionibus 9 privarent / nidt nrm e ut sustineatis pariter mala · deus eiz nr dicit / nisi quis · renu · oibus q possidet · In cesarea philippi salvatoris ymaginez 9 mulier cre liberata a fluxu sanguinis p tactu fimbrie deposuit · p qua sua · Ibi collocavit q igne de celo cadente sup pectus e divisa e · z pagani x ymaginem fregerunt / Xam aut i ecclesia gdiderunt · eo aliqui sat sacrificate omsiz ett signuz corona circundancium i misteriis pectoris · z interpretationibus sup crucifixi victoria vidit crucifixum poca coartari · et precepit iudeis ut templuz suuz rhedificaret · sz quit qd in die opabant 9 multorum picta / nocte ruebat · quo facto tribus diebus die 4º apparuit i celo signum crucis splendidum / z iudeorum vestes crucis signaculo sunt replete · eu quoqz sacrificatez apud fortuna calcedonen eps senectute cecatus / altius man directus eu apte appellavit · apostataz · z ridenti Juliano · nec galileus tuus sanare te pot · ait · deo gras · q te no video pietate nudatum · os clericos inter milites aggregari iussit · pnitie sinturos

2ª p d psecutione athanasii 9 lucifero bris acha

Eo tempe qui loco athanasii positus fuerat incenso athanasius alexandria reversus / Eusebius q vercellus et lucifer calaritanus / de exilio regrediuntur. utiqz eiz in ptibus egypto vicinis relegatus fuerat · Eusebius aut rogavit luciferum · ut athanasium visitaret / z cu his q simul fuerat sacerdotibus de statu ecclesie decernerent Ille pncia sua negans pro se legatum diaconum suum iussit · Anthiochiaz pperavit z paulinum epm gstituit · dissidentibus adhuc ptibus · sed i unu revocari posse speratibus si utriqz pti placuisset electus / Infea eusebius gcilio 9 fc · alexandrie interfuit ibi decernitur orientis procuracionem athanasio / occidentis eusebio · auditur ibi de spu sto · plenior disputatio ut eiusdem sbe q pre et filio crederetur / de incarnacone quoqz verbi q corpus susceptum · nec spu neqz aia caruit / in eusebius p anthiochiaz transies 9 i ueniens epm alucifero 9 pollicitacionez ordinatuz qui promittat eu se ordinatur · aquo ps neutra dissidet · et abscessit neutri pti comonez suaz relaxans · Indignatus lucifer q eusebius epm a se ordinatuz no recipet / cogitat · nec ipa decreta recipe alexandrini gcilij · sz gtem gebantur legati sui · iudico qui i gcilio eius ante subscripsat / et regressus ad sardinie ptes morte preventus / tps sine mutande no huit / luciferianorum aut scisma i fine suspsit exordiuz · Eusebius no circuiens qsdam ecclesias abiurata i fidelitate ad sanitate recte fidei revocabat / Julianus no studia lrarum z milicie cingulum / no tusi p abla colentibus 9 cedit / exgrens i legibus aliquod nesitum et calidum q tn minus crudele videretur sz tn in athanasiuz pus seuire cepit. Eu eiz audisset magorum phyorum arispicu qphana alegam iuncti sius artibus successiue / ni p9 athanasium velud hostem omnium obstaculum sustulisset / iussit exercituz / oppugnatur ecclia · cuqz athanasius discessisset i navi p flumen nilum it faceret audisset q ia post terguz ee persecutorez / z nisi sibi caveret iminere periculum / gtiti socij heremum sua adebat / tuc ille nolite inquit · o filij deterreri eanius magis i occursuz persecutori nro ut sciat q longe maior e · qui nos defendit · q qui nos psequitur · Iter no nullo suspicatus i occursuz sibi venire que quereret ptijt / athanasius reddijt z latebras donec cessaret psecutio exegit

3ª p d religiis bap.

Iulianus avunculus huius Juliani cu spolia deo dicata anthiochie i unu collegisset / pichiens ea in terra 9 tumeliose sup ea sedit / moxqz vereda eius z loca femoribus circumposita putrefacta vermes emittebant / ise baste sepulcruz baptiste apparuerit / ossa igni tradiderunt · pulverez dispserunt · sz dei providencia · austerunt · quida ex yerosolimis monachi · qui ossa colligentibus iusuerunt · et magna ptem collegerunt · et ad prem suuz philipuz detulerunt · q ea athanasio misit / q theophilus alexe eps in templo serapis a sordibus purgato · z i honore bti Johannis gsecrato collocavit · In ascalone z gaza pagani dividentes ventres virginum · et ordeo cumulates porcis aponebant · In eliopoli civitate plenicis secantes ventrez cirili diaconi / z ex eius iecore comederent / sed dentibus carruerunt · z lingues fiti sf. et visu amiserunt · In anthiochia theodorum adolescentem a pª luce usqz ad hora xª3 · tanta crudelitate et tortoribus mutatis carnificibus torserunt ut nulla etas sile fitium meminerit

4ª p d sco gallicano.

Hic galicanus magister milicie 9 rogare profecturus q scitas · traciaz z daciaz occupantes · gstanciam gstantini filiaz petebat i uxorez / et romani principes hoc instancius postulabat / tristabat aut gstantinus sciens filiam postqz abta agnete sanata fuerat · ee i virginitatis pposito · illu q paganum / ait aut gstancia pri suo / ut de deo non diffidat · sz se sposam promittat / Cuz victoria reddenti · Johes aut z Paulus peceri gstancie / 9 galicano proferti sunt · due no galicani filie 9 costancia remanserunt / galicanus no victor reddijt · et ab oibus gratanter acceptus ad ecclam aplorum gras redditurus · pperavit qd videns gstantinus obstupuit / Cui ait · galicanus · deficientibus nris quid agerem ignorabam · Paulus aut z Johes dixerunt ni fac votu deo celi · et eris melior victor q fuisti / quo facto statiz apparuit quida iuvenis · ferens cruce i humero z dixit · michi / sume gladium et sequere me · affuerunt qz ni duo armati milites qui me utroqz latere gfirmantes · duxerunt p medios hostes ad rege ipsorum · qui cu duobus filijs ab eis victuz accepi · z ultra proficio · omidi · me eiz xanus devovi · et a gnugio abstinere proposui · Due q filie eius cu gstancia i virginitate manserunt / ipe no i urbe hostiensi monasterium edificavit · ibi pauperibus et pegrinis humilite servivit · rogatus ut ibi 9 secraretur eps recusavit · tm coruscabat miraclis q de obsessis demones solo visu effugabat · habat

aut iiij cellas in quibus substentacula pauperum reponebat. ad quas si quis causa tollendi aliquid intrasset, protinus demoniacus aut leprosus efficiebatur. et interroganti demones dixerunt quod nisi galicanus sacrificaret, morbus iste omnes redditum exactores invaderet. sed quia de hoc tantum vir dei homo nullus queri audebat. Mandavit ei Julianus imperator ut vel ut recederet vel ydolis ymmolaret. qui relictis omnibus statim alexandriam peciit. post annum ad desertum transiit ubi nolens ydolis ymmolare per cor transfixus decollatus migravit ad dominum. Illarius qui galicanum in hostiensi urbe sustentabat, cum sacrificare nollet fustibus cesus martirio coronatus est 4a p de sto Johane et paulo

Perveit quoque ad Julianum quod Paulus et Johes fratres ex opibus quas sacratissima virgo constancia reliquerat, christianos pauperes recrearet. mandavit eis. ut sicut constantino ita et sibi adherere deberent. illi responderunt ei, quod religionem plenam virtutibus reliquisti obedire contempnimus quibus ille remandavit. ego in ecclesia clericatum tenui et si voluissem ad primum ecclesie pervenissem. sed considerans vanum esse inerciam sectari, milicie animum tradidi et diis sacrificando licuit ad ipsum pervenire. unde vos aula regia enutriti non deletis deesse lateri meo, ut primus vos habeam in palacio. quod si me contempnitis agam ne contempni debeam. responderunt illi. deum tibi preponentes. hominis minacias penitus non timemus. Ad hec iulianus si intra x dies venire contempseritis. coacti postea facietis. quod modo negatis. qui responderunt. iam puta quod postea es facturus. et per x dies omnia pauperibus tribuerunt. et xi die hora cene. missus est ad eos terencianus. qui 3a hora noctis fecit fieri foveam intra domum eorum. ibique sine strepitu decolatos reposuit. in roma divulgans quod iussu cesaris missi essent in exilium. In ipsa autem domo demones de obcessis exiebant. Ita ut filius quoque terenciani in eadem domo clamaret quod a istis martiribus vexaretur. propter quod terencianus conversus et filius eius a demone mundatus est 6a p de fuga sti hilarionis.

Interea dum gazei Illarionem querunt ille siciliam fugit. ubi ligna de montibus colligens et in cervice vectans transigebat victum. vide ca. 173. p. 3. 7a p de sto donato aretino epo.

Donatus rome quodam clericus in titulo pastoris nutritus. a pigmenio presbitero enutritus est in omni sapiencia mundana cum Juliano. Postquam autem Julianus in imperium surrexit. parentes donati iussit gladio interfici. donatus vero fugit in oppidum aretinum et suscepit eum quidam illarius monachus cum gaudio, in dominum in abstinencia deserviunt. multi autem egroti eorum oracionibus sanabantur. erat ibi episcopus civitatis satyrus nomine qui sanctum diaconem donatum consecravit dein presbiterum, erat autem exactor fisci in tuscia Eustasius. et superveniente bello uxor eius eufrosina publicam pecuniam abscondit, et illa tamen barbarie preventa est morte. reversus ille a principibus compellitur pecuniam assignare, aut cum filiis tradi suppliciis. propter quod venit ad sanctum presbiterum donatum. Donatus autem ad sepulturam defuncte veniens oravit. deinde eufrosinam adiuravit ut locum pecunie designaret, et vox de sepulchro dixit, ingressu domus mee illam effodi sicque inventa est. Post mortem beati satyri, donatus licet renitens in episcopum promotus est. Cum autem die quadam celebrasset. et diaconus sanguinem domini populo traderet a paganis impulsus cecidit et calicem fregit. qui donati oracione reintegratus est. quo signo percussi pagani 80 baptizati sunt. Post hec quadracianus donatum cum illario sibi presentari fecit. et iussit diis ymmolare, Cum donatus sacrificet inquit qui christo non credunt iratus quadracianus iussit ut os eius lapidibus tunderet. et cum donatus cederetur ait. ego semper hoc optavi. yllarius vero expoliatur. et dum in pavimento extensus ceditur emisit spiritum. fons quidam adeo erat infectus, ut de eo bibens protinus moreretur. Cum ergo super asellum beatus donatus illo iret et a nebulis relaxatus. ut oracione aquam sanaret. Draco terribilis inde exiens. pedes aselli cauda involvens ad virum dei se erexit quem ille uno flagelli verbere extinxit. et aqua sanata est. Alium quoque fontem cum sociis valde siciret, sua oracione produxit. cum filia theodosii potentissimi pagani a demonio vexaretur attenuit illam sanctum donatum. quo veniente exclamavit demon, per donate quid me persequeris. Cum ille exi in immunde spiritus ab illa. at ille da mihi inquit transitum. video enim signum crucis in te. ex qua ignis contra me exit. Cum sanctus ecce habes transitum vade ad heremum unde venisti. inchoans noceas homini. quo exeunte domus tota commota est. et sanitatem contulisse. Mortuus quidam efferebatur, et homo huius in manu cirografum detinebat summus. d. eum 3a ays cc sold obligatum, tunc defuncti uxor ad pedes donati procidens aiebat. misereri mei quia gemina sum circumdata malis. virum amisi et sepelire non licet, audivi autem a viro meo. quod illi pecuniam dedit. et cirografum retinuit. tunc vir dei defuncto manum tangens ait. Surge et vide quid agas cum homine isto. qui non permittit te sepeliri. qui resedens cum convicit de solucione debiti. et accipiens cirographum suum scidit et viro dei ait. iube me iterum dormire, ait illi. vade fili in requiem Tanta siccitas occupavit terram. ut omnia viridia siccarentur. exiens civitatem donatus oravit. et effusio imbre in inundavit regiones quo facto populus recreatus est. Cumque sanctus esset lenibus indutis siccis reddiit vestimentis. Audiens itaque quadracianus cuncta mirabilia christus per eum faceret. iterum misit eum in custodia nec multo post fecit eum capite truncari. cuius corpus a fidelibus iuxta sanctum yllarium prope murum civitatis sepultum est

8a p de sto gordiano et epimacho

Gordianus Juliani vicarius cum sanctum Januarium vellet compellere ad sacrificandum eius predicacione conversus, cum uxore sua marina baptismum percepit, quibus Januarius ait. videte si bene creditis. et ne quid in abscondito teneatis. vidit marina unam ymaginem Jovis habemus, quam dei martires torquebantur. quam Januarius igne conflavit et in cloacham proiecit. et postea eos baptizavit cum aliis. 43. post dies xiiij mandavit Julianus clemenciano ut videret si Ja

173 p 3

sile 170 p 26

C 113

nunquam ydolis ymolasset · qui ei renunciauit ab eo · gordianum conuersum · Ille iratus Januarium exilio condempnauit · et gordianum sacrificare nolentem decollari iussit / et canibus dereliqui · Et post dies iiij · nutritus / a familia sua nocte raptus cum beato epimacho · quem idem Julianus occidi iusserat sepultus est / et plures alij sub eo in martilogio leguntur ·

Tunc zosima iuxta regulam monasterii exiens transito iordano modicum secum defferens cibum / et pallium iuxta aliorum morem desertum penetrat / modico alimentoque sompno corpus super terram effecto sperans aliquem patrum invenire / a quo posset hedificacionem recipere · pergens quasi · 20 · dierum iter circa sextam immoratus ad solvendum horas devote elevans oculos ad superna respiciens a dextris · vidit quasi umbram humani corporis et stupefactus fantasma putavit / signo autem crucis munitus ambulantem cernit · mulierem nigroque corpore per incendio solis · et capillis candidis et parvis · cepitque zosimas cum magno gaudio illo currere / dum autem vidit · zosimam ad se currere dum cito fugere cepit / ad interiora deserti / Zosimas non post eum clamabat cum lacrimis · ut quid me fugis verum senem et peccatorem · sive dei viri / coniuro te per deum cuius amore hac heremum habitas · expecta me debilem · atque indignum senem · cuique iam fatigatus currere non posset · fugiens ait ad eum · Abba zosima quid me persequeris · Ignosce michi per deum te peto · quia minime possum convertere faciem meam ad te · quia sum mulier nuda · Sed pallium quo tu indutus es porrige veniamque ad te · ut accipiam tuas oraciones / Ille audiens se nominari ex nomine stupefactus pallium proiecit adversa facie · illa autem cooperta ait · quid tibi visum fuit abba zosima penitentricem mulierem videre / cuius hoc tantos tibi imposuisti labores · ille non genua flectens petebat ab ea benediccionem / illa non prostrata adorabat eum · quasi ambo erant in terra adorantes · et rogantes alterutrum

Marie Egipciace

initium facere benedictionis / assenciens tandem illa sermonibus senis ait · benedictus dominus redemptor animarum nostrarum · ille respondit amen · Moxque illa interrogat de statu ecclesie · Ille respondit pacem prestito dei gessisse · Sed rogo te inquit · ut pro tocius ecclesie stabilitate simulque pro peccatis meis deprecaris dominum · Illa dicit hoc et quereret · quia sacerdotali officio preponi / hemineretur · tamen propter eius preceptum licet peccatrix id ageret / elevatis quoque ad orientem oculis manibus extensis cepit silenter orare · et cum prolixam faceret oracionem · vidit eam quasi unius cubiti spacio elevatam a terra · qua visione territus Sosima cadens in terra cepit sudoribus inundari · admirantibus estuare · nichil quoque dicere poterit · nisi tantum kyrie eleyson · timuitque vehementer · ne spiritus sathane oracionem finxisset · completa oracione mulier levavit oculos abbatem de terra · et ait ei · ut quid conturbant te cogitaciones · scias quia christi baptismum induta sum · nulla habeo opera maligni spiritus · sibique signum crucis impressit · senex autem aprehendit pedes eius · dicebatque cum lacrimis · adiuro te per christum · ut non abscondas a servo tuo · cur carnes tuas ita afflixeris

Capitulum 53 De conversacione mulieris in seculo.

Illa vero elevans eum a terra ait · turpe et omni verecundum videtur mihi enarrare tibi verecundiam operum meorum · scio enim quod si inicium fecero · fugam petiturus es · ac si quis fugiat a serpente · tamen dicam omnia · nec quicquam occultum faciam · sed peto ut indesinenter pro me ores misera · tunc senex protensis manibus copiosas fundebat lacrimas · Mulier autem ait · Ego primam egyptum habui · et dum mihi adhuc superessent parentes · xij anno derelinquens eos · alexandriam perrexi · ubi qualiter ab inicio corporis mei · tradiderim corruptoribus insaciabili libidinum fluxum desinerem · sermonibus minime enarrari possum · xvij et amplius annis publice adstans locorum / requirentes me non repellebam · ludi ebrietates in sompnietates pro thesauro mihi erant · sepe oblatum recusavi lucrum · ut amplexiores haberem amatores · pessimi desiderij sui / et sic in omni autem tempore contingit · me videre lucrum egypciorum / et librorum currentem · circa mare interrogavi quo festinabant · et responderunt pherusalem · post duos dies cupientes crucem domini videre · perrexi iterum secum · ne permitteret · et responderet siquam ultra persolveris nullus te prohibere poterit · ego dixi eis corpus meum pro naulo erit eis · id autem cum eis commutari festinabam · ut in eis socios invenirem pessime sorditatis · ego quidem abba Zosima rogabam te · ut non mihi imponeres meas tibi ineffabiles dicere verecundias · quia undique timore contremui · Zosimas fortiter lacrimatus dixit / perfice ceptam narracionem · ego igitur illa ad mare currens · et x · iuvenes vidi ludentes et motus mane invenientes habentes expectantes socios suos navigatores · Nam plurimi naviculam ascenderunt · illis autem inconducentibus simul ascendi · in tota autem navigacione mihi erant · lusus ebrietas adulteria ridicula · turpia verba · ut et honestatis immo

ad miseriam invitarem · totaque vita mea erat animarum perdicio · et laqueus eam capiebat mea crudelissima caro · unde miror quomodo me mare sustinuit · non se aperiens terra deglutivit quomodo me vivam infernus recepit · sed ut video sustinuit me propter penitenciam · qui non vult mortem peccatoris · ut autem iherosolimam applicui · et deteriora faciebam · girabam civitatem animas venando innocencium

Capitulum 54 De conversione eius per beatam virginem.

Volens autem mane ad ecclesiam cum turbis commeare · prius fui cum eis ad regias atrij · et non permittebar ingredi vixque cum fletu et labore appropinquabam sed quum limina regie calcabam · me solam quedam divina virtutis ingredi prohibebat · cum sensus me imprudenter ingerebam · in tum ut in atrijs adstans sola invenirer · et cum quinquies foras atrium pulsa sum · iam defessa viribus ita ut nec in standi virtus sufficeret · successi in angulum atrij tractans mecum · unde mihi hoc accidisset · et tandem intellexi · quia ob sordidam operum meorum · cepi inenarrabiliter flere · et pectus manibus tundere et de profundo corde infinita dare suspiria · lacrimasque uberrime fluere · respiciens autem vidi sancte matris dei genitricis ymaginem · et magno cordis affectu dixi / sancta genitrix virgo dei scio · quod repleta pollucionibus non sum digna respicere magnitudinem tuam · sed certa sum · quod ideo factus est filius tuus · ut peccatores vocaret ad penitenciam · obsecro domina · fac me videre sancte crucis venerabile lignum · in quo carne affixus est deus · sis fideiussitrix pro me apud filium tuum quod carnem meam amplius sordidis non maculabo operibus / sed mox cruce adorare concesseris renunciabo seculo · et vadam ubi preceperis Postea surrexi cum ingredientibus intravi · et de cruce sensi odorem suavitatis

Capitulum 55 De austeritate penitencie eius et victoria temptacionum

Post adoracionem crucis ad priorem locum veni et flectens genua hijs cepi loqui sermonibus tu mihi domina nunciata es · nunc me quo tibi placet dirige · et demonstra mihi penitencie et salutis viam · voce autem dicentis · audivi si iordanem transieris · bona illic invenies requiem · et ascendens naviculam transfretavi iordanem · et extunc semper elongavi fugiens et mansi in solitudine · Ideo autem sicut ut extimo quod statim egressa sum civitatem · duosque mecum panes ferens et dimidium · qui post tempus quasi lapides duruerunt · ex hijs modicum comedendo aliquot transegi annos · Crede autem mihi abba Zosima · quia 17 annis in mansuetis carnis cogitacionibus reluctavi · Sed mox lacrimas fundebam vulnerabam pectus fideiussitricem meam ad memoriam revocabam et ad ipsam lacrimabiliter orabam ut amoveret a me pessimas cogitaciones · dumque plures funderem lacrimas claritate circumdabar / et rursus infestabar · iterumque postulabam auxilium · persumme etiam dampnacionis penas timere nolebam

facie mea atra nisi tocius diei ac noctis
spaciu trassisset. ab illo aut tpe usqz nc
auxiliatrix mea michi presto invenitur
herbas q nascitur in deserto extuc comedi
vestimenta mea dirupta sunt. Sed m et cibus
z indumentu est dei verbu. qz no in solo pa
ne vivit ho zc. Audies zosimas q proferret
testioniu ex scripturis ait/ psalmos dna ma
tit alias scripturas legebas q ait crede mich
ho dei. qz no vidi aliu hoiez exq trasi
ui jordane preter te tm hodie/ sed nec
qualecuqz bestia. sed dei verbu semper
vives/ oem hoiem docet. Itiam adiuro
aut te. ut ista du in vivo nemi dicas.
Sequeti ano frm monastery regla
nimie tibi exire licebit. tuc sacmetuz
dni corpus/ sup iordane portabis. ut in
coicare liceat. qz exquo i oratorio sti jo
hanis pusqz iordanem trasissez coicavi
usqz nuc dnicu corpus no sumpsi/ abbez aut
iohanez comone cautelle circa ggregaco
nem sua q e aliquid emedadu/ tu vero
ora pro me dne pat preciptqz iti ora abstu

56a p. de redditu zosime ad precadinz mlierem

Abbas aut zosimas flectes genua
ostulabatur tram. i qua pedibus
steterat. elapso aut ano. dni fres
egredirentur. zosimas leni febre corri
pitur/ convalescens aut nox q i portuz
fuerat. deffert sacru dni corpus. dnqz
mulier mora faceret. Ille dicebat itra
se/ forte pcta mea prohibuerit ea venire
ad me. aut cete hic me pcessit. z no i veni
ens abiit. orabat g deu. ut sum cple
ret desideriu. et ecce vidit ea i ripa flu
minis stare. et cu no adeet navicula
facto signo crucis sup aquas iordanis
sictis pedibus ptrasiit. z sac sta sumens
misteria ait. Nuc dimittis famulam
tua dne fm ver. tu. i pace. qua viderut
oc. mei sa. tuu. dixitqz ad seq sene pge
cu pace ad monasteriu. ueturo ano
venies ad locu ubi pmus me venisti. at ille
deprecor te. ut mecu comedas ex hijs
q attuli. illa no tn grana lentis i fusa
sumes ait. sufficiat nobis gra spus sti
ora pro me et regressa e sic veneat
senex aut ad monasteriu reddies se
ipm arguebat. q nome ste mulieris
minime requisisset

57a p de itinere zosime ad illa sepeliedaz

Anno itaqz trasacto illuc zosimas
properare studuit. invenitqz i loco
qi sole orietem u corpus ste mu
lieris jacebat exanime. cucurrit pedes
ille lacrimis lavas et nulla alia partez
corporis tangere audebat/ u cor sum
seppelir/ respiciens aut vidit lras circa
caput ipius sic gtinetes. seppeli abba zo
sima i hoc loco corpus misre marie z red
de tre pulverem sum. et ora p me ad
dnm. Letatus zosimas q nome cutura h
qz senex z sine i strumeto tram fodere

no valet lametatur licet ad huc multis inte
retur sudoribus. respiciensqz vidit leone ma
gnu statem ad pedes eius ad que zosima ait
Sancta hec mulier pcepit ut seppelirem
corpus sum. tu tra fode. et quod nego pfice
Leo g tram fodit. illuc zosimas corpus
depoit. leo qi agnus mansuetus deserta petit.
ad monasteriu zosimas reddiit. et que
vidit fribus enarravit. qui deu glorifican
tes anuam eius memoria celebrat. abbas
aut johes rectificavit qd repit corrigen
duz. vixit aut zosimas i eode monasterio
venerabilem duces vitam anis. c. ali
cubi repn hac maria uitrasse herennuz
tpe claudij

58a p de sca marina

Secularis quida sumes hitu monacha
lem/ pvula filia comedavit cuida
propinquo/ i monasterio aut fide
lem se exhibuit. ita ut abbas eu plus ce
teris diligeret. Cu aut alij recordaretur
filie gtristari cepit/ quod indes abbas
dixit ei. quid sic tristis ambulas. ille pro
cidens ad pedes eius ait. Reliqui filiu pvulu
et recodatus tristor pp eu. Vade inqt abbas.
et duc eu. sitqz tecu. Adductus g Marinus
vocatur z litteras intra monasteriu didi
cit. cu aut ad xiiij pervenisset annum.
cepit ea docere pater via dni mones./ ut
misteriu sum nemo sciret. et ab insidijs
dyabli diligenter caveret. Cu aut facta
esset anorz 17. mortuo pre i ipius cella ma
sit oibus p oia obediens./ mittebatur aut
monachi cu curru ad locu im potabant
monasterio necia. z si tardabat ibidez hos
pitabatur. hebat aut hitator loci illius
filia q gravidata auctore sceleris dixit
frem marinu/ seppe illuc venerat missus
ab abbate/ querela aut deffertur abbati
et requiritur de scelere. igemisces illa ait
peccavi penitecia ago pr/ ora pro me.
Iratus abbas ea de monasterio eiecit. illa
vero an fores monastery mansit. Iacens
sup tram/ et penitecia se affliges. z petitam
a fribus recipiebat bucellam panis/ pepit
mecha filiu ablactatu et ad marinu ale
duz detulit z recessit. sic illa nutrit de
bucella filiu alienu. comoti deniqz pieta
te fres/ vix abbatez cogut. ut ad veniaz
frem marinu suscipiat. qui ia annis
v. an fores jacuerat. ad gratia tandem
pro tanta gstringitur. ut s. i mudicias os
monastery portet. ut aquaz ad oia ferat
ut oibus serviat. que sacra vgo libenter gples
paucis evolutis diebus obdormivit i dno
Abbas aut iussit ea procul a monasterio
seppelire/. Cu no corpus eius lavaret virtute
de ea copta i gemiscut os et pectora tu
dunt/. Abbas i tram procidit. z capud pcu
ciens ab ea venia postulabat. corpus qz
sacru i monasterio oratorio reponi iussit
eadez die puella q ei crime i posuit arepta
a demone venit i monasteriu gfites crimen
qd gmiserat et mecu/ de quo cocepat. sed ibidez

die septimo liberatur. ubi deus meritis virginis multa miracula operatus est. 59a p. de sancta margharita.

Margarita fuit theodosii patriarche gentilium in anthiochia. hec nutrici tradita baptizatur in etate adulta, cum que ex o-sa facta prius annum xv attigisset. et cum ceteris virginibus oves custodiret sue nutricis, prefectus olibrius in transitum faciens eam nimis speciosam cernens concupivit. et pueris suis ait. apprehendite eam. ut si libera ut uxor, si ancilla concubina fiat. presentata que interrogat de genere nomine et religione. illa respondit. sum genere ingenua religione christiana nomine margarita. prefectus ait. eam non decere crucifixum deum, sed ei duo alia optime convenire margarita. ait unum nostrum christum crucifixum. respondit ille ex libris christianorum. Margarita ait. cum ibi legatur pena et gloria que verecundia vobis est. ut unum credatis, alterum negetis. iratus prefectus eam in carcere mitti iussit. Sequenti die cum sacrificare nollet in aculeo crudeliter suspensa primo virginis decem pectinibus ferreis usque ad nudacionem ossium laniatur. Margarita autem dicebat. hec carnis cruciacio anime est salvacio. ad tyrannum autem sic inpudens canis insaciabilis leo in carne potestatem habes. sed animam christum reservat. prefectus autem faciem velabat. ne tantum cerneret effusionem. iussitque eam deponi et in carcerem recipi. Cumque ibi orasset dominum sibi visibiliter ostendi inimicum qui eam impugnabat. ecce draco immanis sibi apparuit, qui dum eam devoraturus impeteret signo crucis evanuit. vel secundum alios per glucione crepuit. sic depingitur. Iterum demon ut eam deciperet in forma hominis se ostendit quem in spiritu cognoscens in terram iecit, et dextrum pedem super verticem eius posuit. diabolus vero clamabat, o beata margarita superatus sum a tenera puella, non curassem si forte iuvenis me vicisset. querit ab eo virgo, cur venerit. qui respondit ut ei suaderet prefecti iussionibus obedire. addiditque quod salomon infinitam demonum multitudinem in quodam vase inclusit. sed post eius mortem cum homines ibi thesaurum esse putarent vas confregerunt. et demones exeuntes aerem repleverunt. his dictis virgo pedem levavit. ad ille evanuit. fitque virgo secura de victoria tyrannum, quia eius principem superavit. Sequenti die cum sacrificare nollet facibus usque ad interiora uritur. deinde in vase aqua pleno ponitur. ut mutacione tormentorum cresceret vis doloris sed subito terra concutitur et cunctis videntibus illesa virgo egreditur. v milia virorum crediderunt, qui martirio coronati sunt. prefectus non timens aliorum conversionem eam decollari precepit. illa autem impetrato orandi spacio pro se et suis persecutoribus. nec non pro eius memoria agentibus. et se invocantibus devote oravit addens. ut quicumque in partu periclitans se invocaret. illesam mitteret prolem. vox autem de celo respondit. quod eius esset exaudita oracio

postea cum uno ictu caput precideretur.

175m capitulum de imperio graciani et eius comparticipis. cum 1a p. de eius electione

Gracianus valenciani filius ex severa cum valentiniano fratre ex patre. sed ex alia matre scilicet iustina et cum avunculo suo valente postea imperavit. Milites enim ytalie valentinianum puerum imperatorem fecerunt. sexto die post mortem patris quod frater et patruus licet egre tulerunt quia hoc ipsis ignorantibus factum sit postea tamen ratum habuerunt. Fuit autem gracianus litteratus. acer potus et sompni parcus. libidinis victor. plenus omnibus bonis. hic cum cerneret innumerabilem multitudinem convenire in alsacia. apud argentinum opidum gallie vincte ad hunc valentem fretus dei potencia solitus superavit. de ytalia extiam heresim arianam volensque rei publice subvenire theodosium yspanum virum fortem et religiosum purpura apud firmium induit et orientis imperatorem constituit

2a p. de regibus francorum.

Primo anno graciani incepit Sigibertus sequencium regnorum contemporalitatem, de francorum autem regno pro nunc sufficiat quod Dagobertus post primum annum graciani regnavit annis 28 3a p. de regibus francorum

De francorum origine dictum est ca. 26. p. 7. destructa autem sicambria per romanos quod sicambri per decennium a tributo liberi. transacto decennio romanis tributum dare nolunt. mortuoque priamo duce suo illi tres sibi duces elegerunt sannonem et genebadum qui descendit ex antenore et marcomirum filium priami predicti. descendentes autem in partes tingie in germania et circa renum habitaverunt annis 49. 4a p. de origine vuandalorum

Vvandali de sithia oriundi postea dicti poloni a gottis victi alienas terras invadere ceperunt, qui suas tenere non poterant. hos circa danubium commorantes. post multum temporis giberit Rex gottorum bello victos exinde turbavit. Illi expulsi, romano imperio se subdentes a constantino magno locum habitacionis suppliciter petunt et panonias sibi delegatas. 60. annis pacifice possederunt postea a stilicone principe romane milicie consule et patricio invitati se in gallias effuderunt. et aliquandiu nimis lacerarunt. gotti autem eos reddire passi non sunt, non patrie. sed sibi magis providentes. Vuadali autem yspaniam aggressi nec yspaniam, nec galliam multo tempore depopulati sunt. Sed nec ibi a gottis tuti esse potuerunt, quos ytalia nimis infestabat. honorius autem deliberato consilio. hyspanias et gallias quas sibi a Wadalis et aliis gentibus preceptas dolebat. gottis rata confirmacione donavit. Cumque Wadali conclusi gottorum timore estuarent. gens

Wandali poloni p5
174 p
278
9
170 p1
p6
162 p8
174 p2
p6
visla flumen polonie

eis supervenit opportunitas. Nam inter bonifacium
et romanos duces per invidiam orta lite bonifacius, factus inferior, volens iniuriam suam
ulcisci, in rei publice dampnum yspaniam transiit et
Wandalos ad occupandam affricam invitavit.
Qui cum pervolasset ibi regnum suum longo tempore confirmaverunt, sine ulla humanitate a divino timore divina et humana perturbantes.

Capitulum de origine gothorum.

Gotti Stansiam insulam primo inhabitasse dicuntur; que
possessione nominis continetur, rege eorum berich, in exierunt et vicinas
sithie insulas et terras pergrantes bellis lacessebant, et terrore nominis sui subiugabant.
Est autem stansia magna insula in occeano, que ut ponpeius mela dicit, habet ab oriente vistulam fluvium, qui a sarmaticis montibus veniens occeanum tribus ingreditur alveis; ab occidente in immenso pellago circumdatur, a septentrione vero innavigabili occeano. In aqua eius parte tanta est frigiditas ut apes ibi non inveniantur. Circa solsticium estivale 40 diebus et noctibus continue lux habetur, et non codem modo dierum et noctium tenebra in solsticio yemali. Mox autem stansia exeuntes navibus egressi locum gotistacia vocaverunt. Inde vocentes terram rugorum occupaverunt, deinde wandalos subiugaverunt. Post mortem nerich regnavit gunderius, qui magnifice triumphavit in sithia et gepidia, que nunc dacia. Cui successit filius filimer, qui videns regionem terram sterilem, uberiorem querens, ad ulteriores sithie terras pervenit. Dum autem terras explorandi potentem in nasto flumine repperisset, parte exercitus iam transvecta fracto ponte exercitus reliqui transire non valuit, quia locus tremulis paludibus concluditur circumiecta voragine. Vero tamen adhuc et voces armentorum et indicia hominum comprehendi a remotis commeancium relatio attestatur. Pars autem que cum filimere remansit contra gentem spalorum victoriam habuit, et usque ad extremam partem sithie que adiacet ponto mari victoriose transiit, et ibi diu sedem tenentes ut indigene sithe vocati sunt, de quibus capitulo 7 per totum. Postquam autem gotti sitica regna septentrionalibus montibus asia dividitur possederunt, descendentes alpibus destructa grecia, macedonia, ponto, asia et illirico, macedoniam et illiricum annis quasi xv tenuerunt, et sub filemere rege suo ad exteriores ripas danubii, terras tracie, dacie, messie pervagati. Ibi mansit per longa tempora in magnam gentem coaluerunt, et naturam barbarie exuentes humanitate et moribus aliis barbaris preeminebant. Tempore autem decii imperatoris transito danubio cum guma rege suo graviter romanum perturbabat imperium. Contra quos decius progrediens cum filio decio superatus et mortuus est. Quo facto gotti magis elati terrori erant toto romano imperio. Hii autem adhuc transdanubium constituti tempore valentis imperatoris civili bello inter se collidi ceperunt, et capitulo 174 parte 24. Anno 14 valentis hunni divisos gottos ex improviso invadunt

et quosdam subiugant, quosdam excruciant, quosdam pacta eliminant. Et qui gottis preerant hunnorum subduntur dominio. Taliter hunni omni pene sithie principatum et fortitudine gentis preeminebant. Gotti vero (ut) penes se danubio transito ingesserunt finibus romani imperii, et a valente petierunt sibi dari terram ad habitandum; qua impetrata aliquandiu se ab insolencia continuerunt. Tandem romanorum avaricia coacti et rei familiaris inopia in ipso imperio sub sinu gravia concitaverunt prelia. Fame tamen nimia cruciantur. Tunc dictator romanorum fridigirum dolo ad convivium invitavit. Atque ubi sensit periculum veloci fuga se suosque ab inbatto liberavit; invitum suos instigat ut bello magis quam fame pereat. Et lupicinum et maximum romanorum duces interimunt et sibi famem, romanis non securitatem adimunt. Tunc omnes partes septentrionales sumunt, quibus valens occurrens ab eis victus et crematus est, capitulo 174 parte 24. Propter quod gotti in magnam elacionem se extexerunt; et hii quidem visigottos, id est occidentales gottos, se iactabant, et tracia daciaque ripensem tamquam natale solum coluerunt. Sed theodosii virtute de tracie finibus pulsi sunt. Fridigirino autem egrotante theodosio usque ad mortem, diviso gottorum exercitu, thesalos, epiros, achayam et alatheos depredatus, panonie supervenit. Sed granus, qui in gallias secesserat, fridigirini exercitum stravit, et qui potuerunt ad athalaricum confugerunt, qui se contra granum preparavit. Sed granus mutua lia gottis fame afflictis concessit, et cum eis pacem firmavit, quam theodosius ratam habuit. Postquam sanatus est et athalaricum, qui fridigirino successerat, sibi benignis moribus et muneribus sociavit, et constantinopolim accedere invitavit, qui ad miraculum urbis situm et stacionem navium et populos diversarum gencium, qui in uno fonte ediversis mundi partibus statuitur, en inquit cerno quod incredibile audiebam, et obiit paucis in fectis mensibus diversis multo fultus honore. Gotti autem attendentes theodosii benignitatem romano imperio se dederunt, et fuerunt sine rege annis 28, exinde dicti sunt federati. Postea usque ad ulteriores hyspanias pergentes in regnum coaluerunt. Gotti vero qui sub hunnorum dominio remanentes passi sunt regulos quidem gentis sue habuerunt, et se ostrogottos, id est orientale regnum, domino accepti per multos annos tenuerunt.

Capitulum de ortu hunnorum

Hunos gottos appellaverunt, qui et ipsi postea per theodoricum regem suum a zenone imperatore. Filemere rex gottorum, qui post ea gotti gadarrici magni filius post egressum stacie v loco tenens principatum, postquam terram sithie introivit reperit in populo suo quasdam mulieres magnas, eas hiis suspectas longe ab exercitu in solitudine errare coegit. Quas non mille homines quos faunos ficarios vocant per desertum vagantes in amplexum receperunt. De his dicit ysidorus libro 8 ethymologiarum capitulo 2: quod dicuntur incubi ab incubando, id est stuprando; sepe enim existunt mulieribus improbi et earum peragunt concubitum. Quos autem vulgus incubos hunc romani faunum

sicarium dicunt. Fuit autem saturnus nepos ex
pico filio. Vide in genealogia deorum. Sile quoque
de mulieribus et satiris unde in mapa ca. iij
p. viiij. et genus hoc ferocissimum in exorci
tum. quod prima die in nata prole deserunt. Nam
maribus genas ferro secant. et antequam lactis
nutrimentum suscipiant. hinc imberbes sene
scunt et sine venustate. ephebi sunt exigui
statura. sed arguti motibus. expediti ad eque
tandum promptissimi scapulis latis ad ar
cus sagittasque parati. ceruicibus firmi superbia
erecti pinis ludibus et torno aspectu ad feritatem
ondunt. Vnde hi secundum ysidorum primo in ultima theo
tide meotide inter glacialem tanay et mes
sagetarum immanes populos habitauerunt. Alii dicunt
quod de nembroth nati sunt. hunnorum et megorum
ex quibus huni. qui et hungari. hi venan
do ad paludes meotidas peruenerunt ibique
morati sunt. Sexto uero anno agentes predas
duas filias principis alanorum rapientes uxo
res ducunt. cum uero creuisset de sithica eu
ropa prutenos expulerunt. que inter potum et
ripheos montes sita est. Vbi duo magna flu
mina oriuntur ethul et thogora. primum ut ri
pheos montes transit. don appellatur et per pla
niciem alanorum tribus ramis in rotundum
mare fluit. Secundum per densas siluas intrat
yrcaniam. vergens in mare aquilonis et
diuisa est sithia in partes. 108. tot enim tribus
exierant de hunnorum et megorum. quue incebant
autem ad exercitum sub tali voce preconia vox
dei et populi vngarici quod die tali unusquisque
armatus de tali loco debeat comparere coram
tis consilium et preceptum auditurus. tandem
de qualibet 108 tribuum summunt X bellatorum
reliquis pro regni custodia relictis et egressi
sunt in exterminium partis occidue. Nunc uero
praeteritam ystoriam prosequentes dicamus quod hii quidem
inter meotidas paludes inclusi fuerunt
quorum venatores vestigia cerue sequentes
paludes transierunt quas inpermeabiles esse putabant.
et sithica regionem diligenter ex
plorant. reddentes uero cuncta huius nunciant
et hortantur ad transitum. quo facto subito
velud quidam turbo irruentes sithicas gentes
subiugauerunt et gottos expu
lerunt. ex tunc per annos fere 80 laborauerunt
ad concussionem et ruinam mundi. circa autem
annum gratie. regnauit super eos valambe
et mudruch. Post hos regnum hunnorum qui
auares et vngari dicti sunt diminutum est
et tandem tempore caroli cum suo nomine perierunt
Post filium athile celiobes annis 49. ex tunc
regum hunnorum annotacio cessat. quod omnes re
ges vocati sunt gazan. et nulla distinccio nomi
num inter eos aperta inuenitur. preter has uero
et alie naciones confines eius romanum lace
rauerunt imperium. in quo facto completa vi
detur prophecia Jeremie ab aquilone pandetur
malum. 7a. p. de sancto ieronimo.

IEronimus hic latinis grecis et ebra
icis imbutus. semper virgo permansit. hic
pro sua humilitate sedebat ad pannaciu

/non dapno nupcias virginitate in celum fero. non qua
heo. sed quod magis miror quia non heo 30 annorum
romane ecclesie presbiter cardinalis a damaso papa
constituitur. et tanti fauoris per tempus obtinuit
vt omnium iudicio dignus summo sacerdocio he
retur. Sed dum quorundam monacorum et cleri
corum lasciuia increparet. et illi ei insidias
pararent. profectus ad gregorium nazanzenum
sacras literas plenissime didicit. inde ad heremum
properauit. ubi quanta sustinuit ad heu
stochium scribit. quociens ego in heremo con
stitutus. et in illa vasta solitudine que exusta
solis ardoribus horridum prestabat mona
chis habitaculum. putabam me romanis interesse
delicijs. sedebam solus quia amaritudine plenus
eram. horrebant sacco membra deformia et
squalida cutis situm ethyopisse carnis obdu
xerat. cotidie lacrime. cotidie gemitus. et si
quando repugnantem sompnus oppressisset
nuda humo vix ossa herencia collidebam
de cibo uero et potu taceo. cum languentes mo
nachi aqua frigida utantur. et coctum
aliquid accepisse luxuria sit. ille igitur ego
qui ob gehenne metum tali me carcere dam
naueram. scorpionum tantum socius et ferarum. Se
pe choris interreram puellarum. pallebant
ora ieiunijs et mens estuabat in frigido
corpore. itaque omni auxilio destitutus ad do
minum iacebam. pedes rigabam lacrimis crine
tergebam. et repugnantem carnem ebdoma
darum inedia subiugabam. quadriennio
huius penitencie sic exacto. tandem prudens
animal ad presepe domini sui se contulit. ibique
multos discipulos coadunans in sancto
proposito in translacione ac explanacione
sacrarum scripturarum. 40. annis et sex mensibus
desudauit. quadam enim die cum de scripturis
cum discipulis dissereret. subito leo claudi
cans monasterium ingressus est. Cum quo hos
piti ceteris fugientibus Jeronimus obuiauit.
et dum leo pedem sibi ostenderet. iubens illum
a fratribus ablui. inuenit sentibus lesum. Sed pristine
conualuit. omni feritate deposita inter eos
quasi domesticum animal habitauit. tunc
videns Jeronimus quod non pro sua sanitate
te. Sed et pro eorum utilitate venisset. ex
consilio fratrum id sibi iniunxit officium. ut asi
num qui ligna defferebat de nemore in
pastuis custodiret. Cum igitur leo preceptis
obediret. die quadam obdormiuit pascente
asino. quem mercatores transeuntes et sine
custodia cernentes acceperunt. expergefac
tus leo undique discurrit. et socium non inueniens
tardius solito ad monasterium redijt.
Monachi uero putantes quod asinum deuorasset.
officium portandi ligna leoni imponunt.
et hoc quidem leo paciencter agebat. quadam
autem die completo opere cum egrederetur quasi ad
socium inueniendum. vidit mercatores cum
camelis venientes. eodem asino precedente
Mos enim illius regionis erat ut cameli
asinum sequantur. funiculo ligati et ducti
leo igitur cognito asino cum magno rugitu super eos irruit

et fugientibus hominibus terra cauda tribulit verbe
rans, camelos autem se ad monasterium ire
coegit. Iubet Ieronimus fratres apud came
los exhonerari, ac dei voluntatem super hoc
prestolari. Leo autem more solito monasterium
circuiens, et ad fratres singulos se prosternens
quasi de culpa quam non fecerat veniam postula
bat. unde fratres penitentiam agebant de culpa
quam leoni crudeliter imposuerat. Ingressi
vero postea mercatores. prostrati ante
abbatem veniam postulabant. At Ieronimus eos cle
menter elevans. monuit ne aliena amplius
usurparent, precepitque ut reficerent. receptis
que camelis abirent. Illi nichil comedere
voluerunt. donec Ieronimus licet plurimum relucta
ti daret medietatem olei, quod ferebant et
sic leti ad propria abierunt. Deinceps mitten
tes coram heredes annuatim eandem quantita
tem olei. Anno hoc gratianus Ieronimus psal
terium .70. quod in omnibus ecclesiis cantabatur, cor
rexit. quod iterum viciato, psalterium novum
composuit quod a .70. non multum discorda
ret, et cum ebraico multum concordaret. quod que
ut omnibus claresceret ipsum distinxit per ast
ericos i. stellam et obelos i. virgam iacentem
docens quod continetur sub asterico, usque ad
duo puncta in hebreo haberi, et a .70. pretermissa
esse. ea vero que continentur sub obello usque ad
duo puncta in hebreo non haberi sed a .70. ad
dita iuxta theodocionis dumtaxat transla
tionem. Hoc psalterium damasus papa
rogatus a Ieronimo in gallicanis ecclesiis
cantari instituit. propter quod galicanum vo
catur, romanis psalterium .70. retinentibus,
cum autem hec duo psalteria non sufficerent
ad proponenda testimonia de Christo contra iudeos,
qui non recipiunt nisi ea que habentur in ebreo.
Addidit et tercium quod vocatur ebraicum
ad preces sophonii qui ipsum et alia eius opu
scula transtulit de latino in grecum
Psalterium etiam distrixit, nocturnum unicuique
ferie assignando, tanto denique labore fati
gatus est ut in stratu suo iacens funiculo
ad trabem suspenso, se elevaret, ut ne
gocia monasterii disponeret. Fuit autem
eusebii nobilis viri filius ex opido strido
nis oriundus quod dalmacie ac panonie
confinia tenet *8 p de malcho monacho*

Recitat Ieronimus cum moraretur in siria
in possessione evagrii presbiteri, quendam mal
chum monachum reperit. quidam co
actus a parentibus esset, uxorem accipe
re non consensit dicens se velle monachum fieri, unde
fugiens desertum peciit, et monachus factus
est. post aliquot tempus accidit ei cogitacio
ut matrem super viduitate consolaret. tandem
licet invitus dimisit eum abbas cum lacrimis
pergens quod vidit utriusque sexus multitu
dinem circiter .lxx. et comitatus in eis galat
culis saracenis capti sunt. Malchus que capti
vus ductus est cum uxore cuiusdam christianam
et compulerunt saracenum. Denique christianos matri
monio copulari. Malchus metu mortis in quandam

speluncam tristis mulierem illam coactus duxit
ibique accipiens gladium, dixit se velle pocius
occidere quam cum alterius uxore iacere, cui illa
ne occidas te. quia cuiuslibet voluntatis sum
Sed habeto me coniugem pudicicie. Magis
corporis, facile eis persuadebimus nupcias cum
nos viderint sic amare. in tali statu transierunt
dies plurimi nec unquam alter alterius carnem vidit
similiter nec se mutuo tetigerunt. Cogitans
autem malchus dulcedinem vite heremitice vultum
non potuit celare conceptum. Mulier autem ait ei
et ego tecum fugiam et ecce post diem tercium vi
dent duos se in camelis sequentes, fugiunt illi in
tra speluncam. licet ibi animalium timerent picta
Cumque vocaretur et non exiret, exiens leena
illos suffocavit. Catulumque suum efferens
eis reliquit hospicium, qui camelos ascendentes
x die ad romanorum claustra castra pervenerunt
in venditis camelis adeuntes monasterium
invenerunt abbatem defunctum, Malchus autem
ad quoddam monasterium in mesopotamia
pergens illam quam sororem dilectam monasterio
virginum tradidit *9 p de amphileto et quaedam miraclis*

Amphiletus episcopus yconii *de morte basilii*
a theodosio peciit, ut arianorum conventicula
de singulis civitatibus extirparent
quod iste crudele iudicans non fecit. Iterum red
diens theodosium solempniter salutavit,
archadium vero iam imperatorem non salutavit
Augustus autem putans quod ex oblivione ob
misisset invitavit. ut osculareturr eum
at ille sufficiat inquit illi patris honor
Cumque augustus hoc suam putaret iniuriam
intulit amphiletus similiter, crede et omnipotentem
patrem eos ab honorari. qui filium eius unige
nitum blasfemant, miratus augustus protinus
legem dedit hereticorum conventicula prohiberi
Vide miracula supra. ca. 174. p 21. Hic re
citat de morte basilii. basilii quae isto tempore
contigit quod ad eum visitandi gratia venit Ioseph
iudeus in motu pulsu peritissimus, quem amabat
basilius. quia fidelem futurum sciebat, et ait
basilius, quid vides erga me fili. ille cogno
scens mortem imminere ait. crede domine sol
cum sole occidet hodie. Cui sanctus et si non moriar
usque mane quid facies. ille respondit ergo moriar
Cui sanctus et moriaris peccato. vivas autem Christo.
at ille scio quid dicis, et hoc faciam. tunc
basilius postulavit sibi dari vitam a deo. reddi
eius autem iudeus et inveniens eum vivum. ca
dens intra adoravit magnum deum christianorum. et
a basilio suscepit baptismum, completo vero sacro. vel
misterio baptismi. iuxta deo carus migravit
ad Christum. videns autem Ioseph quod sic dixerat ita
et requievit. cadens super pectus eius dicebat
vere homo dei. si voluisses nec modo mortuus
fuisses *10 p de persecutione iustine arrianae contra patricios*

Anno gratiani v. Iustina valentiniani
mater contra catholicos execrabili o
dio deseviit, rapientem ambrosium
de ecclesia. et in exilium perducentem promisit.
munera, quod cum multi id satagentes perficere
non valerent. unus infelicior ceteris iuxta ecclesiam

Septuaginta

172 p 10

176 p

domum pararet et currum, ut a palatio sanctum raperet et in exilium portaret. Sed iniquitas eius in verticem ipsius descendit. Nam revoluto anno in eodem carpento in exilium deportatur. Cum sanctus dabnitia(?) solacio fuit. Erat vir quidam arianorum acerrimus disputator, is in ecclesia constitutus vidit ad aures Ambrosii angelum loquentem, episcopus autem verba angeli populo nunciabat. Paulinus quoque recitat: cum 43 psalmum me excipiente et vidente dictaret, subito in modum scuti brevis ignis caput eius operuit et paulatim per os eius tamquam habitator in domum egressus est. Factaque est facies eius sicut nix, et post ad eius speciem reversa est. Quod cum fieret stupore obrigui, nec potui scribere que ab illo dicebantur donec visio transiret. Tunc corpus Pauli Constantinopolitani sub Constancio ab hereticis in exilium acti et pro Christo suffocati Constantinopolim relatum est a Theodosio imperatore, et deinde Venecias translatum, ad hunc integrum conditur.

Istud forte corpus datum fuit Ludovico regi Hungarie per Venetos et requisitum 171 p 9 corpus b. Pauli primi heremite.

11a p(ars) de exitu Francorum ex Sincabria

Hoc etiam tempore super Francos regnavit Marcomirus Priami filius et Sunno filius Anthenoris, quorum ducatu Franci Sincabriam egressi, consedere circa Renum in oppidis Germanie. Nec multo post Quintinum et Eraclium duces Romanorum cum omnibus pene suis iuxta Treverim deleverunt. Hoc tempore Visigoti sine rege fuerunt sub Theodosio imperatore 40 annis. Maximinus quidam Constantini magni consanguineus partem imperii sibi competere calumpniabatur. Qui cum Britannie factus fuisset rex, cepit superbire et contra imperium Romanum tyrannidem exercere.

p 13 — 176 p 3e

12a p(ars) de 2a universali synodo Constantinopolitana

Anno gratie 6. sancta universalis synodus 150 patrum in Constantinopoli congregatur iubente Theodosio et annuente Damaso papa, contra Macedonium Constantinopolitanum episcopum negantem spiritum sanctum deum esse; condempnans docuit spiritum sanctum consubstancialem patri et filio, dans simboli formam, quam tota Latinorum et Grecorum confessio ad missam solempnibus diebus decantet. Ubi audita est eius regimini(?) nozit(?) finis. Ibi decretum ut Constantinopolitanus tamquam nove Rome episcopus post Romanum episcopum haberet privilegium.

13a p(ars) de erroribus Priscilliani consentientibus(?) / illius temporis

Priscilianus in Yspania episcopus personas sancte trinitatis confundens, dicebat patrem esse qui filius et qui spiritus sanctus. Damnatas escas immundas habebat, viros a nolentibus uxoribus separabat. Opificium hominis carnis non deo vero sed angelis malis assignabat. Animas eiusdem nature et substancie cum deo esse dicebat, et eas ad agonem quendam spontaneum exercendum per VII celos et per quosdam principatus descendere gradatim, et in malignum principem incurrere a quo mundum factum dicebat; homines fatalibus stellis colligatos, corpusque nostrum secundum XII celi signa compositum, constituens arietem in capite, taurum in cervice, geminos in humeris, cancrum in pectore, leonem in manibus, virginem in ventre, libram in umbilico, scorpium in coxis, sagittarium in virili, aquarium in vesica, capricornum in tibiis, pisces in plantis. Super his auditis in Galliis episcoporum Romam petit. Ibi a sancto Damaso et Ambrosio repudiatus est. In Galliis quoque in synodo Burdegalensi a sancto Martino et aliis hereticus iudicatus est. A Theofilo Alexandrie episcopo circulus de observacione pasche per C annos digestus est, quem laterculum vocaverunt. Octavius rex Britannie senectute gravatus Maximo Leolini(?) Britanni filio, sed ex matre Romana, filiam cum regno tradidit. Qui in brevi thesauris superbiens et Gallias affectavit, et multos superans plebes sibi coadunavit. Precepit centum milia plebeiorum de insula sibi mitti et eos per Armoricam regis naciones distribuens, minorem Britanniam vocavit; et interfectis omnibus masculis Conano duci Cornubie nepoti Octavii regnum illud dedit, qui secum pro magno Britannie regno certaverat. Subactis ergo Galliis atque Germaniis Maximus apud Treveros ipsius sui sedem locavit, ita quod in duos imperatores efferatus est, ita ut Graciano interempto alter Valentinianus Romam redderet(?). Nimirum Guanius et Melga, Pictorum et Hunnorum duces, contra Gracianum et Valentinianum favebant, insulam quam destitutam invadunt. Maximus non Gracianum minimum(?) captum(?), qui sibi successit, cum duabus legionibus illuc mittit, qui hostes in fugam vertit.

179 p 9 — 176 p 1 — 176 p 9

176m capitulum de ipso Theodosio et eius ... p(ars) de gestis imperatorum.

Theodosius a Traiano ducens originem, mortuo Graciano imperavit. Hic non immemor beneficiorum Graciani in vindictam eius totius orientis viribus surrexit, et a Constantinopolitana urbe progrediens reliquit ibi Archadium filium suum imperatorem. Deinde cum Thessalonicam pervenisset, invenit Valentinianum duces in maxima tristicia constitutos, quia Maximum tyrannum necessitatis causa iam susceperat, et deinde ad Ytaliam properaret. Valentinianus ei commisit que prima pietate suscepit, et sese adversus tyrannum comparatum quidem minor, sola autem fide maior exponit. Atque Aquilegie improvisus adveniens, gentibus tributa magno terrore nominis exigentem sine controversia cepit et occidit. Deinde cum filio suo Honorio parvulo Romam venit et rem publicam ordinavit, et imperium occidentis Valentiniano relinquens Constantinopolim reddiit. Tunc Valentinianus recepta Ytalia potitus est imperio, qui a matre corruptus Ambrosium in exilium mitti iussit. Sed tanta fuit presencia fidelium ut vitam amittere mallet. Deinde Valentinianus in Galliam transiit, ubi cum tranquillam rem publicam in pace ageret, apud Viennam dolo Arbogasti comitis sui strangulatus est, et ut voluntariam mortem sibi conscivisse putaretur laqueo suspensus est. Arbogastus autem Eugenium tyrannum mox imperatorem creare ausus est. Hic Eugenius grammaticus doctor fuit. Postea relictis scolis in palacio militavit, factusque est imperatoris antigrafus, et propter eloquenciam a multis vel venerabatur vel honorabatur. Cooperatore autem

287 / 11 — p 9 — 175 p 1 — p 36

habebat arbogastum predictum et moribus galyis militaris ordinis ducem lirum et sevum et necibus preparatum. theodosius autem morte valentiniani sic et fratris vidimatur. antequam ad bellum procederet cum sacerdotibus et populo loca orationum circuiens ante apostolorum et martirum thecas cilicio indutus se prosternebat. storum de posteris auxilia suscepit et in egyptum ad iohannem monachum et eventum rei a viro sanctissimo requisivit. cum vere sibi victoriam nunciavit. ipse autem contra tyrannum gottos ante se misit quorum x milia ab arbogasto cesa sunt. et cum in alpibus hostibus occurrisset. ibique arbogastus in eminentiori loco meliorem pugnandi opportunitatem haberet. facto congressu stetit aliquamdiu anceps victoria. stetitque theodosius in rupe unde conspicere posset utrosque, et abiectis armis oravit dicens. omnipotens deus tu nosti quia in nomine christi filii tui ulcionis iuste ut puto bella ista suscepi. sin aliter in me vindica. si vero pro causa probabili et recte confisus huc veni auxilium porrige. confortatus post in sompnis a duobus viris in vestibus albis et equis candidissimis i. iohanne evangelista et philippo apostolo. facta oratione ventus vehementissimus iacula ex parte eugenii retorquebat. de quo claudianus: o nimium dilecte deo cui militat ether et coniurati veniunt ad classica venti. ibi eugenius captus occiditur. arbogastus interfecit seipsum. theodosii tempore alani vuandali et suevi yspaniam aggressi alani cartaginem et lusitaniam sortiuntur pars vuandalorum qui silingi dicebantur, utice redierunt, reliqui vuandali cum suevis galeciam sunt adepti. hic theodosius fuit clemens et pacis ac gotice gentis amator. et ita amicus eorum. ut solo habitu ab ipsis differre videretur. porro tranquillata re publica mediolani post mortem valentiniani infirmatur et moritur annorum 60. deinde constantinopolim transfertur.

2ª pars de summis pontificibus.

Siricius natione romanus ex patre tiburcio sedit annis 15. mensibus 6. diebus 24. cessavit episcopatus diebus 20. hic constituit ut monachus posset ad ordines promoveri. erat enim laica sine conversione. Item hereticum penitentem per impositionem manus sacerdotalis ab ecclesia recipiendum. Ambrosius ritum canendi anthiphonas in ecclesia primus apud latinos transtulit a grecis. apud quos sic institutum erat ab ygnacio qui in celo raptus audivit quomodo angeli per anthiphonarum repeticiones sancte trinitatis ympnos canebant. Item ambrosius post ysidorum pictaviensem primus in ecclesia ympnos canendos composuit. 3ª pars de iohanne anachoita

Hic iohannes manens in rupe montis ardui raro viris numquam mulieribus se videndum exhibuit ab anno etatis 40. usque ad 90. donec ipsum intravit. Cum autem tribunus quidam ad eum venisset obsecrans ut coniugem suam permitteret ad se intrare quia pro eo videndo multa sustinuisset pericula, illeque hoc negaret allegans consuetudinem hanc quoque in perpetuum prestiterit.

dicens pretristicia parituram. vade ait. videbit me hac nocte non hic sed in domo sua. ipse quoque recedens ambiguitatem ruminabat rursus. sed postquam tempus sompni advenit. adest vir dei per sompnium mulieri. fides tua magna est mulier et ideo tuo desiderio veni satisfacere. te tamen moneo ne faciem corporalem servorum dei, sed ut actus per spiritum contempleris spiritus enim qui vivificat. caro autem non prodest quicquam. benedicebat oleum quo inungebantur infirmi et sanabantur. nullum coctum sumebat cibum. erat quoque attenuati et aridi corporis pre abstinencia pilli capitis eius et barbe, qui ex languore minorati et tenues. exemplum ponebat contra detractores dicens: Mulier nuda exivit de dolio et cohopuit se veteribus pannis, altera vero nuda manens dicebat marito, ecce meretrix illa non erubescit. sic faciunt detractores. contra presumentes de propriis meritis dicebat. quia fuit quidam monachus omni virtutum flore ornatus, qui cottidie ingrediens speluncam inveniebat panem mire suavitatis mense suppositum nimiique candoris, cepit quoque de suis meritis gloriari et continuo subintravit cor eius desidia quedam, sed tamen parva ut eam non adverteret illaque crescente cepit cor eius occupari turpis et carnalis cogitacio. Postquam panem quidem invenit sed aliquantulum sordidiorem, super quo tristis effectus cepit intelligere causam. post dies iii multiplicatis stimulis urgeri cepit. ita ut ei videretur ad turpem usum mulierem habere substratam, panem in mensa invenit sordidissimum et aridissimum. et quasi a muribus et canibus undique corrosum, et dum cogitaciones eum quasi barbarica cohors vallaret. nocte iter proficiscens versus civitatem arripuit. in die autem fatigatus in cella quorumdam fratrum quievit, a quibus quasi ab eruditissimo ceperunt verbum hedificacionis inquirere et quomodo dyabolico laqueo posset effugere et turpes cogitaciones depellere. quod ille sufficienter edocuit et in se ipsum reversus ait. quomodo alios moneo. et ipse decipior et cursu rapidissimo ad speluncam reddiit dicens: nisi quia dominus adiuvit me. paulo minus habitasset in inferno anima mea, et artissime se afflixit donec angelus ei ait. repropiciatus est tibi deus. sed cave ne ultra elatus decipiaris.

4ª pars de duabus abbatissis

Eo tempore creduntur fuisse due abbatisse, quarum una sara fuit xiii annis a spiritu fornicacionis fortiter impugnata. et orabat, ut non recederet ab ea sed ut daretur ei fortitudo. apparuit enim ei spiritus ille dicens, tu me vicisti. Cui illa non ego sed dominus meus ihesus christus. hec super flumen habitavit 60. annis et numquam se inclinavit ut videret aquam. altera fuit secletice, a qua multa sapienter dicta sunt. qui in se ignem accendere voluit, prius fumatur lacrimatus. ita et nos cum lacrimis divinum hunc ignem in nobis accendere debemus. Item si ferrum es, igne opus est ad tollendum rubiginem, si aurum ad augendam claritatem. Item noli subito et sit arma tua prohibere ne inimicus invictus in bello facile capieris, anima nostra miles est.

Abbatisse

Institutum anthiphonarum in ecclesia.

cia nostra corpus. Item in tranquillo mari navigantes seculares in procelloso nos sumus. illi in nocte, et tunc plerique periclitantur ex negligencia, illi timentes et soliciti salvantur. Item sic navis aliquando mole fluctuum exterius opprimitur aliquando pondere suo crescente. Sic et nos aliquando demonum nequicia, aliquando iniquitate propria.

Capitulum de persecutionibus sancti martini et duobus mortuis suscitatis

intravit qui effusi sunt pro nomine eius / tandem delate et in loco venerabili recondite / Frequenciora mirabilia que in ecclesia beati petri fecit / quidam divicijs plenus cum dimissam vellet gregorius monicionibus uxorem reducere / ab eo excommunicatur / quod ille indigne ferens cum duobus magis procuravit / ut cum ille ad processionem solito more gregorius incederet faceret equum illius a demonibus repente vexari. quod advertens gregorius ihesu invocato crucis signo / demones fugavit. magi vero mox cecati / ab eisdem demonibus vexantur sed oracione a demonibus liberantur / cecitate manente ne ad vicia consueta redirent / et stipe ecclesiastica aliti sunt / Cum transiret autem palacium traiani / recordatus clemencie eius amarissime flere cepit / et pro eo ante altare beati petri flens orare non destitit. donec vox ei dormienti ait. Peticionem audivi et traianum ab inferno liberavi / Sed diligenter caveas orare de cetero pro dampnato. duorum autem optio ex hoc sibi datur ut vel duobus diebus in purgatorio crucieris vel in tota vita infirmitatibus et doloribus fatigeris. ipse vero secundum elegit / unde in quadam epistola ait. tantis podagre doloribus premor / ut vita mihi gravissima pena sit / cottidie enim dolore deficio / et mortis remedium expectando suspiro / et alibi dolor meus molestus est. modo nimius sed neque ita lentus ut recedat / et neque tam nimius ut interficiat / unde fit ut qui cottidie in morte sum repellar a morte. Cum apud sanctam mariam maiorem. ubi est ymago virginis predicta in die pasche celebraret et diceret / pax domini sit semper vobiscum / angelus alta voce respondit / et cum spiritu tuo / unde ibi tali die stacio nec ad pax respondetur / Capitulum de ceteris emergentibus.

Sanctus columbanus scotus luxuviensis abbas persecucione compulsus in burgundiam venit / ubique concessione theodorici regis cenobium luxoviense hedificavit / et monachorum ingentem multitudinem congregavit / et sanctitatis regularis disciplina instruxit. Inbolium in civitatem ytalie venit et monasterium ibi hedificavit / in alpibus que ytaliam distinguunt a liguria / ubi est in suevia diocesis constanciensis ecclesia sancti galli valde honorabilis constructa / cum esset abbas 400 monachorum qui omnes sancti esse dicuntur. excepto ebruino qui dimisso ordine monastico factus est maior domus francie / per reginam brunhildam negligenciam eius impulsit. ebruinus ecclesiam est persecutus. et aliquos martirizavit / [illegible]

Foca imperante publicata morte mauricij. hic per se / ut hunni in romanorum grassantur provincias / ytaliam quoque ceperunt. et vexillum crucis auferunt. Hic primo fuit primus quidam strator / postea miles temerarius / postea imperator / hic per se fortissima bella gessit / ut plurimas provincias et ytaliam ipsi dimitterent / Romani fame gravantur et rogantes gregorium quod nimia liberalitate thesauros ecclesie dissipasset / cum non posset aliter in eum vindicare / libros eius volebat comburere / quibus obstitit petrus diaconus se vidisse dicens scriberet. super visionem ultimam ezechielis super capud eius dictantis spiritum sanctum in specie columbe quod iuramento asseruit / et subsecuta statim morte sua quod predixerat confirmavit / contigit autem ut tempore ad suc-

cessore beati gregorij Sabiniani religiosi et pauperes quibus gregorius ministrare solebat convenirent / et dicebant. domine papa quos pater noster gregorius pascere solebat / tua sanctitas fame perire non sinat. quibus verbis papa indignatus respondit / si gregorius ad famam sue laudis cunctos populos curavit suscipere nos eos non possumus pascere. et eos vacuos remittebat. Unde beatus gregorius ter ei apparuit / blande corripiens super detractione compescuit / post quartum illi apparens et dure reprehendens pede caput illius percussit. cuius dolore vexatus cito obijt. Hoc tempore paupere a nautis elemosinam petente ut naucleri nichil se habere nisi lapides / et cum recessisset pauper. omnia que habebant versa sunt in lapides / omne comestibile in lapidem conversum est in illo colore et forma eadem permanente / Capitulum de summis pontificibus

Sabinianus natione tuscus / sedit anno .j. mensibus v diebus viij cessavit episcopatus mensibus .j. diebus 14. hic constituit ut hore per ecclesias pulsarentur / Bonifacius natione Romanus sedit annis .y. mensibus viij diebus 26 / hic constituit vt mitid9 panis super altare poneretur / Bonifacius de civitate valeria sedit annis vj mensibus viij diebus xij. cessavit episcopatus mensibus 6. hic optinuit a foca vt romana ecclesia prima vocaretur omnium ecclesiarum. et quod pantheon ecclesia consecretur ad honorem beate marie virginis / et omnium martirum. Pantheon autem hoc modo habuit hedificacionis exordium / In templo iovis in capitolio uniuscuiusque regis tocius orbis statua erat / cum tintinabulo argenteo ad collum. et cum tintinabulum preter sonuisset / sacerdos ebdomadarius nunciabat senatoribus / quod id negocium agripe imponeret. at ille iij dierum accipiebat deliberacionis spacium / anxio ergo et dormienti apparuit quedam dea dicens / se esse cibelle / matrem omnium deorum / promittens ei de persis rebellantibus victoriam / si vellet sibi et neptuno deo maris ac dijs omnibus templum hedificare / mane senatui hoc letus retulit / et victor de persis navigio reddiens / templum edificavit do nycia in tempore. Anno domini 84. / ad honorem vero cybelis fecit statuam deauratam quam posuit in fastigio templi / et cooperuit eam mirifico tegmine ereo deaurato. Crescente autem xpiana religione dedicata est ecclesia omnium sanctorum. Institucionis autem racio fuit / primo supplecio omissorum / infinita erat sanctorum multitudo de quibus ecclesia non solempnizabat. secundo negligenciarum purgacio / unde in synodo decretum est ut omnium sanctorum memoria heatur / ut quicquid humana fragilitate per ignoranciam vel negligenciam vel occupacionem rei secularis in solempnitate sanctorum minus peregimus / in hac sacra observacione solvatur / tercio munerum facilior impetracio / in oracione dicitur desideratam nobis tue propiciacionis etc. Deusdedit natione Romanus sedit annis iij diebus 20 cessavit mensibus j diebus 16. hic constituit ut compatres filios ad baptismum tenentes separentur / vel si quis commatrem suam a proprio fonte spiritus sancti quod est pabulum salis sancti usque ad septimum gradum domini in coniugium duxerit. separentur / iste leprosum quendam osculo sanavit / Capitulum de iohanne elemosinario

Iohannes elemosinarius sic appellatus / elemosinarum multa liberalitate. huic annorum xv apparuit in sompnis puella splendidior

Liberacio traiani ab inferno

soleq3/ expgefact9 ait cruce se muniēs/ que es tu
z quō ad me dormietem intrare ausa es/ Ipā uo
illai nultu rīdit/ Ego sū pª filiaz regis· si me
amica possederis/ Ego te duca ī cōspctū īpatoris
neō eī3 hr ptātez apd' eū· sic ego/ q ipz p salu
te omī hūmanā/ Coronata aūt erat ex ramis
oliuaz· hys aūt dictis illa dispruit/ Ipē vero
mīaz ee huāilentez aduertit/ cōtinuoqz
singes occurrenti paupi vestimētu3 dedit
fact9 priarcha cōstātinopolitan9/ cuidā diui
ti sed latronib9 spoliato/ auxiliū deprecanti
iussit xv libras auri dari· dispēsatores uo
tm̄ quinqz dederūt/ mulier uo uidua nuscit
illi quinqz centenaria· vocat g° dispēsatoqz
z cptū dederāt īterrogat at· illi xv· dicunt/
q° cōrā/ a uidua vocata petit/ qd mittere
pmiserat q' due missat· Que ait e° manu
mea scripserā xv· centenaria/ z repi deleta
dece/ stupefacta dixit volūtas dn̄i ē cītātz v.
tm̄/ illi h° audientes ad pedes priarche ca
dentes veniam postulabant/ promittes nūqz
simile ee facturos/ Cū3 legisset de sepatōne sy
nodo qui p9 amictū egeno datū3 iterum
algēti tunica pbuisset/ et īterrogat9 q te expo
liauit abbq· demonstras ewāgeliū ait/ iste
z cp alio tpē vendidit ewāgeliū3/ z elemosinā3
dedit· ac interrogatū discipulo v̄ est ewāgeliū
rūdit pfca q dixit· vende q hs z da paupib9
z cp z° cū peteret uidue p exuriete filio nō
hret qd daret· se ipm̄ uendendū tradidit
ei9 cōpassione suipatiz Vendit seqz gottis drior
sinos ī pauitās dieb9 xanos fecisset stupefact9 et
illacrimat9 Johes cōfitetur se ei9 cōpassiōe su
patiz· q tm̄ quas hēbat pecunias tribuisset/
Precipiebat aūt pro defunctis collectas in
cigre fieri d· qz aū paucū tps qda uenietes
expsis· cypru īterrogati de quodaz/ appentib9
responderunt· se eū proprijs maib9 sepelisse
nō sicat aūt ipe· hei silis/ Post iiij aūt ānos
Ille cypru reddiit cognouitqz pro defuncto
a sing ter ī anno factaz memoriā ī epiphā/
Resurectōe et penthecostes· z ait qz hijs
dieb9 veiebat qda candid9 ut sol· z soluebat
eū auīclis ferreis/ z tota die secū ambulabat
In crastino nō se vīctū tenebat/ Cuida ei3
totū auz qp hēbat optulit/ i· libr̄ vij flexis
genib9 supplicās ut orare p salute vnici
filij ei9· z pro naui sue ... reddītu que
ī affrica ierat· qd' cū fecisset infra primū
z puer mortuus ē/ et nauis naufragiū
ptulit/ totū qz pter mas... perijt/ cuiz vir
ille ultra modū tristaretur/ vidit ī sōnis
queda ī ymaḡi sti priarche dicetz sibi· vt qd
turbaris fr̄· nō ne rogasti me ut fili9 tuus
saluaretur· /ecce saluus fact9 ē· cred' nā si
vixisset prauus z īmūd9 fuisset/ z de naui
tua scito/ qz nisi d9 pro bono qp fecisti pla
cat9 fuisset· sīua data erat· ut cū hoīb9
pīret z frem cū filio pdidisses· sz surge
z glorifica deū/ q reddidit t eū· z ab hoc
stō uano saluauit filiū tuū/ euigilas ille
cor suū cōsolatū īueit/ z curres ad stm̄ priar
cham visiōez narauit et grās egit

Cadreas rex britonū
amator fuit ciuiliū belloz· vñ bitones
ei9 seuiciaz nō ferētes gudmūdū rege
uocauerūt qui psecut9 ē eū de ciuitate ī ciuitatem
z in galias cōpulit z totā leognā occupauit q
media z melior ps regni expulsis epis· z destrue
tis ecclijs saxones uo leona occupata uocauert
angliaz gudmūd9 uo ī galias transijt· vt ysen
bardo ferret auxiliū· expulso alodwico auūclo
rege francie ysenbard9 uo illi9 amore expiano
pagan9 effect9 ydolis ymolauit

HEracli9 affrice prīcā9/ focā q ī suos
crudeliter seuiebat· pimi iussit/ z
cor9 tacq tyrāni cōbūri ipeqz ī pauit
et asgio pª coronat9 ē/ Hoc tpē apd' maure
nnā vrbem galie/ mulier stōis bapte/ dñotissia
expectabat adeo aliqd sibi donari de cor̄e ei9/ z se
hoc triēnio īstanter orauit· z cū ali9 desꝑare
potuisset ipā in dño spez pones iurauit nō se
māducaturaz· nisi quod petebat accipet· z vij
dieb9 ieiunans die vij police miri candoris
sup altare vides/ leta accepit· ad que adueniu
tres epi cōueniētes/ cū ptez elicē cupent/ tres
guttas ex eo stillare in pānū suppositū stupu
erūt/ z singli singlas se meruisse letati sunt.
Heracli9 āno z° genuit filiū cōstantinū ex
eudoxa q̄ª mortua/ martinā filiā sororis sue
īcestuose sibi copulauit/ et ex ea suscepit filiu3
eraclona· Eod' āno Heldifred9 rex angloz
nordanubroz rege scotoz/ cū oīb9 pene suis
bello extinxit pius omisso clericos z monacos
qui venerant ad pnc' orandū/ pro scotis/ hac
clade stī aug9 scotis pdixit/ qz cōuersionem
anglorū egre ferebant· anno eracly v̄· pterz
q palestina z damascus/ apsis capitur usqz ad
90°' homi pimūtur· zacharias priarcha
captiuatur· Crux dñica asportat a cosdroe/
rege psaz/ sepulcrū uo dñi intrare ꝯ uiolare
diuīa virtute pibitus ē/ ad quē misit hera
cli9/ rogans magnis precib9/ ut tributo ī po
to z accepto in recederet/ ille aūt ī efficaces
legatos remisit/ eod' āno ī ter fres theodricū
z theodobertū reges īstinctū auie brunical
dis/ plusqz ciuile bellū oritur sup̄ quib; 184
p. 8. anno vero sequēti cosdroe/ tota occu
pauit egyptū libiā atqz cartagine/ qd' au
diēs eracli9 cōtra eos militib9 ꝯfirmatis
cū ceteris ꝯtraijt eufratem/ et tauru3 mō
tem pueitqz ad amne sero z optinuit potez
cū ꝯpugnaculis/ Sarabar9 aūt cū potez ca
stramentatus est· multi aūt romanoz in
ordiāte psis ī tulere cōflictū z fuga simu
lātib9 psis/ romani insequetes ab insidijs
trucidantur/ multitudo barbaroz p fluminis
ripā diffusa romanos acriter sagittabat/ et
tādem gigāte9 psa impatorez ī me pontis
agrediētur/ que impator lācea transfessū
ī amnis fluēta proiecit/ quo facto babari
frīti in fugā cōuersi sunt/ aliuqz nissū pto
rem eracliū p intercessionem ubi dñicamqz
supauit· grando quippe vehemēs super ei9
exercitū3 cecidit z multos extinxit/ xanoꝝ
acie tranquilla manēte Post hec cosdroe aliū
ptore/ coarceuatis militijs qui diu e cōtra
eraclio dimicauit/ sed heracli9 opitulante
dei genitrice usqz ad hora nonā viriliter
dimicans eū occidit/ tūc pincipes psaz inte
ceti sunt/ z magna ps exercit9 romanam ditata

z spolijs/ ad cosdroe re deuntes dirigimus/ qui in tanti
elatus erat/ ut a vicinis gentibus quas suo dominio sub
iugauerat/ se coli quasi deum iuberet z vocari regem
regum z dominum dominancium/ fecerat quoque sibi turrim ar
genteam/ in qua inter lucentibus gemmis thronum ex
truxerat aureum/ ubique solis quadriga z lune
ac stellarum ymagines collocauerat/ ac per fistulas occul
tos quoque meatus aquam de missam/ pluere quasi deus vide
batur/ misit quoque ultro contra eraclium filium suum/ placuit quoque
utrique sumpturum unitum sup ponte confligeret z cui
sors concederet victoria/ ipse cunctis imperaret/ pulsatus
autem omnibus christianorum latinus/ heraclio concessit de
hoste triumphum/ Cosdroe quoque captiuus ad fidem conuersus
eius precium seruatur/ in heraclius cuncta regna
que sibi cosdroe subiecerat perlustrans ad illum
sedem peruenit/ Sedentem quoque in aureo throno reperit
z tremebundum se salutauit/ opcione dedit de. pro eo
quod tante crucis lignum quamuis indignus honorifice
tractasti/ si fidem christi suscipis regnum persarum cum
primonio z vita concedetur/ acceptis tamen pacis
obsidibus. Si vero renuis meo gladio peribis.
Renuente itaque caput abscidit/ suscepit quoque lignum
sancte crucis/ cum patriarcha z populo vniuerso. et
quoque sancti gaudentes/ cum ramis et cereis z cantus
ei obuiam pergunt z alij obsequuntur/ anno xviij
regni sui. Igitur cum imperator de monte oliueti
descenderet per portam qua dominus intrauit hora pas
sionis cum equo regio/ et imperialibus ornamentis
intrare vellet/ repente lapides de porta descendentes
z unum parietem continuum facientes/ meatum clauserunt
admirantes cuncti z attoniti in altum respicientes
viderunt signum crucis in celo flameo splendore ful
gentem/ Angelus quoque dominus illud in manibus accipiens ait/ quando
rex celorum redempcionis humane completurus sacramentum
per hanc additum intrauit/ non se purpuratum aut
coronatum exhibuit/ in precellentis equi vehiculo
Sed humilis aselli tergo insidens cultoribus suis
humilitatis reliquit exemplum quibus dictis angelus confestim
in celum redijt/ tunc imperator depositis insignijs di
gnitatis/ discalciatus z linea zona accinctus
crucem manu suscipiens/ perfusus lacrimis/ et erectis
oculis ad celum properabat ad portam/ illo quoque humiliter
appropinquante duricia lapidum/ celeste sensit im
perium. statimque porta subrigens liberum intrantibus pa
tefecit ingressum/ autem gloriosus augustus in laudibus
prorumpens ait. O crux splendidior cunctis astris z crucem
in loco suo restituit/ odor autem suauissimus no
bilitate diuinitus a persia usque ierusalem/ ex quo de fano cos
droe sancta crux sumpta est. per pectora se infundit
Detulit autem secum heraclius corpus anastasij mar
tiris qui primus magus fuit/ postea monachus
z sub iudice mazza bona cum multis alijs pro
fide christi martirio coronatus est/ cuius tunica quidam
demoniacus indutus protinus liberatus est. Hoc
tempore terremotus magnus fuit/ in augusti/ et se
cuta est clades in populo percussio/ scilicet scabiorum ita ut
nullus posset agnoscere mortuum suum/ hoc tempore me
litus 3us cantuariensis presul/ cum urbem flamma consumeret
se fecit podagricum/ illuc portari z sua oracione
flamas extinxit Eupualdus autem rex anglorum
orientalium qui cum patre eduualdo a fide christi apostota
uerat/ suasu edwinum regis nondum vbi cum
gente sua ydolatre renunciauit/ sed autem edwinus
post rodoaldum ceteris anglorum regibus maior esset
tamen a penda z cedwala rege britonum occiditur
z tunc fides christi in anglia perturbatur z successores eius

ad ydolatriam reuoluti mox accedualia (?) sed perempti

...

Contra carecium britones introduxerunt
anglos/ z tandem nomen z regnum penitus
amiserunt/ z non britones sed galenses di
cuntur. sine agualone duce eorum sic agalaes
regia/ post modum vij populis germanorum insulam
incursantibus in vij regna diuisa est. scilicet regnum
de chent in quo fuit egistus/ post quem reges
17. regnum de suthexe in quo fuit cella/ post quem
reges ij Regnum de merce/ in quo crida post quem
reges. 16/ regnum anglie in quo usta post quem
reges x/ regnum northumbrie in quo yda post
hunc reges 16. denique eadbrictus/ hic omnia vij
Regna coniunxit rex 189

Bonifacius natione campanus
sedit annis v. diebus xiij cessauit episcopatus mensibus vij. d
xiij/ Hic constituit ut fures ecclesiarum
anathematizentur/ et ut testamentum valeat
principis iussione. Item ut acolitus reliquias mar
tirum leuare non audeat sed soli presbiteri. Item ut nul
lus trahatur violenter de ecclesia. Item ut mona
chi sacerdotes vtantur potestate ligandi z soluendi
Honorius natione campanus sedit annis xij mensibus xj
diebus 28 cessauit episcopatus mensibus 1 diebus 18. Hic constituit apud sanctum
petrum omni sabbato procederet letanie z clerum
salubriter erudiuit/ elemosinis intentus z or
natum ecclesiarum/ z ecclesias sancti petri tabulis eneis
cohoperuit/ mitissimus z instructus fuit. Se
uerinus natione romanus/ sedit annis ij mensibus iiij
diebus 28. Hic clerum dilexit z pauperes et posses
siones ecclesie ampliauit. Iohannes natione dal
mathinus sedit anno 1 mensibus 8 diebus 18. cessauit episcopatus mensibus
1 diebus 13. Hic constituit thesaurus ecclesie multa
milia hominum ystria z dalmacia a seruitu
te redemit/ et anastasij domnione et a
liorum martirum reliquias quas de dalmacia
z ystria duci preceperat/ iuxta fontem latera
nensem in oratorio sancti iohannis euangeliste
recondit. Theodorus natione grecus sedit annis 6
mensibus v. diebus 8. cessauit episcopatus diebus lij Hic constituit benedici
cereum in sabbato sancto z composuit librum
penitencialem. Hic pirrum constantinopolitanum
episcopum/ z paulum successorem suum qui non tantum
vesana doctrina/ sed z aperta persecucione ca
tholicos cruciabat/ et apocrisarios romane
ecclesie ad correctionem missos/ vberauerunt a
de terrauerunt/ dampnauit

Pericius quoque cirus alexandrinus episcopus
z sergius constantinopolitanus patriar
cha/ monotelithicam heresim pre
dicabant in una in christo naturam agentes depravatus
eraclius augustus/ post tantas victorias aberrauit
a catholica fide/ z astrologus ac magus effec
tus/ nouit quod gens circumcisa sibi vastauit
imperium. ideo omnes iudeos in suo imperio baptizari fecit.
Item ab eo rogatus fecit francorum dagobertus. sed
diuino iudicio. Agarenorum humauro duce
eius cepit grauiter lacerare imperium/ hu
mauus eciam ierusalem feniceam damascum ac to
tam syriam z anthiochiam comprehendit z
heraclij Regnum persarum constantinopolim clam
veniens baptizatur/ cuius nepos cesarea cum
paucis fidelibus hiin (?) priuato/ et cum ad vnum
reddire nollet nisi fieret christianus cum lxx

homo veniret et ab imperatore de sacro fonte levatus rediret. Tunc heraclius apertis portis ferreis caspiis eduxit homines sevissimos quos incluserat alexander, cum eis sperans instaurare regnum. Sed 40000 eorum per angelum nocte interfecti sunt. Propter quod heraclius timidus effectus et plenus dolore ydropisim incurrit et mortuus est, qui dudum deo confidens gloriosissime triumphavit. Igitur de privato eraclio cum zacharie ierosolimitano antistiti successisset modestus reparare studuit ecclesiam sancti sepulcri, que sub cosdroe destructa fuerat. Sed maximus episcopus eam refecerat, quamque helena hedificata fuerat. Ceterique fideles aliis resarciendis ecclesiis insistebant succedente quoque sofronia modesto. Macometica persecutio inchoavit et amissa est tota terra alexandrina syrie usque in egyptum non sine multa effusione sanguinis christianorum, nec est reddita plena libertas christianis usque ad tempora urbani pape secundi per annos circiter 470. Tunc hummar princeps ... filius ... templum domini quod titus destruxerat sicut nunc manet hedificavit. Igitur saraceni turchi machumeth duce pseudo propheta a suis sedibus exeuntes eraclii vastaverunt imperium. Initium autem commotionis ortum est quia cum spado quidam imperatoris distribueret togas militibus, saracenis sub heraclio militantibus ac togas petentibus respondit: Vix sufficit imperator militibus dare togas, quanto magis canibus istis. Illi vero dolore et pudore commoti saracenorum gentem ad rebellandum excitavere. Ab anno heraclii xx saraceni qui hactenus fuerant sub persarum regno eos bello victos versa vice sub suo redegerunt imperio et ex tunc intitulatur regnum saracenorum pro regno persarum.

Machumetus arabs de gente ysmael filio agar, mortuo patre abdimeneph et matre fatomia, relictus parvulus ab ydolatra quodam nutritus in loco arabie dicto Siliga, et natus ex bidumis, qui numquam armati ad bellum pergunt, asserentes quod diem mortis a deo sibi statutum nec preterire possunt nec prevenire, sed solum camisiam pellis ... ferunt, capita involuentes, lanceis et gladiis utentes, tamen et licet in fugam faciliter committant. Ceteros tamen saracenos utentes arcubus et sagittis qui ex timore id agant despiciunt. Sunt autem mendaces et infideles, non solum christianorum sed et saracenorum proditores, auram fortune sequentes prevalentes. Super pepla pileos rubeos portant in temporibus de pellibus animalium factis. Habitant plerique ovinis et caprinis pellibus vestiuntur. Nullam habentes certam sedem, per campestria vagantur et pascua, in regionibus variis lacte viventes animalium copia, secum trahunt penitus otiosi. Equorum et pecorum curam committunt uxoribus. Machumeth autem grandiusculus effectus conducens primo asellum, deinde camelos, vitam transigebat. Tandem qui perfecta etate cum camelis per palestinam et egyptum transiret mercando, associatus nunc christianis nunc iudeis plura didicit de novo et veteri testamento, deo et magus perfectus efficitur. Per multa autem loca transiens corozayn ingressus domine illius provincie que cardigan vocabatur diversas species offerens, quas illa admirabatur, familiaris efficitur, eique falsis sermonibus persuasit se esse messiam quem iudei expectant. Cum opinioni in-

herebat plurimi iudeorum sed et plurimos saracenorum ad se traxit tam ingenii calliditate quam incantationum fallacia.

Sergius nestorianus clericus vel secundum aliquos monachus excommunicatus et de ecclesia pulsus, qui secundum nestorium asserebat verbum habitare in homine quem assumpsit non per unionem personalem sed secundum affectualem, sicut vir et mulier dicuntur una caro, unum non pro plus ceteris in plus quod diligit a verbo, quod si ita esset non posset verbum dici natum de virgine et passum in cruce, confingit ad Machumeth, et columbam nutriens sic edocuit ut grana de eius auribus sumeret. Unde cum quando Machumeth videbat super humeros eius volans rostrum in eius aure ponebat. Sergius post hec suadet populo illum sibi preesse debere quem spiritus sanctus designaret. Statuto quoque tempore columbam secreto emisit, quam populus spiritum sanctum credidit in aure Machumeth loquentem et divina sibi revelantem.

Cepit exinde novas fingere leges de utroque testamento ut pluribus placeret quedam similiter interserens, dicens eas sibi per spiritum revellatas, ut vero mendacium subornaret, eas thauri cornibus qui sicut columba de auribus ita tempore ad presepium accurrit. Illeque de cornibus legem quasi divinitus missam tulit. Effoderat preterea puteum lacte et melle plenum in certis locis collocatum et populo ait: novam legem cum miraculis promulgandam, ut ostendat deus mercedem servantibus, locum quem designat ut fodiat. Et repertis puteis alimentum populis leges prima electe quasi perpetuas ... amplexantur, sicque pseudopropheta procurante assurit se messiam. Nubit quoque cardigam. Adherent arabes regno persidis infestantes, sic deinde orientale usque alexandriam sortitur imperium. Videns autem cardiga Machumeth frequenter cadere epilentica passione, tristari cepit quod nupsisset homini tam impuro. Ille vero tristem consolatur, asserens se per aspectum archangeli gabrielis sibi loquentis cadere ac deficere propter illius splendorem, ut potest carnalis homo sustinere non posset.

Ex illa locutione frequenter maxime tempore orationis statuit sui corporali eius locione putat animas lavari. Orant quinquies in die medium inter iudeos qui ter et christianos qui septies orant. Tenent ieiunantes ab ora qua possunt filum album a nigro discernere abstinent a cibo et ab uxoribus usque ad solis occasum. Tota vero nocte delectationibus corporalibus vacare licet. In anno autem integro mensis ieiunant. Semel in anno ad domum dei, que est in mecha, ire eamque involuti linteolo subtili circa renes circuire et lapides per media femora ad dyabolum lapidandum iactare, quam domum dicunt adam construxisse omnibus filiis suis et quod eam roboravit abraham, ibique vota vovit et sacrificia obtulit et ysmael reliquit. Et mortuorum ... quatuor legitimas uxores eis habere licet et qualibet usque ter repudiare et iterum recipere, concubinas et captivas quot volunt habere possunt et eas vendere nisi impregnata fuerit, et tunc eam alterius iugo eam subicere non potest. De propria quoque cognatione uxores ducere licet, ut amicicie vinculum fortius constringatur. Cum adultera comprehensus cum ea lapidatur, qui cum soluta fornicatur lxxx verberibus plectitur. Fur prima et secunda vice liberatur, tertia manu punitur, quarta pede. Vinum autem semper eis prohibetur. Servantibus legem promittitur paradisus, id est deliciarum ortus aquis perfluentibus

Machumeth non quasi prophetam cultum eam excolunt omnes preter paucas communitates et parte licet sanguinem ...

irrigatus/ ubi ciborum vescentur quibus quidquid appe
cierint coram se stabit in vicem omni colore sericis
vestientur et unguentis speciosissimis conjugent puellis
cum accubabunt. quibus angeli more pincernarum minist
rabunt in vasis aureis lac/ et in argenteis vinum. dicen
tes/ comedite et bibite in leticia. non credentibus
vero deo et machometh erit infernalis et perpetua
pena ignis inextinguibilis/ potus omni felle amarior
qui et viscera dirumpit. cibus de arbore que vocatur
azaqua et est omni pessimo sapore deterior/ et fiet in ventre
sicut fulgur. 8a p. de machometh fuit pseudo propheta

Verus propheta autem tribus signis cognoscitur/
castitate vite quam ille vacabat/ in pietate et in
principe/ vi p. 9 admiracionum operacione/ quam quasi
sic ait in alcorano/ quia sibi dixit deus/ non te facere mira
cula non permitto/ quia ne tu sic et aliis prophetis immirabi
lis contradicatur timeo. sed mitto te cum gladio et potestate
ad futurorum subtili speculacione/ quam impedit affluencia
carnalium voluptatum/ cui ille totaliter immersus erat
vi p. x. dicamus quod sic pseudo apparet concupiscencia
oculorum/ racione rapine ex superbia vite racione usurpate
potestatis ex concupiscencia carnis/ racione carnalis immundicie
que sunt radices fere omnium malorum. dolositas illius quasi per
sequitur p. 4. 2. 6. 9a p. de rapinis eius

Machometh cum illis de mecha esset odio ni
mis quia latrunculis sociatus simplices
decepisset/ putantes eum esse prophetam. abiit
ad quandam civitatem destructam a iudei
ex magna parte habitabatur legem suam promulgare volens
et primo quidem cuiusdam pupilli domum abstulit/ deinde in
expedicionem misit. anazecha/ filium adhimelech
cum equitatu XXX virorum/ rapere camelos choaris
qui revertebantur de syria cui occurrit abegel
filius hysen cum 300. fugavit eos et non potuit machometh
qui propheta salvare in parvis/ in alia expedicione misit
hugida filium alarich/ filii amicalib/ cum 40 mi
litibus ne facile terrerentur. quibus occurrit elxezephum
cum suis militibus non eorum sanguinis effusio est plurimus
et non affuit prophete presidium/ In 3a autem expedicione
misit eundem filium ebibachad/ cum xx viris et non
invenerunt camelos. iam enim transierant nec va
luit cecus propheta invenire futura vel absencia/ post
ea egressus est ipse ad capiendum camelos choaris/ qui
venit ad locum qui dicitur gueden/ non cum invenisset nimbre
filium gad semnuhyr. et non prevaluisset adversus
eum. reddidit vacuus nec plus invaluit propheta/ cum
eius familia iterum exiit cum veniret iabo. querebat
iterum camelos choaris/ quibus insidiabatur in reddendo
et sponsis pro eis acriter dimicaret/ tandem confusus
abscessit. fuerunt autem expediciones eius 26 preter
insidias in sultus/ quorum novem ipse fecit/ quod latronibus
convenit non prophetis. 11a p. de reprehensione errorum in lege eius contentorum

Bestia illa feditate abhominabilis/ non eru
buit in scriptis ponere/ datum rebus suis
adeo ut xl. viris in coitu possit equi
ubi se rebus odoriferis et coitu delectari dicit
hic cum adamasset cabeth filiam gausi/ uxorem zaidi/
induxit deum in alcorano de ea loquentem ad se/ cum
complenerit zaidi vir eius votum suum in ea/ tunc
eam dabimus tibi. quod quam turpius dici potest. cum uxor
eius aissa libidini dedita/ cum azaphagam. quem
diligebat stuprum gereret. et multi super hoc
loquerentur. reprehensus a filio abitalib pu
tante quod cum esset copia mulierum/ de honestate a mu
liercula pateretur et quod dignum esset repudio. respondit nullam adeo
caram ut potest quam vigies attemptatur/ et adhuc invecta in illa

nondum se prom cadere care care non muliere sibi hu
mile dimittere/ Insuper in alcorano ait sibi illam
innocentem esse fuisse divinitus revelatum/ zaphyram
iudeam docuit super ceteras eius uxores gloriari/
cum iudaismum improperabat/ dicendo non ne suus
eius pater aaron/ primus moyses/ maritus machometh
11a p. de reprehensione errorum in lege eius contentorum

Primo quidem quod omnia baptismata 5
124 c. p. 6. 2o quod ieiunium prestat/ de
primo in tempore 2o per in temperancia. cum enim ie
iunium indicatur ad domadam
carnem pro accedat lascivia/ hoc nocturnum tempus
magis aptum carnalitati/ nulla restringit temperancia
vel abstinencia/ 3o quod adoracione in mecha. sicut
dicunt est quia ille modus adorandi ydolatria est et precepto
lapillorum sumitur de cultu veneris quod et ostendit
cultus feminines qui ibi fiunt/ ora oculos quasi te
gens et ut cultus ipse apparet propalet/ notandum
quia ut ait petrus alphonsi iudeus conversus/ duo
filii loth. amon et moab hanc/ domum honora
re consueverat/ duo colentes ydola unum ex
albo lapide/ dictum mercurium/ alium ex nigro
dictum camos et primum quidem in honore saturni
alterum in honore martis/ hedificatum/ ad satur
num adorandum ascendebat/ quando sol primum gradum
libre intrat/ quia libra saturni erat/ rasis enim
dicit tonsis capitibus thurificabat/ ad mar
tem vero quando sol primum gradum intrat arietis/
in eius discessione prout moris erat lapides
iaciebantur/ arabes itaque cum eis hec ydola
adorabant. Machometh autem pristinam consue
tudinem/ auferre nequivit/ sed ut novum aliquid
componere videretur/ opponit nudis subtile pannum
sine linteolum/ et ne ydolis sacrificare vide
retur/ saturnum ex parte in angulo domus inclu
sit/ ut facies eius apparere non possit. sed tamen dex
teram/ Marte vero quia iudicis sculptus erat ponit
sub terra et lapidem supponit incidentibus. ad
adorandum hos lapides osculari precepit cum humili
tatis. lapides quasi per femora proiecit ut cultum
dive sue omisisse videretur instituit per con
busticie. hanc illi gratiam venus rependit. ut
non iam veneri sed eius prophete hoc decreto in
pendatur obsequium. 4o caro porcina sa
guis et morticinum a comestione prohibere
racionale non dicitur/ non quia nociva humane com
plexioni/ vel aliquid significativa ut in lege mo
ysi quorum neutrum in lege eius/ falsi prophete poterit
assignari. 4o quod plures uxores advertendum
quia si una retrahit/ mente ne possit vacare
deo/ propter quod christianum sacerdotes/ castitatem vovent
quanto magis plures/ ut dicitur sit tamen quod nimis ne habere
plures. 5 13. c. p. 2. in hoc tamen circa matrimonium
precipuus eius error/ quia ipsum ordinat ad delectacionem
tamquam ad finem. unde et in fantastica tamen beatitu
dine quam ponit/ dicit illa affuturam. si vero natu
rales consimilis delectaciones non est finis cibi et
matrimonialis copule/ sed eius hec ad illa
inclinat quasi ad finem/ quod vero dimissione uxoris
ca. 96 p. 3. et 4. quod et vendicionem ancillarum
cognitarum et non impregnatarum est quia tunc queret
filium stuprare aperte cognitam/ quod in natura vere
crudelissimum est. 6o quod delectaciones carnales
quas ponit in beatitudine vide 5 c. 93 p. 4 4. 6.
7. et 8. Et ulterius advertendum cum ibi preter
corporeas delectaciones nichil ponat beatiores

erunt homines anglici, quibus talia non congruunt. et in vita
hac plus participat de beatitudine bestie quam homines. Sarra
ceni. Item quia loquens de consolatione hominum dicit: preterea
quando ponentur corpora incorruptibilia non assistit con
tinua corruptio. Talis autem lex tales potuit alli
cere homines in quibus ingentes stimulus carnis vigorem
extinxerat rationis.

Postquam annis 40 populos multos seductor iste
decepit, imminentem mortem sentiens
amicos et cognatos ait, ne corpus suum
sepelirent, quia illud ferebat post triduum
deferendum in celum. Auctorque veneno obiit. Humanum
autem corpus non modo tertio, sed xii diebus, tantus ex eo cepit
fetoris horror, ut illotum humo operire coacti sunt.
Propter quod multi se deceptos cernentes abdicarunt
legem ipsius. Tunc qui cognati et socii fuerunt
Maumethi, volentes se comodum amittere
temporale, magis persuasibiles blanditiis deinde
eligunt Maumethi successorem, sive heredem.
Hic dignitatem adeptus blanditiis aliquos
non nullos metu ad se inclinat. Socer autem
quidam Maumethi nomine Aali honore et comodo
huius alterius cum complicibus illius a principatu ce
deret, volens quasi reputari propheta maior Mau
meth, cepit legi eius detrahere, et quia familia
rius loqueretur cum deo, novos ritus instituere.
Atque huius legi adherere noluerunt in partibus
orientalibus. Calipha Baldacensem creaverunt,
cui tantam reverentiam exibent ut nullus absque
eius nutu vocetur soldanus. Reges quoque coram ad
terram prostrati pedes eius humiliter deosculentur.
Duravit autem calipha Egyptius usque ad tempora
Saladini, Baldacensis vero usque ad tempora Tartarorum.
Princeps autem occidentalium regionum que legem
acceperat Maumethi, qui regnum solium
in Morachio tenebat que Cartago olim dicebatur,
qui non solum Ethiopie et Affrice sed et Yspa
nie preerat, neutri volens subici, se ipsum regem
et calipham reputans, Miramamolinum id est re
gem credentium se suosque successores vocari
iussit. Sic inter orientales et occidentales
Saracenos magna divisio orta est. Mansit
autem inter eos fideles, maxime in partibus terre sancte,
sicut Iob inter Chananeos, et sicut Loth in Sodomis, et sicut
lilium inter spinas. 13 post de quibusdam occidentalibus regibus

Sublato Britannie dominio Britonibus,
pars que eis remansit regebatur per tres
tyrannos. Sed tandem convenerunt prin
cipes et Caduanum in regem sublimant.
Quod cum audisset Elfridus conversus per Augustinum missum
a beato Gregorio 188 p. 4 et coadunasset sibi
reges Saxonum contra illum, per internuncios convenerunt
ut Elfridus trans Humbrum, Caduanus vero citra flu
mina regnaret, et ita amici facti sunt ut essent sibi
omnia communia. Successit autem Caduano Caduallo
filius, Helfrido vero filius Eduinus, in nutritus cum
Ediberto Cantuarie rege. Caduallus filius
eius succedens ab orientalibus Anglicis hanc potesta
tem accepit, ut ceteri Anglorum reges sub eius
nutu regnarent. Atque Elfridus occisus est.
Filius Eduinus a Penda et Caduala rege
Britonum peremptus. Oswaldus frater sanctus Christi
tenuit, filius Edilfredi regis Nordanumbrorum,
et Caduallam occidit, et quia fidelis super omnes
reges Anglie extitit, et quatuor linguarum
gentes, pictos, scotos, britones et anglos sub dicione

accepit. De quo in 192 p. 3. Et post longam pacem
Cadualus prohibuit Eduinum diademate
insigniri, allegans quod hoc tantum uni regi competeret. Et tandem
post multa bella auxilio Pende regis Merciorum et Salomonis
regis Armonicorum cognati sui Caduallus occidit
Eduinum et post ea Osricum successorem illius.
Sisebutus rex Visigottorum victoria et filio et lit
teratura et eloquio magnus, Vastones vicit, du
os patricios Romanos cepit. Suus per omnia Leuvigildus(?)
regnum Gottorum in Yspania per maritima usque ad Pi
reneos firmavit. Iudeos sibi subiectos ad fidem
Christi convertit. Austures et Ruchones in arduis
montibus rebellantes humiliavit. Ecclesiam sancte Leocadie
Toleti fundavit. Pater pauperum vocari meruit. Toleti
obiit tempore Eraclii. Post eum Recaredus filius parvulus.
Post hunc Suintila. Cum filio Richimiro synodus plures
cum episcopis Toleti fecit, et factus totius Yspanie monar
cha, et intra fretum expulsis Romanis civitates
sibi subiecit, quod nullus priorum regum fecerat. Vastones
Tarraconum provinciam invadentes, cuius terrore perculsi,
remissis telis et complosis ad pacem manibus ei sup
plices colla summittunt. Toleti moritur. Post hunc Si
senandus totam Yspaniam sue dicioni subdidit.
Post hunc Cyntila. Post hunc Tulgas optime indolis a
to(?). Toleti moritur sub Eraclio moritur. Postea Chintasui
ndus totam Yspaniam sue dicioni subdidit, et omnes sus
pectos occidit. Quibus in fidelis arma deponit, a papa
optinuit ut fratrum beneplacitum pontifici Yspanorum
primicie dignitas de Yspalensi poneret Toleti,
sicut fuerat ab antiquo. Postea Recesuindus sinodus
cum episcopis mire egit. Clericos dilexit, et a gentis dilectus
obiit sub Constantino. Eo tempore sanctus Ildefonsus Toleti
presul fuit, qui venientes ex Gallis(?) Elvidium et
Pelagium et ab Yspania illos abegit, et virginitatem
Marie contra blasfematores sacrarum litterarum testimo
niis confirmavit. Tam dulci eloquio parabat ut os
aureum vocaretur. Illi autem eunti ad ecclesiam
matutinali hora cum luminaribus, clero et populo comita
tus, gloriosa virgo stipata sanctis agminibus ei apparuit
dicens: Quia virginitate laboribus tuis perduxisti et vir
ginitatis mee gloriam in corda fidelium confirmasti,
de thesauris filii mei hanc vestem accipe, qua utaris
in filii mei et meis solempnitatibus. Hanc vestem
nullus post eum uti presumpsit, nisi Sisebertus qui suis
demeritis in exilium missus est. Dagobertus rex
Francie relictus puer a Pipino filio Karoli
Magni, qui fuerat maior domus Clotarii, nutri
tus est. Cum in dissonancia re patria cohortabatur sanctus Ar
nulphus filius Arnoldi filii Ansberti. Iste Pipinus
habuit filiam beatam Gertrudem virginem. Ex sapiente non
concubina duos habuit filios, Drogonem maiorem, qui
ducatum cepit Campanie, et Grimoaldum. Item ex alia Ka
rolum Martellum utilem et egregium. Consilio quorum Clo
tarius Dagobertum in regno constituit, predictis Pipino
et Arnulpho in Austrasia. Hic solus regnavit in
Francia, sed fratri suo Heriberto circa Ligerim pau
cas urbes dimisit. Clodoveo ei usque nunc
regnum Francie in tres fratres confuse et inequaliter divisum
est. Terminus autem regni Francie iam erat ab Yspania
usque Panoniam. Huius ab uno capite Aquitania, ab alio
ducatum Bavarie continet protenditur usque ad Hungariam.
Et Dagobertus Bavariis leges dedit. Hic vivente patre
contra Saxonibus bellum iniit, ubi graviter vulneratus
est. Sed recepto a patre auxilio de Saxonibus gloriose triu
mphavit, et universam Saxoniam sue dicioni subiecit,
et omnes illius gentis masculos longiores gladio Dagobertus prim[illegible]

192 p. 3

de rege Anglie, Visigottorum, Francie

7 a3 regnavit

Sancto Ildefonso data veste per beatam virginem episcopo Toletano

iussit. hic fundauit monasterium sancti dyonisij
z 639. Singibertus filium austrasijs regem iussit
sub tutela pipini z chuniberti epi. deinde mor
tuo godoberto. iuxtus sanctus contra eum per suarum ecclesiarum
expoliacione reclamantibus beati dyonisij in tercio
liberatus est. Legitur eciam quod dagobertus iuuenis in
venacione ceruum insequens. cum ille se reduxisset
ad locum ubi iacebat corpora sanctorum dyonisij z sociorum
suorum z tutatus quia nec a canibus nec a venatoribus ledi
potuit. consequenter accidit ut dagobertus iram patris
incurrit. quia sedregisilum. quem pater in aquitania tractan
dis rebus posuerat. quia sibi debitum non exhibu
isset honorem. iussit flagellis cedi. z barbam ra
di. ideo indignacione patris fugiens. ad locum ubi cer
uus tutatus fuerat confugit. sanctos asserens non
nunquam quod ceruum deffendit. ubi soporatus audiuit
quod non solum a paterno periculo. sed ab eterno supplicio li
ber esset. si memoria istorum sanctorum ornaturum se
promitteret. z quod pater ex parte dei virtute sibi pepercit
nullus extunc dagoberto locus dulcior atque iocun
dior fuit. z a promocione z ornatu loci nunquam
cessauit. 14ª p de iudicibus illius temporis

Filius dagoberti regis francorum baptizatur
puer 40. dierum a sancto amando. ubi cunctis ta
centibus puer ipse rudit amen. Arnulphus
pater pipini maior domus francie. preul a flandria
in lothoringia ducatum habebat. qui cum diuina a
more. uxoris. z filiorum amori preponens. ad he
remum pergeret. z flumen mosellam transiret. anulum
suum in aquam proiecit dicens. cum anulum istum recepero. tunc
me a peccatis absolutum confidam. deinde in heremo
mortuus mundo. non modico tempore vixit. Postea
eligitur metensis episcopus. z dum solito more a carni
bus abstineret. piscis ei presentatur. in cuius visceribus
anullus inuentus est. Ille vero pro peccatorum remissione gracias
agens. maiore abstinencia se constrinxit. Semel ad eum
quidam leprosus clamauit vestitum virtutis depo
scens. quem ille iussit ad hospitium deduci. z cum
solitam sibi inpenderet pietatem. quia barbarus erat
sanitatis causa si sacra vnda baptismatis esset ablutus. re
pente ait ille. nequaquam domine mi. nam iam in infelici
abiecto in populo. quia baptismi graciam tribueret. su
scepto igitur baptismo. omnis lepra discessit. Igne
quoque ciuitatem flamantem. crucis signo restrinxit
Clodulphus eius filius sibi in sanitate z episcopatus dignitate
successit. Doda quoque mater ipsius clodulphi treueris in
clusa x° ancillatur 19ª c de ypone statim z galcanus

Constantinus eraclij filius 4° mensis imperij a
nouerca sua martina. z pirro secretarium
veneno extinguitur. Hoc tempore francorum
exercitus lumbardiam intrauit. cum cum oc
curisset grisimoaldus. rex longobardorum. deinde
fugam simulans. tentoria reliquit vacua. quidem
hominibus sed victualibus vino maxime refferta. fran
ci quoque extimantes eos fugisse timore perterritos cibo
onerantur. et debriantur vino. cumque profunda
nocte dormierunt. longobardi super eos irruentes
omnes pene extinxerunt. Constantino autem perempto. mar
tina heraclona. ipsum arripuit. sed postea exiliatur cum
pirarcha. absciso naso filio z lingua matris. et
constans qui z constantinus imperauit 19ª c de ypone statim
z constantino z agapitus el ß p de gestis eius

Constans z constantinus postea imperans.
in monothelitarum heresim incidit. sic auus
eius eraclius. deceptus eciam a paulo constantinopolitano
episcopo typum exponit contra catholicam fidem. Martinus autem papa
in concilio 200 episcoporum paulum excomunicauit. propter quod mittitur
olimpius ad papam occidendum. z regendum ytaliam
z cum aliter non posset voluit eum a spiculatore perim
cum ab ipso communicaret. sed in illo tunc spiculator cecu
tate percussus est. tandem in exilium missus. tridone mori
tur. tempore tunc vitaliani papae imperator macedonius eius beneficium recept
z renouatis romane ecclesie priuilegijs euuan
gelia auro conscripta z gemmis ornata beato petro
transmisit. 646. Constans cum saracenis congressus
nauali bello ignominiose vincitur. 660. Mannias
saracenorum admiras constanti firmat pactum. vt
saracenis romanis cottidie soluat mille nu
musmata z seruum z equum. 662. Imperium in romanam
transferre nititur. sed a constantinopolitanis
ei restituitur. redualdo cantuariorum rege mortuo
successit filius eius conbertus. hic primus in anglia
corum destruxit ydola z fidem dilatauit. z ieiu
nium quadragesimale obseruari precepit. Da
goberto successit. Clodoueus filius eius potentem
principatum. Singiberto fratre eius iam regnante in
austria. In palacio vero singiberti regis post
pipinum grimoaldus filius eius potentem principatum.
Singibertus de prolis successione desperans xij
construxit monasteria. et childebertum filium
grimoaldi adoptauit in filium z in regnum
2ª p de summis Pontificibus

Martinus nacione tudertinus sedit annis 6.
mensis 1. d. 26. cessauit episcopatus d. 28. hic concilium
faciens. cum episcoporum. excommunicauit
Paulum constantinopolitanum. a quo
imperator seductus est. eius festum in crastino beati
martini celebratur cetera vide supra p. 1. Eu
genius nacione romanus sedit annis ij. mensis viij.
cessauit episcopatus mensis 1 d. 28. hic magna claruit
sanctitate. z quia greca ecclesia seppe erroribus va
cillabat. tam in platis quam in principibus. studuit
romana ecclesia ecclesie multiplicare episcopos circa
vrbem per ytaliam congregandum. Vitalianus nacione
campanus sedit annis xiiij. mensis 6. cessauit episcopatus mensis 6.
d. 13. hic cantum romanorum composuit. z organo
concordauit. hic macedonius duxit ad imperatorem mo
more. nunquam autem beneficium recepti renouatis ro
mane ecclesie priuilegijs reddiderit. potentes
euuangelia auro conscripta z gemmis orna
ta. que imperator sancto petro transmisit. hic
cantuariensi ecclesie prefecit. theodorum grecum
magne litterature virum. qui theodorus penitentialem
scripsit caute z sincere omnium culparum mo
distinguens de quo in iure canonico frequenter
fit mencio 3ª p de contingentibus

Hoc tempore oswaldus rex saxonum vel nor
danhimbrorum anglorum. filius edilfredi
preminitur. sed dum obsideretur a ca
duali regis britonum exercitu in eadem britannia
crucem in campo erexit. z commilitones instruxit
vt summa voce diuinum auxilium flexis genibus
communiter inploraret dicens quia sciat deus quam iusta bel
la pro salute nostra gerimus. sicque victoriam
iuxta fidei sue meritum consecutus est. Post hanc
victoriam ut recitat beda de gestis anglorum libro
3°. ca. 4. cum esset largus pauperibus z peregrinis
accidit ut in die pasche aydanus episcopus qui
magnam insule partem maxime occidentalem
conuerterat ad christum. cum rege in mensa
sederet. z cum ante regem positus esset discus
argenteus regijs cibis refertus. vocat regi

minister. cui pauperum curam commiserat / qui illi elemosinam
expetierant. invenit / dat quod rex cum cibis disci. Iu-
bens illum frustratim dividi / et pauperibus dari. tunc
eius dextram apprehendens episcopus ait. numquam veterescat
manus ista / quod et factum est. nam predictam victoriam
audiens. peda rex merciorum in iram exarsit. et contra
oswaldum exercitum ducit. in quo bello brachium eius
perditum. atque [?] / putrescente autem corpore usque
nunc manus illesa servatur in locello argenteo mul-
tis coruscans miraculis. nec mirum ait beda. si
infirmos curabat mortuus / quorum maximam cu-
ram habebat vivus / Oswaldo autem successit oswi
qui multum aurum et argentum donavit / pede iam tunc
in fine donanti / ac sic ab eo pacem obtinuit / se ei
summittens. sed contra oswi insurrexit filius eius alnredus
et oswaldus filius fratris / et cum prevalere non possent.
implorant a peda auxilium / qui ne pacta cum oswi
in victam neces paterne saxones occulte vocaret
et quia saxones britonibus erant exosi / peda hostibus
oswi sociatus in bello victus periit. cui successit
beneficio cadualonis vulfridus filius / oswi autem
gentem merciorum ad fidem convertit / et regno anglorum
subdidit / deinde pictos similiter / completis demum
48 annis cadualis senio gravatus moritur.
Cuius corpus britones balsamo / et aromatibus
conditum in quandam eream ymaginem / miro arte inpo-
suerunt. et super equum eneum armatum eius ymaginem
mire pulchritudinis in porta lodonie occidentali ad terrorem
saxonum statuunt / successit autem ei cadualadrus
filius eius / quem beda claudualam vocat cuius tempore civile
bellum inter britones ortum est / et fames in manus
quam tanta mortalitas sequuta est / ut vix sufficie-
rent vivi ad sepeliendum mortuos / pro [?] omnes
pene britones ad minorem britanniam navigarent /
saxones quoque eadem causa in sua redeunt germaniam
Post annos vero xi germanis cum pastoribus terram
laudantes / eamque obtinent / et angli vocantur. et cum
cadualadrus ad recuperandum regnum se pararet / voce
angelica prohibetur. primus autem rex anglorum
fuit elee / cenobium floriacense a leodebodo
abbate apud aurelianum fundatur / iodocus regis
britonum filius spreto regno / et heremita in pago ga-
lie pontico requiescit. in [?] Anno constantis
xi ignis de celo cecidit et pestilentia gravissima
fuit / tribus estivis mensibus / civibus cernentibus
bonum atque malum angelum nocte circuire. et quo-
tiens rome malus angelus iussu boni / hostium
cuiusque percussisset venabulo quod manu ferebat
tot ibi sequenti die interibant / tunc [?] ita
depellantur ut [?] ibi nasceret / [?]
hominibus per [?] / Constantis tempore clodoveus
2us / corpus sancti dionisii discoperiens minus religiose
sed cupidus os brachii eius fregit / et rapuit / mox
que amentia perpetua incurrit. postea anno tercio
morienti lodovico successit / lotarius filius post
quem alius filius tercius theodricus / maiore domus
regie / ab ebroino factus est rex. sed propter nequitiam
ebroini expulsus est. et ebroinus tonsus factus
est monachus. et vocatus est de austrasia. Childe-
ricus sed sub quo maior domus fuit vulfoaldus
sed cum regibus francorum a solita probitate defi-
cientibus / rex summa per maiores domus dispo-
nebatur. aldricus autem per ora levis adilone
ad stipem tensum gravissime cedi / sine lege pre-
cepit. a quo magnorum auxilio in venatione
occisus est. et theodricus revocatus. tunc ebroinus

apostatus de monachis ultus est / contra quem neces pippinus non
prevaluit. postea occiso ebroino francia maiorem
domus constituit. hunaragonem / quo defuncto bertarium /
nocte qua mortuus est ebroinus apparuit in insula
super lugdunum / orandi monacho galea ignitis
hominibus per rodanum descendentes. qui coniurati dixerunt
se esse demones. ebroinum ad olla vulcani defe-
rentes / postquam autem constans multos orthodoxorum
verberibus et exiliis condempnavit / quia nollent
sue heresi assentire. propter quod apud bisancium factus
pene omnibus exosus / inde egressus de athenis navi-
gavit. in ytaliam volens eam a potestate longobardorum
eruere / beneventanorum fines invasit / eo tempore sanctus vir
barbatus qui multis splendebat miraculis / lon-
gobardos incessanter arguebat quod licet baptizati tamen
arborem iuxta beneventum sacrilege colebant
in qua corium splendentes / et in recedentes et cau-
dantes calcaribus equos retroversis manibus
corium sagittabant / et particulam ad comedendum super-
sticiose accipiebant. igitur cum augustus beneventum
ad desperacionem coegisset. barbatus suo more regem
et populum supersticionis arguit / et si omnem errorem voluit
dimittere / liberacionem promittit. omnibus autem errore
abdicantibus / liberatus oronibus / Grimoaldus ibi dux
constantis exercitum fortiter atriuit. ideo universi sanctum
barbatum episcopum elegerunt / qui arborem evulsit. atque
combussit. et simulacrum vipere aureum in calicem convertit
Cernens quod se contra longobardos nil agere / per neapolim ro-
mam perrexit. cum occurrit vitalianus papa. et tunc tu-
lit quidquid erat ad ornatum urbis. et tegulas ere-
as de ecclesia sancte marie que olim pantheon dicebatur.
deinde statuit remeare / et cum ad siciliam navigasset
dum in balneo lavaretur a suis interficitur / post cuius
decessum milites assumentes mezentium quendam
armenium / imperatorem sibi creaverunt / Iuanarba /
rex visigottorum omnium corde noto eligitur. vir
strennuus. cuius anno primo ylderbertus comes nemau-
sis faventibus sibi. Magalonensi episcopo et Ranimiro
abbate / contra gottorum statuta iudeos in patriam revoca-
vit. cepitque vexare novi principis Vabe ex
petitis adventum / contra quem vaba paulum natione grecum
rectorem misit / narbonensem provincie / qui damnan-
da prodicione reconciliato sibi exercitu / et adversariis
regis mox rex creatus francorum et vastonum / da-
tis muneribus procuravit auxilia. hiis cognitis
Vaba congregato exercitu per calagurram et osten / pride
pirenei que asperta dicitur / iter agens. Vastones con-
triuit. vixque deprecantibus pacem concessit / receptis
muneribus atque obsidibus / et contra gallos procedens divi-
sit exercitum / una pars ivit versus ruthenum et alba
aquitanie civitates / que tunc ad narbonensem perti-
nebat provinciam / alia pars biterris et agatham. rex
vero cum potenciori agmine. 2a parte sequebatur / 3a pars autem
per viam tolose narbonam tendebat / Rex autem cum barci-
nonam pervenisset / eam celeriter occupavit conformi-
terque gerundam / deinde venit ad municipium pyre-
nei. quod cauco liberi nuncupatur / ubi est post maius
acconiodus et scurius. ibi pyreneus mons finitur / cepit
que castra. quorum aliqua thesauris referta erant
et illos donavit militibus / exinde fatigatum recoli-
gens exercitum / quem versus tolosam miserat. biduo
recreavit / postea narbonam obsedit. tra mariqu[e],
et commissa utrimque gravi pugna circa horis iiij. cuius
infestatur fundibulariis. maxime et gottorum agmine suc-
cessit. portis urbem intraverunt. biterrisque et agatham conse-
quenter cepit / deinde magalonam tra marique exercitu [?]

finaliter anno revoluto quod Vamba rex captus est 1 kalendas septembris. Paulus in Nemauso obsessus regalia deposuit ornamenta, et tandem captus decalvatus et excoriatus in caballo depositatus ab hominibus irrisus est. Vambe tempore 270 naves arabum ad yspanie littora pervenerunt et cum cedes et vastaciones agerent, misso a rege exercitu naves combussit, et ductis arabum multis captivis ceteri gladio perierunt.

[illegible] de imperio Constantini et eius ... synodo et gestis in yspania [illegible]

6.7o
17
6 synodus

Constantinus imperator cum bulgaribus pacem firmissimam fecit, et cum arabis qui damascum habitabant sapienti usus consilio ita ut annuatim saraceni imperatori solverent auri libras iij et viros captivos 4o et totidem nobiles equos. Hic modestus et catholicus restauravit ecclesias tempore pauli sub eraclio diruptas. Insurrexit postea contra monothelitas vi in 6 synodum universalem constantinopoli congregavit 289 episcoporum, in duas esse in Christo naturas ostendit. Hic contra mezacium in vastore imperij post mortem patris cum magno processit navigio et hostes cum tyranno superavit, et in hesperia rebus compositis constantinopoli redijt. Saraceni postea siciliam invadunt et cum spolijs multis recedunt. Tempore cindasuinthi regis ex grecia vir nomine ardavast ab imperatore suo expulsus a cindasuintho magnifice susceptus, ita ut regis consobrinam huic coniugem dederit, ex qua ervigius natus est, qui in pallacio nutritus et factus comes. Tempore constantini qui regnum avidus in potu regis vambe misit herbam eius memoriam perturbantem. Presul autem et magnates causam ignorantes ad percipiendum sacramenta ecclesiastica monet regem, quibus reverenter susceptis habitum recepit monachalem, et regnum ervigius et filiam suam copulavit egice vambe regis consobrino, qui egica ei successit in regno decessit annus et filium vitigam secum regnum assumpsit. Cum preficeret galicie et fafila ducem patrem pelagij relegavit, quem vitiga quadam occasione uxoris fuste percussit in capite, de quo vulnere mortuus est. Mortuo autem patre regnavit, qui licet petulcus, clementissimus tamen fuit in principio, sed tandem ad immundiciam et sceleri se convertit, et non solum privates sed et vulgus suo exemplo viciavit et statuit ut clerici uxores et concubinas unam et plures tenerent ad libitum. Sic et ipse faciebat et repleta est terra iniquitate, omnis quippe caro corrupit viam suam. Timens autem suorum rebelliones multarum urbium muros diruere fecit, et viros illustres destruere conatus est, et primo quidem theodefredum recesuindi regis filium in prima etate derelictum a patre et quia elegantis forme ab omnibus amabatur. Egica cum exilio relegavit, vitiga vero captum luminibus privavit, et pelagium similiter punire temptavit. Rodericus autem filius theudefredi excecati favore romani senatus qui avi gratia eum diligebat vitiga regno privavit, et auxilio romanorum et gottorum electione regnavit. Fuit autem rodericus durus in bellis et ad negocia expeditus, sed vitige non dissimilis in moribus, et filios vitige sisibertum et ebam fugere compulit ad iuliani comitem tingitanie qui patris amicus fuerat. Erat autem tunc temporis toleti pallacium et victorum regum temporibus semper clausum et seris plurimis obseratum. Hoc fecit rodericus contra voluntatem omnium aperiri putans invenire thesaurum, sed nil repperit preter archam unam in qua tamen unum pannum repperit in quo scriptum erat quod quando ista aperiretur gentes que erant illius figure quae panno depicta erant

yspanias suo dominio subiugaret. Gentes autem arabum figura monstravit. Tunc autem mos erat apud gottos ut magnatum pueri et puelle in regali curia nutrirentur. Inter puellas vero filia comitis iuliani prestancior erat. Hunc iulianum illustrem in officio pallatino rodericus legatum misit in affricam. Fuit consanguineus regis vitige. Ante eius redditum rex predictam iuliani filiam vel ut alij dicunt uxorem oppressit. Ille iratus muzae cuidam qui ab hulit miramamolino arabum preses affrice constitutus erat facetioso suasit eloquio in regis vindictam se daturum yspaniam. Ille consilio muno hulit hoc transmisit, qui formidans periculum paucos iussit mitti ad explorandum promissum. Igitur muza cum iuliano transmisit sub tarich cognomento abenzara milites centum cum 400 peditibus, qui in insula quadam existentes cum complices iuliani et depredatis quibusdam locis maritimis et in lusitania et bethica pluribus cesis iulianus ad muzam vocatus ab hulit loco suo reliquit. Tarich mandans ut iuliano consideraret amiciciam et preberet auxilia. Ille vero reddit iuliano xij milia bellatorum. Quod cum ad regis roderici pervenisset noticiam enecorem consobrinum suum obviam misit, et pluries superatus ac tandem occisus est. Iterumque iulianus cum suis ad muzam cum maiori exercitu redijt 2o. Rodericus vero audiens stragem suorum et provincie vastacionem congregatis omnibus gottis contra arabes ivit et ex una parte fluminis necdas resedit, ex alia affricani et cum per dies viij pugnasset ceciderunt ex arabis xvj milia. Tandem iuliano gottos suos et ceteros orante, gotti qui victoriose ultra omnem modum tociens pugnaverant, victores arabes declinant et confusiores patiunt exercitus christianus. Quid de roderico certe acciderit ignoratur. Equus tamen eius et arma et regalia insignia in loco tremulo iuxta flumen sicut in veta. Tarich autem hyspaniam circa in secutus est. Christiani autem illi occurrerunt sed debellati in murorum ambitum recurrerunt. Tarich autem iuxta flumen resedit in loco fontis qui ex tunc dictus est fons tarich. Ibi consilio iuliani exercitum trifariam divisit. Mogei qui fuerat christianus nunc fumus a miramamolino 700 milites et cordubam profectus est, et a quodam pastore cordube capto informatus cognovit maiores cordube ad toleti presidium confugisse. Tantus enim metus cunctos invaserat ut non nisi toleti se tutos putarent. Cognovit etiam quod cordube murus iuxta pontem erat passus. In qua nocte intrantes tandem urbem cepit. Secundum exercitum misit contra malacam et granatam et utramque cepit, et has in munierunt arabis et iudeis. Tarich autem cum maiori exercitu ivit metesam prope gienniam et civitate fundus dissipavit. Tandem per arabes qui omnia occupantur oreola quam nunc murcia toletum reddijt, galdafuiara, exinde capos gotticos et afforiam devastavit, qui in asturijs regiones a toletum reddijt. Cum tantarum victoriarum famam muza audisset, assumptis ultra xij milia bellatorum mari transito aliam partem yspanie invadere cepit et pervenit ad locum qui civitas salva vocabatur, eamque cepit. Deinde ivit carmoniam et quia audierat quod vix posset capi, ordinavit ut iulianus quasi transfuga illuc properaret qui sub ficcione tradidit in manus arabum hospita

Mezacium superavit
invasorem sui imperij

c fasilla ...

civitatem. Deinde cepit Yspalim que Gottorum substite-
rat multitudo, que ante Gottorum adventum
a Silingis Wandalis urbs regia habebatur,
sed Gotti in mutaverunt curiam in Toletum.
Capta Yspali et postea Beia, iuit Emeritam,
que in hedificiis antiquam gloriam preferebat, et
eam post bella recepit. Muza autem talibus vic-
toriis gloriosus iuit Toletum, ubi morabatur
Tarich, et cum eo civitates alias Cesaraugustam, Yspaniam
et alia oppida Carpetanie et Celtiberie omni-
parium. Dum hec aguntur, Pelagius in Austu-
riis rebellavit. Ut postea in angustiis montibus
christianum nomen sustulam (?) Suarius huic Tarich misit
exercitum. Fugiens autem Pelagius plures christianos ad
Saracenos euntes revocavit, et in cavea rupe
inexpugnabili circumclusa se suosque collegit.
Superveniens autem Alcama cum multitudine
Arabum interfectus est, et ceteram multitudinem
invaserunt ceteri christiani, et qui ex eis evadere
potuerunt per montis supercilium euntes cum ipso
monte supercilio in flumine Ona ruentes sub-
mersi sunt. Muza autem cogitans Iuliani
proditionem et aliquorum sociorum eius hoc audisse
eos iussit interfici. Gotti autem qui remanserant
hoc audientes ad Pellagium confugerunt. Eo
tempore Aldefonsus catholicus filius Petri ducis
Cantabrie in Asturias transmigravit et bella
cum Pellagio principe egit. Cum Pellagius dedit
filiam Ormisindam. Mortuo Pellagio suc-
cessit filius Fasilla et regnavit annis duobus,
in venatione occisus ab urso. Hic nil dignum me-
moria egit, nisi quod quandam ecclesiam sancte crucis
pulchro opere decoravit. Huic successit cognatus
eius Aldefonsus predictus. Hiis temporibus Firseus
in Ybernia claret, qui cum esset in matrio (?) utero
matris, quam eius avus inter duos ignes pro
obiectu crimine cremari vellet, mirum in ince-
tem afuit, et cum rex avus eius putaret sibi
magice illudi, auxit ignes, tunc miris lac-
rimis in tantam aquarum copiam conversi sunt ut
rex vix navigio evaserit. Hic peregrinando
in Galia cenobium fundavit a Clodoveo rege
devote susceptus. Et cum die quadam esset in
cella iuxta mare, navis ad litus applicuit
continens II fratres VI annorum una hora natos
et similiter mortuos, quos Firseus oratione susci-
tavit et super sepulcrum misit eius Brunum (?) ad
lares proprios redierunt. Hunc ratione pro ea que
carnes pro morbum comederat redarguit. Sed
morbum ipsius postea mox hunc coactusque carnes
comedit. Sed Firseus deum rogavit ut suum
morbum sibi restitueret. Postea sanato tunc postea
consecravit eum generalem episcopum, mandans ut in locis sin-
gulis processionaliter reciperent. Accidit autem ut
urbe quandam intraturus cum clerico socio ob in-
vidiam a clero et episcopo processionaliter in debito
tempore ... et cum eius molestia susceptus sit, unde
attediatus Firseus cum recederet, unum fontem dul-
cem quem habebat in suo capello auferebat et pariter
ab urbe procedebat. Videntes autem miraculum statim
virum rogant ut fontem sibi reddat, quod et fecit.

Adeodatus natione Romanus ex monaco
sedit annis IIII, mensibus II, diebus I. Cessavit episcopatus mensibus
IIII, diebus 14. Hic tam humanus fuit ut omnem
hominem ad se venientem susciperet et consolatione ac

dimitteret. Donus natione Romanus sedit anno I, mensibus 4,
diebus X. Cessavit episcopatus mensibus II, diebus 14. Hic decoravit locum
ante basilicam sancti Petri, qui dicitur paradisus. Agathus na-
tione Siculus sedit annis II, mensibus VI, diebus III. Cessavit episcopatus anno
I, mensibus VII, diebus 14. Hic ecclesiam Ravennatem
sibi reconciliavit, que aliquando rebellaverat, et me-
diator fuit olim pius dux Constantinus, qui Ravenna
eius mandato civitatem tenebat. Iste mediante Consta-
tino concordia reintegrata est inter Grecam et
Latinam ecclesiam. Iste Constantinopoli leprosum
quendam osculo sanavit. Anno X Constantini
inter Romanos et Saracenos in XXX annis pacem
firmavit. Saraceni autem Romanis annuatim
dabant auri libras III et viros captivos 40 totidem
et equos notabiles. Leo iunior natione
Siculus sedit annis X, diebus 17. Cessavit episcopatus mensibus XI, diebus 12.
Hic constituit pacem dari in missa. Hic fuit elo-
quentissimus in divinis scripturis sufficienter instruc-
tus, greca et latina lingua eruditus, in pauperes humanus.
Benedictus natione Romanus sedit mensibus X, diebus 12. Cessavit episcopatus
mensibus II, diebus 12. Hic ab imperatore institutus est. Vita
autem eius concordavit cum nomine. Iohannes natione Anti-
ochenus sedit anno I, diebus X. Cessavit episcopatus diebus 2.

Nunc translatus concluditur ducatus
Venetiarum in civitatem, quam a comitis contra
Venetos appellatur ex cathologo ducum. Et
ad hunc Venetus sit nomen provincie,
ut autem ad civitatem nostri restrinxit de ea ait
Bocaipagus (?) in tractatu de disceptatione civitatis
corum et civium. Turbam quandam Ytalia non potens
debet vivere sub tributo, quia libertas in Ytalia s-
sedem locavit. Sequitur profecto admirabile
regimen Venetiarum, quod est unum de principalissimis Ytalie
membris, libertatem Ytalicam in altiori gradu
conservat. In civitate Venetiarum senes ex aeris temperantia
et moderata dieta virescunt, et colorata iuvenum
colore fulgent. Mitto non magis iuvenes decores
sunt. Unde et fama disturbat, quia Veneti pleni sunt.
Si autem queratur quomodo civitas Venetie constructa
sit, responderi potest quod pavimentum eius est
mare, celum est tectum, et paries decursus aqua-
rum tollit facultatem sermonis in singulis. Ille
Grimoldus dux Beneventi Tarantum cepit, Brundusium
et totam Apuleam sibi subiecit tempore pape Leonis 2.
Hic post nonum diem flobotomie extento arcu ut
columba perciperet venam brachii fregit et apposi-
tibus medicis venenata remedia defunctus est.
Cepit tutorem habebat Aspriedum (?), quem regulbertus
rex Taurinensium superavit et regnavit anno I.
Hic ceptus offensus in convivio a Iohanne Pergamensi
in sermone reddenti domum pari fecit ferocissimum
equum, sed mansuete eum portavit. Quod rex audiens
debito honore eum coluit et equum illi donavit.
Gisulphus dux Longobardorum Campaniam igne et ferro
vastavit, sed captivos muneribus hic papa liberavit.

Nunc temporis corpus beati Benedicti
ad monasterium Floriacense translatum est
post destructionem montis Cassini per Gulphum
monacum. Contigit autem ut ipso tempore ex Cenomanica
urbe quidam ad eundem locum irent pro corpore Scolasti-
ce. In predicto monaco ad heretes in dicto mona-
sterio tandem contemnentes ad beati Petri visitandi limina
processerunt. Ille monacus socios deserens montem
Cassinum pergit ibique pernoctare disposuit.

c Corpus benedicti

z esse i tẽpeste noctis silencio/ sti pris benedicti
sepulcrũ/ multo lumine illustratur/ postea dictus
monachus effracto a latere sepulcro. quicquid
inuenire potuit tulit/ recedens in sportula
quã ad hoc pparauerat/ z reddiens ad propria
socios offendit i via secumque ad monasterium
remeauit. occurrit aut abbas reuerenter
9sequenti turba p vniuersare/ reliquijs sacris
ossa maiora a minoribus secernens/ quo facto
cũ vir z mulier defferetur mortui/ ossibus
maioribus vir/ minoribus vero mulier tacti 9
tinuo reuixerunt/ Minora itaque ossa ciues
cenomani susciplentes/ bte scolastice nouam
ecclesiam hedificauerunt. ubi crescente miracu
lorum copia/ 9gregate sunt plures mulieres sub re
gulari disciplina. Interim cogitantibus ubi deceter
sti benedicti corpus recondere/ lux celitus emissa
locum denotauit/ Anno 9stantini 4. i marcio pris
no/ apparuit. z putabat adesse mundi finem
Theodoricus alio anno i synodo aglicana 9stitu
multa vtilia/ scripsit quoque librum penitenciale. S. ca. 192
pz. Anno aut eius 7o. homines z pecora fulgure
pibat/ z tanta fuit pluuiarum i mundacia. quod nisi
cotidianis letanijs propiciatus fuisset. diu
tinitatem vel i oreis bladi recondere non valuisset
Anno sequenti p. 3. menses apte oriens galli
cantu usque i mane/ cometa apparebat. z ab
ea pte maxima mortalitas secuta est. Anno
sequenti galienus architectus abeliopoli sirie
i romanos 9surgit/ ignemque marinum adinuenit
bulgarorum gens in scitia z ipa egrediens de meoti
dis paludibus ubi est bulgaria magna/ sli brachia
duce passim grassatur/ p turchiam/ z occurrentem
sibi 9stantinum excutit. fugauit atque 9triuit
vt ei imperator facta pace annua pacta reddere
sit cohactus. z ab hoc tpe regnum hanotadiũ
est. / Hugo flor ait lunam passam fuisse eclip
sim p indictionem octauã/ z solem defecisse hora
diei. q. 14. nonis madij/ z subsequuta est. hu
eu grauissima pestis de qua. S. ca. 191. pz/ sed
quibusdam p reuelacionem dictum est/ quod non prius
pestis cessaret quam i basilica bti petri/ sebastiani
9strueretur altare dellatis illuc ab vrbe se
bastiani reliquijs/ z in dicta basilica 9structo
altari pestis cessauit. Egfridus rex norda nhbrorum
anglorum apictas quos i festabat punit/ tunc picti
scoti z britones puniunt anglos/ z libertate recu
pata. multam ptem anglie inuadunt. In anglia
claret. Egiltrudis regina/ que bis nupta viris
virgo pmansit. Egfridus rex norda nhbrorum i noxi
am gentem ybernie grauiter depredatur. Sequenti
anno. Lothes rex cantuarie moritur/ z egfridus
rex apictis quos i festabat occiditur/ tunc
picti scoti z britones/ nimis puniunt libertate
quam p anglos pdiderat recupata/ multam que anglie
ptem inuadunt. Post lothere tunc regnauit sup
anglos edrich annis. ij/ Egfrido aut successit
frater alfridus z regnauit annis xviij. mortuo
edrich exteri reges regnum anglie scindunt
annis iiij

Iustinianus eius filius
postea regnauit cum cet annorum xvj
qui puerili temeritate usque pacem
quam pr cum arabis z alijs firmauerat
soluit/ remouit z amicia pratarum
excitat/ qui eius imperium ab impetu arabum tuebat

Saraceni multi in egypto descendentes cartagi
capiunt/ Iohannes nacione romanus leo [illegible] xj. ce ep
mensis j. d. 18. sergius nacione anthiochenus se annis 9.
mensis. 8. d. 23. cess. ep. mensis. j. d. 20. hic 9stituit ut
i fractione corporis xpi agnus dei cantetur quia di
uisio corporis xpi signat diuisionem corporis mistici per
mortuos z viuentes/ 2a vero diuisionem mortuorum
corporaliter per purgandos z glorificandos. idcirco
bis dicitur miserere nobis/ z semel dona nobis pacem
signat aut 3a bteos/ inuenit in sacrario sti petri
i obscuro loco capsam argenteam multe antiqui
tatis. z i ea magnam porcionem crucis geminis
ornatam. que exaltacione ste crucis adoranda ppto
monstratur. Sanctus cericus autisiodorensis eps
i stannio dormiens a suo archidiacono gladio
perimitur. sed occisor subito turbine raptus
nusquam comparuit/ de stanno aut illo plurimi doloribus
detenti fuerunt remedium/ Anno iustiniani
4. theodoricus/ rex francorum 9 bercario 9tra pipi
num 9gressus/ a pipino capitur/ bercario a suis
pempto pipinus vero filius/ ansigisi qui bius appellatur
i austria principandi statum rex meliorat/ fitque
maior domus theodorici/ Sanctus aut lambertus pipinum
increpans quod pettrudi alapaydem supduxisset/
adadone fratre alapaydis/ martirizatus est. z tumu
latus traiecti/ Postea vero cum epatu leodij translatus
anno vij Theodoricus moritur/ cui successit
filius clodoueus. Anno viij pipinus. Radbodum
ducem frisonum bello vicit z in libro de gentis
illi [illegible] quandam ad predicandum misit/ Anno 9
Iustinianus vj synodum i firmare nititur/ z sergiũ
sibi resistentem/ contra se turbat frustra molitur
Anno. x. leo pricius Iustinianum regno priuat
naso z lingua/ z i exilium mittit/ Eodem anno beda
xxx annorum floret in gallia

Leo qui z leoncius pricius postea imperauit/
i surrexit eum cum iij annis fuisset i car
cere aduersus iustinianum 9spirans
cum galicano/ patriarcha/ z carceribus relaxatis
ubi vj uel viij annis quidam i vinculis fuerant/
quorum plures milites erant z eorum auxilio preualuit/
Synodus aquilegie facta. quinta vniuersalem
sinodum a iustino imperatore et uigilio pp. celebra
tam suscipere diffidit. Sed a sergio pp. dum salubriter
redarguitur ad 9cordiam reuocatur. Leo na
cione romanus sedit annis. 2. mensis. j. tres ep. iste p
pricium romanorum factus est/ id i romanorum cronicis
non ponitur z i decreto/ Sequens leo. 3. ponitur
Tercio anno clodouei regis filij theodorici re
gis/ pipinus maior domus i pallacio. Sigiberti
filij dagoberti. qui sungibertus regnauit
i austrasia/ moritur. filio eius dagoberto puru
lo/ grimoaldi filij pipini fidei comendato/ ac
grimoaldus puerum misit i scociam/ z filium suum
hildibertum 9stituit regem austrasie/ franci do
lentes grimoaldum capiunt/ z parisijs clodouei
iudicio puniatur/ qui illum i carcere mori fecit
z ildericum iuniorem filium austrie/ regem 9
stituit/ hoc tpe arabes affricam i festat/ 9tra quos
leo direxit Iohem pricium/ qui cum pueniisset cartha
ginem arabes i fugam uertit/ deinde ad imperatorem in
gressus est/ ut maiorem habet apparatum. Interim exercitus qui
affrica remanserat absimatum imperatorem constituit qui
z tyberius dictus est

Absimarus imperator creatus/ Tiberio navigans ad regiam urbem, Leonem subito apprehensum exilio dampnavit/ eo tempore Iustinianus superior imperator de exilio/ ad Gazanum fugit Turchorum/ cuius auxilio accepta eius germana in uxorem et auxilio quoque Trebelli regis Bulgarorum imperium recipit. Leonem et Absimarum invasores imperii iugulat. et patriarcham cecatum exiliat. Iohannes natione Grecus sedit annis iii mensibus ii diebus xiii cessavit episcopatus mense i diebus 19./ martirio coronatur. Iohannes natione Romanus sedit annis ii mensibus vii diebus 17. cessavit episcopatus mensibus viii/ hic fuit vir eruditus et facundus et fecit oratorium beate Marie in ecclesia beati Petri/ et opere pulcherrimo musivo et ibi ante altare sepultus est. Aliprandus rex Longobardorum/ iuste regnare studens incognitus occulte per regnum ibat. ut sciret quid de eo suis ne officialibus diceretur/ hic donavit cocias alpes romane ecclesie/ et fecit monasterium Ticini sancti Petri extra muros. et in domo sua oratorium salvatoris. ut sibi cotidie divinum officium cantaretur/ hic Aspernando fugatus in flumine mersus est. Aspernandus autem iii regnavit mensibus tribus

Iustinianus resumpto imperio/ fidem orthodoxam/ quam prius execrabat amplectitur/ Constantinum papam ad se invitat et Constantinopolim venientem ac redeuntem/ cum multa gloria prosecutus est/ Chersonam ubi in exilio fuerat evertere statuit/ cum enim diceret se imperium resumpturum/ loca incole disposuerant eum occidere. vel ad imperatorem Absimarum mittere. propter quod fugit ut dictum est. per precium quoque suum navigio omnes interfecit. preter infantes. et quociens de naso guttam detergebat/ aliquem ex conspiratoribus occidi iussit/ tandem cum crescione ceteros(?) vellet occidere/ homines provincie Philippicum quendam sibi prefecerunt. qui Constantinopolim veniens Iustinianum cum filio peremit/ et post eum imperavit. Sisinnius natione Romanus sedit diebus 20. cessavit episcopatus mensibus vi. et fuit magnum scisma in ecclesia/ Constantinus papa natione Syrus sedit annis vii diebus 14. cessavit episcopatus diebus 40/ hunc vocavit Iustinianus et de manu eius communicans supplicavit vultu in terram dimisso ut pro suis oraret peccatis/ hic sepultus est in Vaticano/ ad Yspaniam occupandam venerunt 240 m Saracenorum regnante Roderico Visigotto/ non tamen potuerunt christianos ex toto auferre. Pelagius enim quidam probus/ qui a Witizane predecessore Roderici de Toleto pulsus fuerat/ et Asturias ingressus primus contra eos sumpsit rebellionem/ illosque repulsit occiso eorum principe Alcamane/ et qui ex Saracenis evaserunt gladium divino iudicio ruente super eos monte oppressi. et reddita est libertas populo christiano. Theorech et Opha reges Saxonum/ vel Anglorum Romam venientes/ monachi facti sunt. Urso duce Venetiarum interfecto/ vacavit ducatus annis 4. et quolibet anno regebat magister militum

Philippus qui et Bardanus

Philippicus mandavit Constantino pape literas pravi dogmatis. et quia ymagines comburerentur. quas vir sanctus consilio romani populi respuit et precepit ne eius nomen in cartis poneretur aut percussura solidorum reciperetur/ vel ad missarum solemnia recitaretur/ fecerat quoque comburi sanctorum ymagines relegans exilio. Cirum Constantinopolitanum episcopum/ et eius loco Iohannem pseudo monachum instituens et gesta vi sinodorum depicta in porticu sancti Petri deleri fecit/ Anastasius Philippicum excecavit. et usurpavit imperium

Anastasius quartus

Artemius imperator classem in Alexandriam contra Saracenos direxit/ cuius exercitus aliud consilium capiens de itinere Constantinopolim regressus. Theodosium virum orthodoxum ingressus(?) imperatorem elegit/ et invitum regali solio sublimavit. qui Anastasium apud Niceam gravi prelio superavit. eumque presbiterum ordinari fecit. Gregorius natione Romanus sedit annis xvi mensibus viii diebus 22. cessavit episcopatus diebus 24/ hic constituit sexta feria ieiunari et missarum celebritatem per totum annum fieri/ quod ante non fiebat hic excommunicavit Leonem propter ymagines/ Petronax civis Brixiensis hortatu Gregorii pape cenobium sancti Benedicti plus 110 annis desolatum apud montem Cassinum reedificavit sibi(?) et vitam monasticam per effectus multorum monachorum ad se convenientium fecit. et pontifex Bonifacium de Britania ad se venientem episcopum consecravit/ qui Germanos ad fidem convertit et postea factus est episcopus Maguntinus in Frisia predicans martirio coronatur/ et translatus est ad Fuldense monasterium/ quod ipse fundavit in silva Boconia/ eius abbas in curia imperatoris Austrasiorum magno habetur honore/ et in ... militibus imperatoris tenetur. Hoc tempore cenobium sancti Galli/ Anastasii autem ... Pipinus senior moritur/ et filium ex Alpayda concubina Karolum Tudidem vel Martellum principatus heredem constituit. sed hunc Plectrudis eius noverca in Colonia custodie mancipavit/ et cum nepote suo Theodobaldo maiore domus principatum usurpavit. Anno sequenti Hildebertus rex moritur. Cui successit filius Dagobertus. Interim Karolus carcere eripitur. Egfredo regi Northanhumbrorum successit. Coenred et regnavit annis ii. et post eum Orich annis xi

Theodosius humiliter imperavit

Contra quem insurrexit Leo quidam potentissimus et ipsum assumens/ inde imperatori abire permisit quia benignus fuerat. ille non clericus factus residuum vite duxit in pace/ Rome calamitosa aquarum inundacio letaniis repressa est.

Leo postea imperavit

Hic sanctorum ymagines deponi ac comburi fecit et Christum dei filium negavit/ et fecit multos occidi sue iniquitati resistentes. et inter ceteros passa est Theodosia cuius corpus adhuc integrum Constantinopoli manet/ eius anno primo Rathbodus dux Frisonum persuasione Vulfranni episcopi adhoc adductus est ut baptisaretur. Cum autem unum pedem in lavacro intinxisset/ alterum pedem retrahens interrogavit ubi plures maiorum essent/ in inferno/ an in paradiso et audiens plures esse in inferno pedem retrahens ait. sanctius est plures quam pauciores sequi/ sic ludificatus a demone promittente sibi dona incomparabilia exhibere/ tertia die subitam et eternam mortem ipsa tertia die periit

Gregorius natione syrus. sedit annis x mensibus viii diebus 24. cessavit episcopatus diebus 8. Hic addidit in secreta quod hodie solempniter in conspectu maiestatis tue celebratur domine deus noster in toto orbe terrarum. Hic videns leonem incorrigibilem. Romam. ytaliam et yspaniam ab eius potestate discedere fecit, et vectigalia interdixit. Et synodum 803. episcoporum congregavit. Rome in veneratione ymaginum sanctorum confirmatur et violatores generaliter anathematizantur. Hic misit claves sancti petri. karolo martello, ut romanam ecclesiam a longobardis defenderet. 741. quorum rex romam obsidebat. eodem anno karolus moritur. Hic archiepiscopatum viennensem constituit.

Anno domini 2o constantinopolitani saracenis. qui de egypto et palestina venerant prelio fortiter restiterunt. tandem de monasterio sancte marie yconam eius quam lucas ipsa adhuc vivente depinxit, accipientes processionaliter illam deducunt orantes ut que totiens in periculis iuverat, nunc et ferret opem. Porro quam ycona super undas statim procella surrexit et omnes naves saracenorum aut mersit aut fregit. dicta est autem illa ycona deductrix. quia duobus cecis apparuit et ad ecclesiam deduxit ibique eos illuminavit. Bulgari ex saracenis usque ad xxxii milia peremerunt, et in civitatem usque ad xxx milia pestilencia perierunt. Eodem anno dagobertus moritur cui successit lotharius annis ii. Interea alpicus et raufredus contra eudonem ducem aquitanie sibi iungunt. et a karolo superati, vix fuga liberantur. eudo nondum reddit, chilpericum abducit. Sed mortuo lotario karolus chilpericum ab eudone per legatos recepit et eum sibi regem constituit, qui prius daniel dictus est. et ex clerico factus est rex. Post hec karolus raufredum andegavis obsidens cepit, eique urbem ad habitandum concessit, et totius regni principatum accepit. Heremite cuidam mirabilis visio per angelum ostensa est, de ioseph et sancto gradali ait elinandus, qui et ystoriam de sancto gradali scripsit, que ystoria gallice a proceribus legitur. nec facile ut aiunt tota inveniri potest. Saraceni ex affrica in yspaniam transfretant, eamque subiugant duce abdirama filio mahame amirei, ita regnum visigottorum et suevorum destructum est, evolutis quasi 346 annis, ex quo astutia expulsi sunt ab hunnis, regnaverunt in yspania annis circiter 266. Regnum autem per 3a que galiciensium dei fide protegente cum aulegottis quam saracenis remansit incolumis et inexpugnabilis. Anno autem 4o cum saraceni depopulata sardinia locum fedassent. ubi corpus beati augustini ab ypone translatum fuerat, liuchprandus rex longobardorum legatos illuc misit. et magno ciro corpus redemit eique ostendit usque ianuam. cumque corpus ulterius transferrent. in loco quodam tridonensis diocesis ita substitit, ut nullo ingenio inde moveri potuerit. donec rex votum emisit. quod si se permitteret deponi papiam, villam cum omnibus appendiciis suis concederet, successoribus suis, facto autem voto corpus cum omni facilitate defertur. Confirmant quoque superiorem donacionem alpium cociarum. V. anno imperator laborat ut papa Gregorius occidatur. sed ei lombardi et itali restiterunt. Hispania ait sigibertus, fraude consumpta

et ordeum et leguminam quasi pluvia de celo ceciderunt. vii anno quidam iudeus maleficus girtheo suasit 40 annis regnaturum super saracenos, si sanctorum ymagines in toto regno deponi faceret, sed infelix mox obiit. Simile fecit imperator, unde gregorius eum scriptis sed frustra redarguit. Anno viii mortuo chilperico theodricus a karolo subrogatur. Wiretlh rex anglorum obiit et reliquit heredem regni filium gildebertum ut singi tertium, qui propter insolentiam pulsus a regno a quodam porcario in nemore ruptis occiditur.

Karolus martellus bellicosissimus qui primo anno anastasii successit patri pipino subiugavit saxones frisos suevos bavaros vel baiarios, et almaniam sibi efficit vectigalem interfecto eius duce, aquitaniam graviter vastat, et denique lugdunum et alias civitates burgundie sibi subicit. Cumque multitudo hostium et assiduitas bellorum sibi incumberet res ecclesiasticas militibus suis concessit. Pro qua re sanctus eucherius aurelianensis vidit animam eius in infernum suppliciis detineri. xiiii anno saraceni yspanias intraverant ab eudone duce aquitanie victo ac repulso a karolo in civitatem cum omnibus familiis suis qui in galliis habitaturi, transeunt omnia devastantes et ecclesias comburentes. quibus karolus dei confisus auxilio fretus bello occurrit, Narbonam cepit et ex eis 276 milia cum rege suo abdirama interfecit et quinque milia suos amisit, et obsides plurimarum civitatum in francia ducit. Eudo quoque karolo reconciliatus castra saracenorum diripuit et reliquias eorum contrivit. et non multo post karolo rebellans debellatur, et cum filiis occiditur. Beda obiit in anglia illibato sensu et hilari vultu in ascensione domini. d. a thoma o rex glorie et senserunt tantam odoris fragranciam, ut in paradiso se esse putarent. Hic multa scripsit utilia valde. xv. anno constantinus filius leonis yrenem filiam gazani regis coniugem accepit. que baptizata viro apostatante rectam fidem tenuit. Dagobertus 2us rex francie moriens reliquit theodricum parvulum. franci autem quendam danielem vocatum, hilpericum in regem erexerunt. quem post annos aliquos, karolus martellus tutor pueri in fugam vertit, et post septennium puer regnavit. In parte autem galie in qua est secana et ligeris, que gaudina vocabatur duo fratres reguli consilio inito vandalis regnum invadunt et guarmatiam primo aggrediuntur, sed a francis bello repulsi. sed illi autem recuperatis viribus magonciam obsident, tunc franci karolum martellum regem facere decreverunt, qui coronam recipere renuit. Vexillum autem contra gaudines suscepit et utrumque regem in bello peremit. et victoriose procedens remis et parisius omnem gaudinam provinciam subiugavit, mandans de cetero vocari franciam novam. francia autem est per se a quodam suo rege sic vocata, non multum post theodricus rex francorum moritur cui successit hildericus totaliter inutilis. Alfonsus de quo supra 192. in fide feliciter bella gessit et cum legione astirica urbes a saracenis possessas victor redemit, cum fratre suo froyla et aliquas munivit, et que munire non potuit

dextruxit / retinuit autem in galicia lucum
et tudam et astoricam. Iudestensium autem austu
riarum expugnato exercitu arabum, legionem
cepit, que postea ex frequenti regum in habitacione
urbs regia dicta est. Occupavit et campos gotti
cos qui ab estola carrone pisorica et deva
fluminibus includuntur. Dicebat autem narbo
nensis provincia campi gottici, qui tunc include
bant civitates zureri albe vinary. In partibus
autem castelle tenuit septem manchas dictas
saldaniam, amayam et ordunnam, bistayam et
navaram et ratoniam et sarasacio, usque pire
neum multa castra munivit et multos capti
nos reduxit, et concurrebat ad eum quasi ad singu
lare asilum omnia fugitiva mancipia christiana. Dedit
et pro viribus operam ut episcopi crearentur ad erudien
dum populum christianum. Ecclesias pannicis libris et huius
exornavit. In eius transitu audite sunt voces
psallencium, ecce quomodo tollitur iustus et nemo
considerat, ablatus est a facie iniquitatis et erit in pace
memoria eius. Aldefonso successit froyla filius
qui populavit ovetum et fecit ibi ecclesiam cathe
dralem. Hic advertens iram dei propter hoc inmunditie
rum conhebat, precepit clericos caste vivere. Iste
ut creditur occidit omar ducem arabum cum
44 milibus et rebellantem galicie populum subiugavit,
navaros invasit, et post reconciliacionem uxorem
ex eorum regali progenie sumpsit, et cum illis vasto
nes sibi subiecit, et hunc filium ex illa uxore
nomine aldefonsum. Ob regem autem zelum prestantissi
mum fratrem vinuaranum occidit, et quem pro sa
tisfactione filium eius verennidum sibi in filium
adoptavit. Nec tamen cessavit indignacio sanguinis
contra eum. Unde et a suis occisus est apud cancas. Cui
successit aurelius frater aldefonsi et in dustria
sum tempore dominus rebellantes in servitute pristina red
dierunt. Mortuo aurelio successit sillo gener
aldefonsi regis, propter uxorem filiam froyle regis,
qui desperans ex ea habere heredem fiebat in heres
Aldefonsus filius froyle dictus castus regebat
pallacium et ei in regno successit

Constantinus postea regnans in pietati
patris addidit maleficia et cruenta
sacrificia, luxuriisque semper operam
dedit, multique sub ipso clerici mona
chi et seculares orthodoxi pro recta fide
perierunt. Consenebat autem ei et in omnibus amor fratrum
principatus. Anastasius patriarcha promissione divina in di
gnacione perveniens in cives. Pestilencia cuius mors in ci
piens a sicilia per calabriam in urbem venit regiam
que ita depplavit, ut plerumque domus absque habitatore clau
se manerent. In primis quoque anastasius passione
nimia fatigatus stercora evomebat. Cui con
stantinus monachus heticus successit. Hic constantinus
dum baptizaret cane significatur tractatur de sanctorum ymaginibus
deponendis abisto et asilio. Stephanus papa sedes tran
stulit in primis ad karolum magnum 749 qui noluit
erunt ecclesie patrocinari contra astulphum regem
longobardorum, sed postea ale cone postea coronatus est

Zacharias nacione grecus sedit annis x
mensibus iii. Cessavit episcopatus dies 41. Hic reperit omnia
inveniens plurimum conturbata annis xx
firmavit pacem cum longobardis, et dyalo
gum gregory de latino in grecum transtulit,

Hic karolo martello, qui romanam ecclesiam et ytali
am liberaverat a gottis, in innumeris bellis assi
duis, decimas concessit. Ille non res ecclesiarum plus iusto
concessit militibus, qui mortuus apud ytaliam ad
monasterium sancti dyonisy translatus est. Verum cum eucle
rius aurelianensis episcopus celebraret, ingens draco de
eius tumulo exiit et factus in extasi, vidit eum con
siliorum iudicio dampnari gehenne in anima et corpore, et aperto
sepulcro nil de corpore ibi repertum est, sed tamen ustionis
vestigium. Stephanus nacione romanus sedit annis 4.
d. 28 cessavit episcopatus mensibus 1 d. 4. Hic cum leo cesar cum filio
constantino sanctorum ymagines combussisset, et similiter rege
longobardorum in despectum summi pontificis conspirassent in
illos sinodum excommunicationis tulit, regnum apulee ei
abstulit et ut esset patrimonium ecclesie sanxit, cetera vide
per 3. Paulus nacione romanus sedit annis x mensibus 1.
cessavit episcopatus annis 1 mensibus 1. Hic constituit officium celebrari
in quadragesima ante horam 6 et transtulit corpus
petronele cum titulo quem petrus scripsit, auree pe
tronelle dilectissime filie, in sarcofago precioso
posuit. Hic mitissimus cum paucis familiaribus
nocte per cellulas infirmorum et pauperum et car
ceratorum ibat, et necessaria ministrabat. Hic propter
estivum calorem apud sanctum paulum manens
moritur, et sepellitur ad sanctum petrum transla
tus. Constantinus nacione romanus sedit annis 1 mensibus 1.
Hic ex layco subito ordinatus tyrannica ambici
one papatum invasit, et magno scandalo fuit ecclesie
et manus sibi qui eum consecraverunt aruit. Hic
zelo fidelium ab ecclesia deturbatur et privatus oculis
quem cum quidam philippus electus fuit. Stephanus nacione
siculus sedit annis iii mensibus 4 d. 28 cessavit episcopatus d. 28. Hic
ab ytalia et anglia congregato consilio rome omnes
ordinatos a constantino degradat, ita ut layci ab
eo in dyacones vel presbiteros ordinati degradentur
et constituit ut omni die dominico cantetur gloria in excel
sis deo. Adrianus nacione romanus sedit annis 23
mensibus x 28 cessavit episcopatus d. 3. Hic tam intra romam quam
extra, multas ecclesias reparavit, portas ereas
maiores beato petro dedit, reedificavit turres
et muros urbis qui dirupti erant. Hic contra desid
erium regem longobardorum accersit karolum. Mag
dalene corpus dum transferri deberet, de urbe aquen
si ad monasterium vicziliacense, anno domini 749
inventum est in omni parte integrum, et cute integerrima
semper indutum

Karolus magnus filius pipini
regis divino timore compunctus post aliquos
annos principatus sui romam adiit, ibique
a zacharia in monachum attonsus, cum multos
francos romam venientes gratia visitacionis haberet
infestos, in montem cassinum perexit. Erachis longobardorum
rex dum rupto federe romam inquietare nititur
a zacharia non solum repellitur, sed eius instinctu
cum uxore et filiis romam veniens monachus efficitur.
Cui astulphus frater successit. Hildericus in regno fran
cie theoderico fratri successit, qui absque liberis
discesserat, et cum esset hildericus inutilis, pipinus eius
francorum princeps, legatos misit ad zachariam
papam consulens, quis pocius regnare deberet, vel qui
magnos pro pace regni subiret labores vel
qui ocio deditus solo regio nomine contentus esset.
Cui papa remandavit illum regnare debere, qui bene regeret
rem publicam, quam ob rem franci annuati hilderico rege mona
chico habitu in monasterio detruso, villa data reve
rentie tutorum progenitorum effeminato viro, pipinum regem

constituitur in civitate suessona / et rogante zacharia papa validissimos muros a longobardis factos in augusti sis inde cum destruxit / plurimis interfectis in quo facto progenies lodovici defecit anno domini 741. Nota quod tunc reges francorum solo nomine regnabant / erat autem apud eos princeps coadiutor de cognatione / qui ex officio vocabatur maior domus qui totum regnum regebat / quorum primus fuit arnulphus postea episcopus metensis / circa 190. per xi. / anguisus filius eius pipinus grossus karolus martellus vel tuditer pipinus nanus. karolus magnus imperator Monachus in montis cassini auctore karolo magno roma venit. Rogantes zacharia papa ut pipino scribat / quatenus monachi floriacenses / corpus beati benedicti suo loco reddat. quibus papa annuit per eundem karolum magnum reverendis madavit. corpus remitti / floriacenses autem monachi hoc audientes / triduanum ieiunium celebrantes. hys verbis sanctum benedictum orabant. O unica spes nostra post deum. ne derelinquas nos orphanos. qui hunc non meritis nostris venisti / meritis / sed pro multorum salute / si vidisses primores pavimentum non lacrimis sed pluvia irrigatum et cum in hys lacrimis et singultibus totum triduum expedivissent / memorati episcopi venientes perficere cupiunt regis iussum / at illi ecclesiam ingressi in formidinem conversi tanta pro cecitate percussi sunt ut nec se mutuo cognoscere possent / sed facti orationibus in columitati redditi ad regem reversi / narrant quod ex parte sancti / addentes quod non deberet gallia tanti sancti ossibus viduari. Anno constantini xi. astulpho rege longobardorum contra romanos adeo exardescente / ut tributum exigeret / ab unoquoque capite / Stephanus papa ad expetendum pipini auxilium / cogitur in franciam ire / mittitur et karolus magnus / monachus ad fratrem suum pipinum a rege longobardorum ad turbandum apostolicam peticionem / Porro pipinus ut papam venire audivit / per tria miliaria de equo descendens terre prostratus una cum coniuge et filiis stratoris vice / usque ad palacium deduxit. Anno xii pipinus ytaliam aggreditur / absolutus cum omnibus principibus francie a fidelitate hilderici prius regis francie. 744 superato astulpho ad iusticiam francorum / illum cum romanis componere cogit. hoc tempore terremotus horribilis factus est. ita ut urbes alique ex parte subverse sint / alique ait singibertus a montanis ad campestria cum muris et habitacionibus suis integre et salve plusquam sex miliariis transmigraverunt / in mesopotamia terra dirupta est. ad ii miliaria. aliamque terra nimis alba et arenosa ascendit. karolus magnus / monachus vienne moritur. xiiii anno constantinus synodum congregat 330. episcoporum constantinopoli. ii edictum propositum de stetes ~~ ~ picturis deponendis. et ecclesiam nimium scandalizat / astulphus rupto federe romam obsidet. Pipinus ytaliam repetens eum in papia inclusum obsedit / et ad reddendum sancto petro que iusta erat sui iuris cohegit / Ravenna scilicet et xx alias civitates / pipinus autem patricius romanorum factus est. Eodem anno astulphus in venacione percussus divino iudicio periisse traditur / Cui successit desiderius dux / quem auxilio pape factus rex longobardorum omnia supradicta sibi sacramentis ei confirmavit / et faucenam cum castro. tyberiaco seu gabellum cum ferrariensi comitatu in integrum addidit fulradus abbas sancti dyonisii corpus sancti viti de roma parisius transtulit / sequenti anno crescente francie rege et decrescente grecorum imperio legati constantini cum magnis muneribus veniunt ad pipinum apud compendium / inter que taxillo

Rex bavarorum fidelitatem et subiectionem ei exhibuit / et consequenter saxones tributarios sibi fecit / quos gravi bello superaverat / Guaifarium magnum aquitanie ducem prelio pressit / et obsides dare cohegit / Iterum rebellantibus guaifario atque tasiloe / post diversa prelia per viii^m occidit / fratres sufficienter oppressum subiugavit / tandem turonis infirmatur et depositus parisius moritur

Hic patri successit

Huius prima expedicio in aquitaniam fuit contra humaldum bella in ibi commoventem / et lupum ducem vastonie / qui fecit fronciacum castrum contra burdegalam / utrumque autem per dedicionem accepit secundo anno in warmacia generali curia celebrata / liminum apostolorum visitare disposuit / et 30 anno karolomannus frater eius moritur / et uxor cum filiis cum agilorio ad desiderium regem longobardorum confugit / sic ad karolum magnum totum regnum devolvitur. Anno xviii abdelas persequitur ecclesiam dei / xxi anno turchi a caspiis portis erumpentes armeniam infestant / in quorum patria cum antiquo tempore pestilencia fuisset / suasu xianorum in modum crucis se totonderunt et quod per hoc signum salus patrie reddita est. hunc tondendi ritum tenuerunt / xxii anno paganus bulgaribus dominatur / gelu magnum fit a kalendis octobris usque ad februarium. Pellagus enim ponti usque ad centum milliaria per glaciei rigorem fuit in duriciem lapidis versum / huius 30. cubitos a superficie in profundum

Sanctus egidius de grecia in provinciam veniens / quia splenduit miraculis de loco ad locum fugiens pervenit masiliam inde quam humanum ab hominibus favorem / heremum petiit / in lacte cerve silvestris nutriebatur / hanc cervam venatores flavii regis visigottorum qui apud nemausum sedem regni locaverat sagitta petiit / Egidius non sed sagittam et cervam posuit brachium et gravius vulneratus deum rogavit ut numquam cesset ille dolor nec vulnus sanetur. et exauditus est / Inde tamen autem ad instanciam predicti regis et episcopi nemmanensis monasterium construxit / hic cum in franciam iussu. a karolo rege rogatur ut oret quoddam peccatum sibi dimitti / quod pro quantitatem revelare audebat / missa est quedam per angelum cedula que peccatum continebat et remissionem ipsius / et quodque quidem eius adeo peteret impetraret. Anno Ila rex tanta egit victorias / karolus namque in omnibus fuit / fratrem obi invidia regni occidit / et ipse postea interfectus est / cuius hic rebellantes domini sui / Hunc suo tempore multa industria cepit et in pristinam similitudinem redegit. et dedit sororem sylo / qui sibi successit Gengulphus sanctitate clarus / quendam fontem emit in gallia. et omni fecit in burgundia. cum venditor dominum derideret emptorem / fontem suum vidit repente siccatum / et dum gengulphus in orto suo eundem fontem illuc. uxorem de infamia adulterii argueret / illaque negaret facilinam ei in dixit purgacionem ut scilicet denudato brachio de rivulo lavaret lapillum / illa non brachium velud ab igne lesum de rivo retraxit / et sic ei aperte flagicii veritas / dataque ei dimidia parte bonorum sue a suo se per abstinuit consorcio / et non multo post a clerico uxoris mecho dormiens occiditur

multi uo infirmi eius contactu tunc sanati sunt / quod uxor ab ancilla audiens ait · ita gengulphus miracula facit / sic anus meus cantat / Moxque in
innumeros turpes sonos nollet velletque cepit emittere / z semper in 6a feria / qua ille martir effectus est · quociens verbum tociens inde sonum emittebat / quod
audiens pipinus · ad sui gloriam expressi dignatus est / Nunc est iudei in syria ciuitate barutho / ymaginem xpi in domo ubi steterat xpianus inuente / omnia
obprobria intulerunt / que in eius passione leguntur / et tandem apto eius latere exiuit inde sanguis z aqua / ex quibus in ampulla collectis z aspersis super infirmos
in synagoga coadunatos ad probandum si vera fuerunt que leguntur de xpo miracula cuncti sanantur / Iudei quoque conuertuntur · sub papa constantino obijt
pipinus / felix victoriarum successibus / regnumque francorum eximius cuius filius fuit karolus ex berta
filia eraclij cesaris / unde in ipso genus grecorum z romanorum ac germanorum concurrit / propter melius ad ipsum postea translatum est imperium / qui propter felicitatis magnitudinem dictus est magnus / hic cum fratre
karolo magno biennio regnauit · Postea solus annis · 47 · primo eius expedicio fuit contra hunualdum
zc · S · p · 4 / karolus aut regnum adeptus · saxoniam cum exercitu ingreditur / z omnibus ferro z igne
vastatis z acceptis obsidibus reuertitur · xxxij anno / Adrianus papa ad tuendas res ecclesie karolum accersit / desiderius enim cuncta que ecclesie dederat
agebat. Nunio mortuo pre omni fratre i castel
la successit. z ultra hoc optinuit militie prin
cipatum. huius filius ferdinandus gudisalui

prez et anni in ualore excessit. in tantum ut aclamatis
ab nobilibus atque plebeis comes castelle effectus
est. et ex tunc reges asturum contra castellanos insole
scere cessauerunt. quia eorum insultibus resistebant
nec tamen a pluribus arabum uacabat. monasterium
sancti petri in ripa alancie fluminis hedificauit
ubi et sepultus est. Huic successit filius garsias
fredinandi uir catholicus et plurima bella contra
reges asturie feliciter egit et castra plurima
in rippa dorii reparauit et usque ad flumen
carione suos terminos dillatauit. hic
construxit monasterium cosme et damiani
iuxta rippam fluminis allancie in uilla que cancel
rubee nuncupatur et ample dotauit. iam ad
reges asturum redeamus. mortuo froyla
successit aldefonsus filius regis ordonii qui
ex leuitate monasterium intrauit et regnum
dedit fratri ranimiro. qui in religione nequaquam
perseuerauit. Ranimirus autem belicosus dum con
gregat exercitum contra mauros aldefonsus aposta
tauit. et in legione rebellare incepit. quem Ranimi
rus obsessum annis ii. cepit et carcerauit. dum
hec aguntur filii froyle aldefonsus et ordonius
et ranimirus de gunnecia asturum absque
quorum nutu. Ranimirus dyadema sumpserat
tyrannizare ceperunt. quos rex ranimirus asturi
as agressus captos iussit cum eorum prefato exce
cari et in quodam monasterio locatos pauit.
Deinde ranimirus regnum ingrediens toletanum
obsedit opidum margeritum et expoliatum ua
stauit. postea arabes inuaserunt fines castelle
sed comes ferdinandus cum auxilio ranimiri
uictor fuit et multi arabes captiuati sunt.
et audita concordia regis et comitis arabes
timuerunt. unde cum ranimirus contra cesaraugustam
processisset. abenahya ibi princeps se cum terra
sua illi subiecit recedens a rege cordube. ab
dirahmo cui fuerat subiectus. Ranimirus
autem omnes municiones regni cesaraugustane
que abenahye rebellabant. uastacionibus et cedibus
coegit illi seruire. Ille tamen proditor reconciliatus
regi cordube inuasit terminos ranimirii quem
arabum usque ad lxxx. cesa sunt. et proditore
capto abdrianius cum paucis fugit. tunc fuit
eclipsis solis per integram horam diei. hiis partibus
exercitus saracenorum per rippas tormi fluminis
est ingressus sub principe. aceypha et fauen
tibus sibi ferdinando gunsaluo et didaco nu
monis cepit populare salmanticam. Ledesmam
rippas balnea. alphodegam pennam et alia
multa castra. tunc et comes rodericus
populauit amayam et predam egit in asturiis. rex
autem ranimirus prouocatus saracenos bellis
et cedibus repulit. et proditos eorum fautores appre
hendit. et uinctos in legione. alium gordone uicla...
sed tamen iurata fidelitate dimisit. filio
suo ordonio accepit uxorem filiam ferdinan
di gunsalui non super memorati. quem comitis
castellani. postea quam ranimirus ex tarasia cogno
mine floretta sorore garsie tremulosi re
gis nauarre genuerat. sanctium. et geloyram
monasterium fecit sancti saluatoris iuxta regale
palacium legionis. et predictam filiam ibi dedicauit.
xviii anno regni sui obsedit opidum aquis
uiue talauera in dyocesi toletana. et ceciderunt
ex arabis quidem xii. et usque ad vii. captiuati

sunt. postea hedificauit alia duo monasteria
et regnum a fratre susceperat. grauiter egrotus ab
dicauit et dicens. nudus egressus sum de uen
tre et cetera. dominus mihi adiutor non timebo quid faci
at mihi homo. mortuus est et successit ei ordonius
filius. [illegible] de abreuiacione moralium gregorii

Odo abbas a remigio in musica et logica
eruditus ex turonensi clerico mona
chus efficitur. uir miri feruoris et
feruore et industria monachorum illius
temporis tepor in feruorem conuersus est. hic ro
gatus a fratribus ut moralia gregorii abreuiaret
impotenciam professus addidit. et si facultas ad
esset non deberet hoc agere. ne tanti uiri laborem
immutaret. illis autem in peticione persistentibus
dum in ecclesia sancti martini consuete oracioni insiste
ret repente somno oppressus cernit chorum sanctoru
rum de sursum uenientem et post omnes beatum
gregorium ultra omnes. qui precedebat multum
et moribus precellentem. moxque eo ueniente omnes
ei assurrexerunt. flexis ceruicibus benedictionem
petentes. Ille autem odonem confortauit. et familia
riter ait ei age securus. et perfice tu opus incep
tum. et quem compones liber non delebitur. et mens
stabit in eternum [illegible] de arnulfo contumeliis

Arnulphus a formoso inuitatus ut romam
ueniat cum portas romanam clausit
clamante autem exercitu fortissime post
fugientem fortasse leporem uersus urbem
timentes romani se de muro precipitant. et tunc
hostes ascendunt. capta autem roma que prius iniu
riam fecerat. iusticiantur. Imperator quoque
apostolica benedicitur. Sequenti anno guido rex cum
berengario de ytalie regno contenderat. arnul
phum fugit se usquequaque persequentem. deinde cum
imperator illius uxorem obsideret. iamque illa rebus
suis diffideret per unum familiarem imperatoris mul
ta pecunia corruptum ei mortiferum poculum
dedit. quo hausto per triduum excitari non
potuit. apertisque oculis. nichil loqui aut sentire
valebat. quem guido persequens adeo penitus
obiit. cuius filius labertus romanus iussit se imperatorem
uocari fecit. arnulphus autem longua egritudine
dissolutus et pediculorum multitudine afflictus
ita ut a nullo medicorum iuuari potuit mortuus
et iuxta patrem suum apud odinem sepultus est in ba
uaria. alii sepulcrum eius ostendunt ratispone
[illegible]

Lodewicus eius // [illegible] continentibus
filius postea imperauit et per tyrannorum
insolenciam in ytalia imperiali caruit
benedictione. alii dicunt eum non arnul
phi sed bosonis fuisse filium. qui forcium rex
creatus a principibus lotoringie quos cendebuldus
offenderat ad regnum eius totius belgice inuitatur
propter cendebuldus. multa mala committens comitibus
stephano gerardo et manfrido in bello peremptus
est. et sic lodewicus regno libere potitur. In hiis
duobus fratribus cendebuldo et lodewico finem habuit
genealogia karolorum ut quidam scripsit. ultimus
augustorum romanorum fuit. augustus ultimus ka
rolorum cendebuldus. Igitur lodewicus imperium
adeptus. Beregarium expulit. et cum tota ytalia
libere potiretur. dimisso milite cum paucis
ueronam se contulit. in a tumbis capitur. et reuo
cato beregario excecatur. berengarius autem

pediculi interfecerunt arnulphum imperatorem

ex tunc romani optinuit coronam imperij / militari
dotatus prudencia / hoc tempore vngari lombardiam
puagantes incolas terre sibi occurrentes sagit-
tis perimunt et pria crudeliter depopulata ad sua
revertuntur / In francia orientali alb(er)tus nobili-
simus comes francorum nepos othonis ducis
saxonum ex filia / corardum comitem occidit quia
corardus aquisida dicitur lodowici regis fuisse
filius propter rex preditum albertum in babenburch
in vasit. ille vero deceptus fraudulencijs
in potestatem regis se tradidit et decolatus est
de cuius bonis ecclesia badenburgensis dedicata
et dotata est. / ex istius alberti sanguine alij
albertus originem traxisse dicitur. qui postea mar-
chiam orientalem vulgariter dictam osterrich
quam aliqui dicunt panoniam superiorem ab
ungaris erepta romano adiecit imperio

2a f. de sūmis pontificibus

Leo natione
romanus sed. d. 40 post quos xpoforus presbi-
terus / ipsum capiens et in carcerem trudens ra-
puit papatum. xpoforus sed. mensis vij. post quod
a sergio depositus et in carcere truditur. Ser-
gius natione romanus sed. annis xvj mensis iij. d.
xvj cessavit episcopatus d. 7. Hic per formosum apostolicum
reprobatus tandem postea factus ad francos se
contulit. quorum auxilio depunit xpoforum. quod
aliqui ponunt quod iste formosum truncavit et in
tiberim proici fecit. cuius corpus a piscatoribus inven-
tum. et cum in ecclesia sancti petri deportatum esset
quedam ymagines pallam visae cum venera-
biliter salutasse

2a f. de ipso corrardo rege

2a f. de temporalibus et de opinione ...

Corardus
alamanus postea imperavit mortuo lo-
dowico. / otho dux saxonum ab
omnibus petitur / eo autem per senium
recusante / corardus accepit impe-
rium. aliqui dicunt eum filium corardi quem albertus
occidit superiori capitulo et hunc fuisse vltimum
ex karolis imperialem benedictionem caruit. qui in
ytalia non regnavit 2a f. de sūmis pontificibus

Anastasius natione romanus sed. annis ij
cessavit episcopatus d. iij. Lando natione romanus
sed. mensis vj. cessavit episcopatus d. 36. Johannes na-
tione romanus sedit annis xiij cessavit episcopatus
hic fuit sergius filius pape et episcopus ravennas per trusi-
onem. et ab omni populo ravennate depositus. huius consi-
lio et auxilio saracenj. qui tunc dominabantur
in ytalia. post papa ex vrbe victi sunt. deinde ipse papa cum
marchione alberico. intrans apuliam contra sara-
cenos apud garilianum cum saracenis durum
bellum habentes victores effecti. postquam redierunt
romam cum magno gaudio recepti sunt. sed tandem
johannes papa a guidonis militibus captus et in
carcere super eius os posito strangulatus est. cui alter
johannes subrogatur. filius alberti romani. sed quia
male intravit statim eiectus est. ideo non ponitur
in numero aliorum

2a f. de inicio cluniacensium

Eodem anno incepit ordo cluniacensium de quo
capitulo 212. prima parte. odo autem priorem successit no-
n eorum excommunicacione superatus. hic cum rome
esset apud sanctum paulum rogatus a baldwino abbate
ut dialogum galli et posthumiani corrigeret et glosu-
lis delucidaret. correctioni operam dedit. cum autem
ad vesperas pulsaretur. ordo ecclesiam ingressus librum
quem in manibus tenebat apertum reliquit dum plueret
liber autem scriptura in columnis remansit. marginibus

undique madefactis. super librum eciam ex tribus aliis
tectis congregata sunt pluuia. et cum fratres
intuentes. admirarentur. quod nudum ille admi-
rarum fratres beati martini juxta aquam tangere
timuit. sicque per eum deus fecit in mari lau-
dem convertit. 4o autem anno saracenj ytaliam
graviter premunt. Corardus autem contra vngaros
multum dimicavit

4a f. de vngarorum gestis

Hoc tempore vngari pa-
noniam egressi moraviam et boemiam
invadentes spoliaverunt. interfecto eorum duce
postea dum carinthiam invadunt. vltimo castello leopbach
moravie dux. gothfridus dux quardus eciam
aquilegiensis patriarcha illis occurrerunt
in illo prelio vtrique dux occisus est. patriarcha
vero fuga salvatus est. exinde spoliata cari-
thia. stiria cum maxima preda in panoniam
redeunt. Corardus autem sue gentis lace-
racionem audiens de ytalia venit / augustam
suevie civitatem. sed in tercia in testino bello
rome sub ordo reddit. tunc vngari bulga-
riam spoliatur / Cetera autem eorum gesta vsque
ad stephanum regem eorum hic colecta ponamus
alio tempore perforantes intrantes de ecclesia ver-
cellensi. magno thesauro accepto et spo-
liata lombardia reddiere. postea saxoniam
turingiam sueviam regno circa colonia finitimis
orientalem franciam et burgundiam demoliti
sunt. et plures ecclesias destruxerunt et cum
in reditu in orientalem franciam regnum transissent. et venis-
sent in bavariam contra castrum abah alamanie
exercitus illos invasit. sed non prevaluit. capto
eciam cum multis nobilibus marescalco imperatoris
sagittis perforati sunt. licet magna promitte-
rent. / translato eciam tempore lel et bulcia ac cru-
delitate vngarorum in theotoniam missis contra au-
gustam pervenissent ultra flumen. lich
in prato castra fixerunt et sed die ac nocte
continuatis insultibus prevalere non possent
obstante tamen de suburbio recedere nolebant
tunc episcopus et cives ad cesarem mittunt. quod
vngari in insulte manerent. ille egressus
de vlmensi curia hora 3a dum plueret in
pinsos agressus vicaniorem vrbi exercitum
levit fudit. quo viso lel et bulchu et
ratispone in transitu danubij capti. et
cesari transmissi suspendio perierunt. quod
audientes vngari captivos theotonicos
et mulieres cum parvulis usque ad xxos pe-
remerunt. alia vero pars exercitus remota in
silvam se colegit. quod ut cognovit imperato-
ris dispersum exercitum preter unam sic sagit-
tis detinuit. ut loco abscedere non liceret
et vsque ad viij.os truncatis capitibus. perie-
runt et transmisso danubio ad vulcense
cenobium in vlma pervenientes non magnum
rapuere thesaurum. Post hec totam sueviam
spoliaverunt. Regnum normanie transierunt
et duces lothoringie et suevie cum magno
exercitu superantes franciam intraverunt et post
dana dana. Rodanum transeuntes. Segu-
siam et taurinum spoliant. et per transitus alpi-
bus. plana lombardie spoliant. et in pano-
niam revertuntur. Vngari autem audita
morte perinpium lel et bulchu siluerunt
usque ad tempora regis stephani audientes

217 p 3

almaniam et franciam concordasse ad resistendum
eis. Post quinque autem annos getis bulgariam
invadunt usque adrianopolim et cum non invenissent
paratum exercitum qui se usque constantinopolim perfecti
sunt ibi grecus contra duos ungaros luctari
poscebat. tandem a quodam ungaro bothond
nomine prostratus est. tunc ungari greciam atque
bulgariam expoliant thesauris hominibus et
iumentis. et fuit hoc ultimum spolium quod fe
cerunt antequam fieret christianitas. sic comitas ungarorum
talia sub capitaneis exercebatur. usque ad tempora
gerche patris regis stephani. Conradus
cum rebellasset ei dux bavarie cum uxore
et filiis ad ungaros fugisset, filios suos
sibi succedere voluit. sed propter dissensionem
ipsius moriens coram principibus regni adversarium
suum regem designavit. Henricum filium
othonis ducis saxonum 27 [illegible]
[illegible] quo ungaros [illegible]

Henricus autem imperans dyadema
capiti numquam imposuit. et regnum
viriliter augmentavit. lothori
giam quoque a rege francorum abstu
lit. Hic 3o anno ungaris fracta alsatia
alamanniam depopulantibus atque saxoniam in
urbem mersburch congressum vicit pandi
pistenda victoria se hereses symoniachas
de regno eradicaturum, et inextricabili cede
eos usque ad internecionem pene delevit, hic quosque
fures latrones et sicarios bellis assuetos
et fortes, in dulta venia dotatis quosque agris
et armis ad debellandos barbaros exponebat

Leo natione/ [illegible]
Romanus sedit mensibus viii cessavit episcopatus. Stephanus
natione romanus sedit annis ii mensibus i diebus 12
cessavit episcopatus diebus 2. Iohannes natione romanus sedit annis
iiii mensibus x diebus iiii cessavit episcopatus dies i. Leo natione
romanus sedit annis iii mensibus vi diebus 12 cessavit episcopatus dies i.

Ordonius rex/ [illegible]
Ordonius rex
prudens fuit. verum frater eius sanctius
ex alia autem matre favore gar
sie regis navarre, avunculi sui et
fredinandi gundisalvi comitis castellani opibus
civitatibus legionem accessit ut fratrem regno pelle
ret. sed rex ordonius inimicos viriliter cesse
savit. et uxorem suam urracham repulit pre
cipue sibi hoste effecto. et super induxit geloyram.
ex qua habuit filium veremundum podagricum.
galiciani autem audientes disceptacionem inter
legionem et castellam ceperunt contra regem ordonium
rebellare, quos ille usque ulixbonam incendiis
et predacionibus vastavit. et multos captivavit
sedata autem discordia inter regem et comitem
castellanum. exercitus arabum venit ad sanctum ste
phanum in ripa dorii et usque burgis omnia de
vastans. sed comes fernandus per dictum exercitum
regis ordonii usque dorium arabes insecutus
plurimos stravit. ordonius autem intendens exerci
tum ordinare morte preventus est. et successit
ei frater sanctius. qui cognoscens contra se magnates
conspirare ad avunculum confugit. carsiam tunc
lum et autem intolerabili pinguedine gravatus
et consilio avunculi. abdirramum principem cordu
be addiit pace cum illo firmans. et remedio
cuiusdam erbe agilitati et dispositioni aliorum
redditus est. interea vero comes fernandus et ma

gnates regis austurum et ordonium malum sibi prefi
ciunt. et comes fernandus gundisalvi dedit sibi fi
liam urracham regis ordonii derelictam. Rex
itaque sanctius assumpta ab abderamo multitu
dine arabum ad regnum occupatum regreditur
quod audiens ordonius malus in austuriam se tutavit
et tandem in fugit ad socerum qui eo abiecto filiam
retinuit. unde ad arabes confugere coactus est
Igitur rex sanctius regno pacato duxit
uxorem teresiam cum consilio et sororis geloyre
monache misit firmare pacem cum abdirramo.
et propter corpus sancti pelagii martiris qui sub eo fuerat cor
dube martirio coronatus. et paravit monasterium
ubi receptum locavit martirem. Pendente autem
legacione galiciani discordias inter se predas et in
iurias exercebant. sed rex insolentes restrinxit usque
ad dorium flumen quod dividit galiciam et lusi
taniam. hoc autem audiens gundisalvus qui ultra
flumen dorii princeps erat convenit. sed videns quod ei
non posset resistere eius gratie se commisit. et terram
quam tenebat ab eo recognovit. sed proditor
pomum venenatum porrexit regi. et de veneno rex
tercia die moritur. cui successit filius ramirus
Ramirus consilio matris et amite secundum lega
cionem patris cum arabibus pacem firmavit et recep
tum corpus martiris in predicto monasterio posuit
Anno 2o regni eius multitudo normannorum sub
rege suo gundiredo in finibus galicie applicuit
et incursionibus et stragibus urbes et loca galicie
vastaverunt et sisinandum episcopum sancti iacobi peremerunt
et distruxerunt usque ad locum qui sonagoz. et 3o
anno cum vellet ad propria remeare, comes gundisal
vus sanctii, invocato nomine dei et beati iacobi
illis occurrit. eosque cum rege suo stravit. et na
vigia eorum combussit. dum hec fieret arabes
pro ramiri regis pace securi contra castellanos
processerunt. et cum comes ferdinandus gundisal
vi resistere non valeret, occupaverunt. vii
machas. tomas et septem publicam et marmari
cum. et multa alia adiunante vegilla quodam
nobili. et a ferdinando gundisalvi ob rebelli
onem a partibus alave erat eiectus, et ex tanto
successu fretus cum ramiro nitfligit. et ve
mentes cemoram fudit ex turce. interea iacobi
creaverunt rex agarenus cum partem galicie que por
tugalis dicitur. usque ad sanctum Jacobum devastavit.
Sed apostoli auxilio agareni ita morbidi facti sunt
ut qui nullus remansit superstes, ramiro autem
successit veremundus filius, huius tempore regnum ara
gonum hoc modo exoritur. Sanctius rex navarre dictus
maior ex geloyra regina habuit garsiam et fer
dinandum et ex alia nobili habuit ramirum
infantem. qui duxit filiam roderici didaci cum
valencie morabatur, ex qua habuit garsiam
ramirum. qui prius regnavit in navarra. ex
quo fernandus filius sanctii maioris sedem regni
a navarra transtulit in castellam. Accidit autem ut
infans garsias in comitatu navarre sanctio patri
succederet, qui iuisset legionem ad videndum
sponsam et ibi essent filii vegile comitis dida
cus et enacus. et cum eis quidam milites regis
infantem xiii annorum occiderunt in odium patris eius
sanctius autem dictus maior qui sororem infantis
maiorem habebat successit. et in comitatu castelle. et in
ducatu cantabrie. habebat autem sanctius maiorem equum
quem celleri fortitudine precellebat. quem commendavit uxori cum

ortus Regni Aragonum

aut tunc consuetudo ut non solum milites, sed et reges per subitos insultus arabum in camera equos tenerent et arma. Procedentibus autem regie garsias equum precipit et reginam dare promisit, sed monita a milite eam custodiente ne regis indignacionem incurrat temere promissum revocat. Indignatus filius matrem et militem apud redeuntem regem criminatur, et fratres testimonium invocavit. Super hoc congregata curia decretum est duelli certamine reginam dampnandam vel salvandam. Sed cum esset quod contra regis filios vellet pro regina in certamine experiri, Raminirus adveniens regis filius se obtulit pro regina. In procinctu autem imminenti monachus sanctitate precipuus detecta veritate ab ambobus partibus salutem optinuit. Rogaverunt quoque rex reginam ut filiis parceret. Cum regina annuit eo pacto ut garsias in regno castelle, quod ad eam pertinebat, non regnaret. Sic datum fuit. Et congesto et garsie regnum navarre et ducatus castelle. Regina vero maiori restituta quam prius fuerat honori aragoniam que eius erat ex donacione propter nupcias ranimiro privigno dedit, et hoc ipse rex confirmavit. Ille autem post patris obitum regem primum aragonum se ipsum constituit. Prefatus autem sanctius maior cum in venacione insequeretur aprum in civitate palencia olim nobili nunc destructam cum venabulo feram in cripta vellet percutere obriguit brachium eius. Sed beati Antonini Martiris invocato auxilio liberatur. Ibi rex fecit urbem reparari et super criptam ecclesiam edificari et ibi episcopum consecrari, cui civitatem totam et alia dedit. Mirum quidquid aprum accepat ultra pisoricam. Post hec sanctius limina apostolorum Petri et Pauli visitat, et pater sanctius maior moritur. Interea Ramirus cum patre aragoniam concesserat et federatus regibus cesar auguste tudele et oste contra regem garsiam conspirant. Sed rex garsias de peregrinacione rediens super ranimirum tam in promissis irruit, ut in solis pannis lineis vix solo capistro equum regens aufugerit cum suis auxiliariis preliis interfectis et multa ex hiis que pater ei dederat abstulit.

Africam … annis Iohannis pape … lit

Affricam primo anno Iohannis pape XI in civitate Janue … cum ipso anno fons sanguinis largissime fluxisse et viros occiderent adulte etatis et cum totam ytaliam lacerarent per Iohannem papam et marchionem Albericum et auxilium romanum grecorum imperatoris ita attriti sunt ut nec unus quidem superfuit qui ea trucidaret vel caperetur. Et multis testantibus Petrum et Paulum visos fuisse christianos auxilium. Anno sequenti Henricus pacem cum ungaris in VIIII annos firmat. E converso cum in urbe discordia papa et cum Alberico eicitur. Albericus autem ad ungaros misit ut terram romanam veniant possessuri. Venientes itaque totam tusciam rebus et personis spoliant. Papa quoque Albericus a romanis trucidatur. Rodulphus rex burgundie ab ytalicis ad regnandum contra beregarium invitatur, quo eo iuncto tribus annis regnum tenuit. X^o anno lancea mirandi operis conclavis … statim donatur eidem rodulpho a Sasone comite, quam Henricus optimum pactum muneribus et muneribus et ad tutamen imperii posteris reliquit. Spigtineus dux boemorum

Sbignens

adfidem conuertit, qui iuste ac religiose suos gubernavit. Cui successit filius Wenceslaus eque clarus. Sed a fratre quodam … occidit. Primo anno othonis imperatoris 938 sol sereno celo obscuratus per fenestram sanguineos mittebat radios, et post paucos dies magna cedes hominum secuta est, et cauda persa manus sinistra cum post annum dormiens restituta est, et apparebat in loco conjunctionis linea quasi sanguinea. Henricus moritur, qui sed in successoris summe gloriosus extiterit, quia tamen nullam dedit operam ut fugatis ab ytalia tirannis laceratum imperium reformaretur, imperiali caruit benedictione. Dicitur tamen quod Rome iacens obiit. Post quem imperavit otho filius eius ex mathilda filia theodrici regis saxonum. Karolo simplici successit ludowicus filius qui terram belgicam quam pater amiserat recuperare cupiens terras fratrum othonis invasit et gisilbertum othonis cognatum cum exercitu eius fudit. Illoque in regno submerso eius uxorem sibi copulavit et factus othonis cognatus lothoringiam ei reliquit. Ex illa autem uxore habuit tres filios Karolomagnum et Lotharium bellicosum et Karolum qui impeditus fuit ne succederet lodowico quinto. Hic et contra normannos bella gessit et ab eis captus baiocas ducitur et in carcere moritur. Alii dicunt quod consilio ugonis lugdunensis priori custodie traditus est. Othoni successit Hermandus simplicis et innocentie filius. Hic omnes iniurias et quidquid adversitatis sibi contingere potuit absque murmure et indignacione paciencie tulit. Cum hic aliquando in monasterio sancti dyonisii librum eiusdem martiris de ierarchia celesti nocte more legeret, gravi somno superveniente de manu eius candela super paginam libri fluxit. Ignis autem nec sine officium prosequens candelam consumpsit et paginam dimisit illesam

ipse othonis … gloria …

Otho imperavit post ea hic in pallacio aquisgrani a magontino archiepiscopo coronatus est. Ipse sclavos et boemos sibi resistentes oppressit belgicos et transitum regni prohibentes fugavit et totam belgicam in dicionem accepit et successoribus dereliquit. Hic ungaros vix augustam … vocatus a suo episcopo Udalrico superavit circa 286. Huius tempore in goslaria saxonica argentina fodinas primus invenit. Filio suo filiam imperatoris constantinopolitani de romano sanguine procreatam copulavit. Primo anno othonis sanctus ulricus a fratre occisus est. Qui tante fuit humilitatis, ut de nocte uno suo comite ligna pederet et suis humeris ante hostia viduarum et pauperum efferret. Et ex spicis suis manibus collectis hostias faciebat et ecclesiis dividebat. Hic post 300 annos apparuit henrico regi dacorum dicens quod suo genere mortis moreretur et qui suo nomini monasterium hedificavit. Sed antequam illud compleret a fratre occisus est. Eius tempore rex edgardus in anglia dunstanus autem episcopus sanctus cum quadam die dominica appropinquante hora tercia se preparasset ad celebrandum, regis quoque expectaret adventum quod ad venacionem iverat

Plaga
Petri et Pauli … apparicio
218
219
Conversio bohemorum ad fidem
928 30
218
… propter …

subito sopore pressus dum cubitis staret in unum
altari et lacrimis iteratis in celum rapitur. et in nux
tus angelos audit eo sancte trinitati modulatis
vocibus canere. kyrie leyson. xpe leyson.
kyrie leyson. Quorum cetus ad se reversus
continuit et interrogat si rex venit et respondetur
non. cum non iterum oraret iterum raptus audi
vit altissima voce cantari. ite missa est. cuique
responderetur deo gracias. Admirantur clerici
regis eius nunciantes adventum quibus ille respondit
quod iam ipse missam audierat. nec aliam ea die
diceret vel audiret et visiones aperuit. ac
formas in sermonem regi venacionem illi die
prohibuit. kyrie leyson quod in celo auditum de
cies sic docuit et per multa loca in anglia cantari
consueverunt 2a p. de summis pontificibus

Stephanus nacione germanus sedit
annis iij. mensibus iiij. diebus ij. cessavit
episcopatus x d. Martinus nacione romanus
sedit annis tribus mensibus vj. d. 14. cessavit
episcopatus d. iij. Agapitus nacione romanus sedit annis
viij. mensibus vj. d. x. cessavit episcopatus d. xij. Johannes
nacione romanus. sedit annis vij. mensibus x. d. ij.
cessavit episcopatus d. xij. huius pater albericus cum esset
potens nimis rome nobilibus rogavit
eos ac iuramento astrinxit. ut filium eius
octavianum agapito mortuo papam facerent
et ita contingit. hic venator erat et lubricus
et publice feminas tenebat. quidam autem
cardinales occulte scripserunt othoni ut eam
succurreret. quod cum ille cognovisset Johanni
dyacono cardinali nasum et alteri Johanni
subdyacono qui litteras scripserat manum amputari
iussit. hic fuit per imperatorem et clerum
frequenter monitus necnon correptus. demum
a tota ytalia collecto consilio de rebus nepha
riis infamatur. dum venire renuit agnitus
dampnatus cessit. Eius tempore imperatoribus constantinopo
litanis constantino atque romano. Saraceni de
affrica venientes neapolim obsederunt. et cum
urbi humana deessent remedia. oppida
ni ad religionem conversi. per patronos patrios
Januarium de quo ca. 169. p. 48. et agrippinum
ex platea forcale de neapoli oriundum et presu
lem miris solitum fulgere miraculis. cum fusis
lacrimis et singultuosis suspiriis orant ut
sicut ab igne montis vesubii olim suis preci
bus et meritis liberaverat. ita et nunc
a ethnice gentis furore ferrent opem. Igitur
feliciter illi presules obsidionis eadem apud nea
polim detecto illacrimati nocte in visione
apparent lacrime et doloris causam perquirunt. et
audiunt quod in castro capta urbe xanctis
sanguis plurimus funderetur. illi vero
tristem consolantes aiunt. absit ut hoc fieri nos
permittat celsa potestas. Dum non ancora fieri
daret. hostes cum navigiis advenerunt
credentesque iam Italicos muros putaretur
ascendere. nutu superno pelagus navis una
eminencior ceteris submersa est. totusque
exercitus perturbatus abscessit. post electionem autem
leonem a romanis Johannes iterum recepit. et
collecta synodo leonem deposuit. eiusque ge
sta cassavit. tandem cum uxore cuiusdam
se oblectans a dyabolo in tempore percussus sine peni
tencia obiit. cui benedictus a romanis subrogatur

sed romanum othonem iurasset numquam se papam electuros
absque sua atque filii sui voluntate. venit per hoc otho
romam eamque obsedit. et fame afflixit. donec
leo restitutus est. benedictus autem degradatus ab impera
tore in carcere strangulatus est. alii scribunt quod
in saxoniam missus fuit. benedictus romanus sedit mensibus
ij. hic a romanis vivente leone Johanni sub
rogatur. Leo nacione romanus sedit anno j.
mensibus iiij. cessavit episcopatus d. 4. hic quia Romani suos in
trudebant statuit ut nullus papa fieret nisi
de consensu imperatoris. et donaciones factas a
iustiniano ariperto pippino et karolo ecclesie
romane in regno ytalie de consensu cardinalium
et tocius cleri et populi romani othoni remisit.
sibique a suis successoribus commisit ab invaso
ribus italie regnum perpetuo deffendendum. hic ex lai
co assumptus othonem coronavit de quo c. 1 in
synodo. et easdem dignitates ei contulit. quas
adrianus karolo magno. sed postea renun
ciasse invenitur sicut et lodowicus. Jo
hannes nacione narniensis sedit annis vij mensibus xj
d. 14. cessavit episcopatus d. xiij. hic a petro urbis pre
fecto comprehensus in castello sancti angeli est
detrusus. deinde campaniam in exilium missus
sed post dies xxviij reversus est romam. otho
quosdam persecutorum trucidavit quosdam
exulavit. benedictus nacione romanus sedit anno
j. mensibus vj cessavit episcopatus d. 20. hic captus et in castello
sancti angeli strangulatus est a thito theodore
filio. Donus nacione romanus sedit anno j. mensibus vj
cessavit episcopatus d. x. 3a p. de quibusdam ytalie regibus

Quia franci ytalie non succurrebant
hugo in ytalia imperavit anno domini
922. sic translato ad ytalicos imperio
et imperavit annis viij. deinde beregarius
annis viij. Lotharius annis duobus cuius tempore sol
factus sicut sanguis. et post paucos dies magna
hominum cedes secuta est. hic in morte adhele
tam uxorem relinquens. nil de regno disponit.
beregarius autem rex. Landatus verone absque
regine nutu ipsum suscepit et tenuit cum filio
suo alberto annis xj. et regina cum una famula
et martino presbitero in ache garde ponitur. contigit autem
eos fugere. et cum navicula quadam ad silvam de
duci. sacerdos vero de die elemosinam pro omnibus
querebat. suspirans autem regina dixit sacerdoti
adhelardum regie episcopum sibi fidelem fuisse
amicum. sacerdotem ad azonem avunculum
suum transmittit. Ille regis prius ancillam
reginam suscepit. et in turri quam extruxerat
collocavit. xo ab urbe miliario tutissimo
loco. iuxta quem effontibus moenia aqua procedit. que
brachiana vocatur. aquibusdam vero meccia
et canosam archem appellant. deinde consilio ca
rere. Johanne papa. othoni regi eam offert.
dicens quod per eam possit. Longobardorum et romanorum
optinere imperium. venit primum veronam. et
a beregario honorifice suscipitur. in procedit
regnum. et papiam ad reginam deductus est.
et eam in uxorem susceptam. saxoniam duxit. be
regarius. hoc comperto azonem obsidet mensibus ij. Tunc
ab apostolica sede mittuntur legati ad othonem
conquerentes de tyrampnide berengarii et auxi
lium implorantes. gualpertus episcopus cum ceteris Ita
lie principibus pro eadem causa ad othonem venerunt.
tunc otho filium othonem coronavit et puellam

Ferraria data in feudum
Theobaldo per papam

tridentinam intrauit ytaliam / sequenti anno bere-
garium in monte sancti leonis obsedit / filius autem eius
albertus in corsicam fugit. otho autem beregarium
cum dedicione accepit. et in saxoniam deductum regem
putauit / quem cum in teterrimo carcere clausit ubi-
nissime uitam finiuit / Post ottonis autem discessum
albertus instar patris azonem obsedit / qui auxilium otho-
nis repetens liutulphum eius filium cum mille militibus
suscepit. mortuo autem liutulpho in conflictu / azo uictor
fuit. albertus autem ad imperatorem constantinopolitanum
nichoforum fugit anno domini 962. sic ytalicum imperium finem
habuit. Sequenti octobri otho imperii dyadema suscepit
rome a papa et romanis egregie susceptus. de cuius mandato quoque
iohannis pape azonem liguriae prefecit. et demum curam yta-
lie in sua absentia commisit / Post hec regina anno quo in-
ta excessit et azo eodem anno sepultus apud monasterium
sancti apolonii. Azoni autem successit filius theobaldus
patri aut equandus aut preferendus / qui honorem paternum
assequutus a summo pontifice ducatum ferrarie sibi suc-
cessoribus que suis sub annuo censu romane ecclesie
persoluendo optinuit / qui ut ferrariam magis liberam faceret
arcem super padum edificauit / et a suo nomine castrum
thedaldi nominauit. Monasterium quoque sancti benedicti
in mantuanorum finibus construxit. Lotharius rex fra-
ncie cum othone multa bella habuit. tandem super barum
fluuium pacificantur data lothoringia othoni / ex quo
barones francie offensi sunt / maxime hugo magnus / qui
sub hoc lothario fuit dux francie / post biennium mortuus
est. cui successit in officio hugo capeth filius eius. et nota
quod hic per uilitatem regum / superius introducti sunt maiores
domus / qui regnum ad se traxerunt / ita et nunc duces constitu-
ti sunt qui sibi regnum sibi usurpauerunt / lotharius autem
ab uxore adulterio extinctus est /

Mortuo ranimiro successit veremundus qui
leges gottorum confirmauit / et canones sanctiones
seruari precepit. castitatis tamen infringens duas soro-
res nobiles habuit concubinas / et duas uxores. Igitur pro-
pter peccata regis et populi alagib rex arabum se almançor
uoluit appellari. quod defensorem uel defensum sonat / et
cum uexilla cum quibusdam comitibus christianis ad eum
confugissent / cepit legionis castelle et nauarre prouincias
deuastare. erat enim almançor illiteratus. et liberalis. et
christiani et arabes usque ad fluuium ostolam omnia deuas-
tauerunt in cuius ripa temptoria collocauit. Veremundus autem
insultum fecit in ipsius temptoria et multos occidit. tunc
almançor de solio suo surgens / deposito aureo pileo
quem pro corona gestabat / humi resedit. ex quo
animatus eius exercitus / non ferens dilecti principis confusionem
resumptis uiribus veremundi militibus fugatis usque ad le-
gionis ianuas peruenerunt / et urgentibus yemalibus plu-
uiis que solent in illis partibus habundare / almançor ad
propria rediit / sed in uere rediens legionem quam prius
obsessam cepit atque destruxit / cepit astoricam et sum-
mitatem turrium decurtauit / conimbricam que nunc ualzea
et sedem facundum et alia loca subuertit / albam tamen lun-
gondonem et arbolium licet impugnauit non expugnauit.
deinde rediens per terram castelle cluniam et alcobellam
Valeramea que nunc benlanga et arenam optinuit et
destruxit et superbia elatus rediit. Anno autem xiii
per partem galicie que dicitur portugal / ciuitates et mu-
nitiones deuastat et cum ad maritimam peruenisset ci-
uitatem / et ecclesiam beati iacobi deuastauit. sed ful-
gure territus locum ubi corpus apostoli esse dicitur ledere non pre-
sumpsit / inclusas tamen campanas maiores in signum uictorie
inde tulit. et in moscheda cordube pro lampadibus collo-
cauit / almançor autem cum suo exercitu dissenteria pas-
sus est. et non nulli morte subita perierunt. quod au-
diens. veremundus multitudinem transmisit. qui infir-
mitate consumptos in morte faciliter strauerunt / et alma-
çor ad propria rediit. tunc veremundus misit garsie
fernandi comiti castelle et garsie regis nauarrie
ut obliti iniuriarum agant bella domini. et cum uene-
runt in loco qui dicitur calatanaçor latine autem uul-
turum altitudo / et commisso / cum almançor prelio
agarenorum multitudo prostrata est / neutra tamen
pars campum dimisit / nocte uero agarenis clam
recedentibus christiani spolia [illegible] / et co-
mes garsias fernandus secutus est fugientes et
magnam stragem fecit. almançor autem qui
tantis fuerat uictoriis gloriosus / post confusionem
et tactus dolore cordis intrinsecus / ad rebellionem cibum
aut potum sumere nolens mortuus est. eius uero filius
sequenti anno contra christianos quod remanserat in legione
destruxit / sed a comite garsia fernandi adiunctis si-
bi legionensibus / eum fugauit in ore gladii et aliquo
tempore terra quieuit / tunc renouatis christianis mili-
tibus reges legionis et nauarre et comes castelle
possessiones et iura eorum ipsis restituerunt ut ex-
tolerentur ab arabis occasio preliandi / et preualendi
rex autem veremundus consilio seductus capi fe-
cit gudestenum episcopum ouetensem et facta est siccitas
in terra et ciborum penuria / sed reuelacione diuina
per religiosos uiros regi innotuit quod liberato episcopo
deus pluuiam daret terre / quod et contigit tunc rex
compunctus ecclesiam beati iacobi et alia loca que alma-
çor comphanauerat prout potuit restaurauit et de-
platorum consilio penitentiam agere satagebat. sic quoque obi-
tum successit filius aldefonsus

De genealogia comitisse matildis

Tagiltidus ex lucensi comitatu a surdo flu-
mine usque kalenorum potentissimus a parui-
tis non contentus / cum tribus filiis sigifrido
azone et gerardo longobardiam intrauit / tuncque re-
gionis huius primus / castra multa accepit et non nulla op-
pida in comitatu parmensi. Sigifridus primogenitus duos
filios habuit baratonem et gibertum qui ei in prouinci-
a territorio successerunt / quorum successores ab eis dicti
sunt baratini et ziberini / honorem conspicuum. gerar-
dus autem reliquit ad clardum / regimen episcopum cuius
primogenitum azoni obuenit / hic azo secundo genitus / maior
ceteris / porcionem in regno comitatu sortitus.
edificauit monasterium bruschi / atque dotauit et
exildegarda comitissa regis othonis nepte ex fratre
habuit tres filios quorum gotifredus episcopus brisiensis
cum sancti apolonii caput cum hucio et lacto preciderent
ut patri donarent / statim cruor effluxit azo uero
statim uouit templum sancto genesio construere ubi eam
sepulchrum eius preparauit. Secundus filius rodulphus
mortuus est uiuente patre. Tercius filius uocatus est the-
daldus qui ex comitissa [illegible] julia nomine / habuit
sibi tres filios / thedaldum episcopum aretinum et boni-
facium qui sepulto patre in canusio magnam partem
thauri a patre ibi recondito militibus suis dedit
et ab henrico imperatore et benedicto papa confirmationem ac-
cepit / super hiis que patri et auo concessa fuerant et ipse
corrado imperatori de papia uictoriam dedit et ab
eo eam in predictis confirmatam additis sibi marchia et
papia et circa ceterarum partium lombardie. Tandem
autem habuit filium corradum hic a quibusdam seductus contra
fratrem conspirat / maiestatem eius uentus tractantem ei reuellat
et sentiens sediciosos comperans grauiter uulneratur

et ex mala dicta su[illegible]

C. 218

et ex mala consuetudine dicta moritur. Bonifacius autem tres sibi habuit liberos fredericum et beatricem et matildem. hec sola patri superstes et cum matre beatrici successit tutelorum ducis filie. Ex matilde filia sedi henrici imperatoris que et patri in comitatu tutelorum sibi gerebat. et mortuo viro quoque barones filie hunc matildi fidelitatem iurare fecerat.

De prodigiis incidentibus

Quodecimo anno othonis tarus rex hungarorum x modios nummorum ab eregimo pro reditu accepit. anno xvi° bruno frater othonis coloniensis archiepiscopatum suscepit. eius studio cum sanctorum quorundam reliquiis a roma colonia ductus baculus sancti petri. anno 19 lapis mire magnitudinis cecidit cum tonitruo et tempestate. anno 22 prodigiosa res multos terret. cruces ex vicis coherent crucibus in veste plurimorum a preteritis. quorundam non vestibus quasi lepra sordentibus. hoc tempore danis christianis et ydola colentibus et cum popone clerico in convivio altercantibus. super altaria vinus dicit vel plurimus danis asserentibus quosdam deorum antiquiores fuisse christo. popone econtra affirmante ihesum christum verum et solum deum et deum quoque unum esse in substantia et trinum in personis. rex danorum Arnaldus probari vult sibi fidei veritatem. ferrum ignitum tradens in manibus clerici deffendum ponitur. quod cum clericus innocue sustinuisset rex cum suis ad solum christum colendum conversus est. Anno 28 otho in penthecoste secum habuit sorores gerbergam reginam francie et hygondam uxorem ugonis comitis parisiensis. nec in vita sua sibi gaudium habuerunt convenientibus tot insigniis regalibus suec prosapie. Anno 32 comes othonis imperatoris cum oculos omnium a demone vexatus iussu imperatoris ad beatum iohannem papam adducatur. ut cathena sancti petri eius gutturi circumducatur sed dum semel et bis alia cathena dyabolus spumans et multum clamans abcessit. cathenam autem theodoricus metensis episcopus arreptam tenuit dicens se eam numquam nisi abscisa manu dimissurum. sed imperator soluit dissidium obtinens a papa ut illius cathene anulus daretur.

De summorum pontificum dispositione

Anno 26 a tota ytalia episcoporum concilio Iohannes papa de nepharijs multis infamatur. et cum iam vocatus ad se excusandum venire contempnatur eo a cetis condemnato leo adhuc laycus electione omnium et consensu imperatoris substituitur. hic in concilio tradidit othoni eiusque successoribus ytalici regni imperium deffendendum. et facultatem sibi successorem eligendi et sedis apostolice pontificem ordinandi dandi. quod in vestitura episcoporum sine qua consecrari non debeant. sic leo presidens fecit ordinationes et que apostolica erant. post hec romani alterata fide erga imperatorem iohannem papam receperunt quo synodo de colleca 2e super p 2

29 c. de tempore othonis ci 1a p. de gestis eius

Otho superioris filius post eum imperator et anno viii apuleam et calabriam transferre conatur ad romanum imperium. mariter uxoris theofanne que affinis erat imperatori grecorum anno 9 greca conducto mercennario exercitu saracenorum contra othonem imperatorem in calabria congreditur ubi pene quoque romane vires delete sunt. unde imperatrix primatibus exprobrans feminea et greca levitate recepit crosa habiti. otho beneventum obsedit et cepit et ossa beati bartholomei secum portavit et in insula tyburtina collocavit. mox ad civitatem suam transferre cogitans sed morte preventus est. Mortuo autem eo de substituendo oritur discessio aliis filio eius obediri imperium ducentibus aliis odio nimpatrias ad henricum ducem filium henrici qui fuit frater primi othonis transferre volentibus. hic quoque henricus ipsum othonem puerum raptum in custodia tenebat. barones non redeptum in regem sublimat 978.

Edwardus anglie rex sanctus interfectus dicitur procurante noverca eius et cum regnaret cum filio suo edelredo. qui dum baptizaretur assistente dunstano in sacro fonte minxit. unde predictum fuit illum malum esse futurum et quod eius tempore exterminium anglie fieret. Unde cum regnaret 914 anglici contra danos pugnantes in mari apud londonia pupes amiserunt cum afflicto conte. Rex autem aldredus misit danis censum ut pacifice in anglia degeret. sed cum accepisset uxorem emmam sororem sitardi [judittis] ducis normannie superbe elatus precipitos danos in insula pacifice degentes. adelredus ad ricardum normannorum ducem fugit. statua die una occidi fecit quod ceteri dani audientes angliam cum pluribus igne et cede vastaverunt. et tandem adelredus ad ricardum normannorum ducem fugit. sed cito ibi mortuo rege danorum edelredus reddijt et multis danis occisis ceteri fugati sunt. Post hec dani cum novo rege canuto angliam repetentes in incredibili cede anglos vastant. et demum londonia. nam rex edelredus nuper obierat. cuique successerat filius emundus qui contra danos post annum pugnavit. concordantibus demum regibus regnoque iterum eos diviso dum emundus ad capiendam partem suam misset proditione gentis sue occisus est. Edwardus autem frater eius ad ricardum ducem normannie confugit. et rex danorum toti anglie dominatur et reginam coniugem accepit. de qua habuit filium ardecanutum. qui regnavit post fratrem alardum filium comitis ex prima uxore. et post hunc frater eius Eduardus filius edelredi et emme regine. Rex autem canutus exactus danorum et anglorum contra vandalos ducit in dacia. nam ordinato conflictu in crastino godunus comes cum anglicis suis hostium castra invasit et dormientes faciliter stravit. Rex non hoc preter decretum quoque datos honoravit et caros habuit. demum cum 40 puppibus in norwegiam ivit. et fugato rege sibi eam subiecit.

2a p. de summis pontificibus

Bonifacius natione romanus sedit anno 1. mensibus 1. cessavit episcopatus diebus 20. hunc romani strangulato benedicto papa fecerunt sed non valens in urbe consistere. depredata ecclesia sancti petri fugit constantinopolim. et cum magna pecunia rediens et proficere non valens. Iohannem dyacono cardinali occulos eruit. ipse non subito extinctus est. Benedictus natione romanus sedit annis ij. mensibus vj. cessavit episcopatus diebus 4. hic bonus fuit. et othonem secundum confirmavit. qui in ytalia cum regina advenerat

2a p. de regibus anglie

Hildefonsus puer quinque annorum nutriendus datur menendo gunsalui comiti galicie et uxori eius comitisse maiori. et cum adolevisset accepit geloyram filiam eorum in coniugem. abdele regi toleti sub pacto auxilij contra principem cordube. ipsa penitus recusante. et cum rex ille eam vellet habere ipsa ait christiana sum. alprorsus conubia aliena. noli me tangere ne inficiat te que

celo dominus ihesus christus ille preciosus dens suum implevit desiderium. Sed paulus ab angelo mox sentit mortis periculum, et vocatis familiaribus eam legionem transmisit cum camelis auro et argento, hominibus et vestibus preciosis et decora supellectili, et in monachali habitu domini nix perpetua translata ad monasterium sancti pelagii ubi vitam finivit. Hiisdem diebus filius comitis garsie fernandi qui patrem nisus est rebellare, sub cuius discordia saraceni castelle fines invadentes abullam quam plane ceperat destruxerunt, duinam et sanctum stephanum occupaverunt, cedes et incendia exercentes in patria. Hec cernens comes garsia occurens arabis inter suos cesos cesus capitur, et cito moritur. Cui successit in comitatu porto filius sanctus liberalis et prudens. Iste cum rege ... cum patre nunc navare et legionem exactum quo venit. Et ingressus partes tolleti, clade nimia vastavit ... regium corduba, et recepta copiosa pecunia patris iniuria vindicata in ditionem remeavit. Rex autem aldefonsus hedificavit legionem et leges gotticas reparavit et alias addidit. Hiis temporibus filii negile insolentes a sanctio comite ad arabes transfugerunt. Postea a rege aldefonso benigne recepti in illis montanis ... acceperunt. Rex autem aldefonsus cum opidi cuiusdam firma in armis prospiceret, sagitta inter spatulas letaliter percussus ordinatis rebus inter pontificum manus decessit.

Capitulum 220 de imperio othonis 3ii et ei temporaneis. Et primo de translacione regni francie.

Rex francie

983

Otho 3us postea imperavit. Cuius anno primo lodowico rege francorum iuvene mortuo absque liberis et francie quibusdam francis regnum transferre volentibus ad karolum ducem fratrem lotharii regis primum patruus lodowici dum res ad consilium defert, regnum usurpavit. Hugo filius hugonis parisiensis ex eadem sorore primi othonis imperatoris et regnavit annis viii. Duxit autem uxorem sororem ethelstani regis anglorum qui prius regnavit tempore henrici. Alteram vero uxorem duxit otho primus et 3am lodowicus aquitanorum princeps. Misit autem hugo socero inter cetera munera smaragdos et vas exonichino ita celatum ut in eo et fluctuare segetes et germinare vites et hominum moneri ymagines viderentur. Intuentium quoque ymagines instar speculi representabat. Ensem constantini magni cuius nomen in eo literis aureis scriptum erat, a capulo quoque super grossa lamina aurea unus ex tribus clavis christi fixus erat. Lanceam quoque karoli magni qui quociens in saracenos ... iniit victor redderet. Fertur quod illam esse que christi latus aperuit. Vexillumque beati mauricii preciosum et crucis et corone christi ex palo inclusas. V. vero anno karolus regnum per nativa successione sibi debitum contra hugonem nepotem suum repetit, eiusque bello iuges laudunum capit. Hugo autem laudunum obsidet. 2o vero mense persilientes castra obsidentium incenderunt et rex plurimis peremptis vix fuga evasit. Tandem karolum in omnibus prospere agentem anselmus episcopus laudunum consiliarius eius prodiciose cum captum hugoni tradidit, qui eum cum uxore aurelianis posuit in carcerem. Genuit autem ei uxor gardam cum eius sorore et duos filios scilicet lodowicum et karolum. Alter filius otho in ducatu lotharingie sibi successit. Hugoni autem apparuerunt in sompnis sancti galericus et ricarius dicentes, vade ad arnulphum comitem flandrie et dic ut reducat corpora nostra ad ecclesias nostras unde translati sumus. Translati enim fuerunt tempore persecucionis normannorum. Quod cum ille devote perfecisset, audivit ab eis: propter hoc tu et successores tui regnabitis in regno francie usque ad septimam generacionem.

de sanctis galerico ricario

ppaz p anonez colonieez epz/et Hermanuz
habergesem/qui parta legacoe ad satisfaciedu
de symonia z alijs monitorias lras portauert
tuc saxones maifeste rebellat/ac vrbes z castra
q ille i saxonia hedificauerat subutut/tadm no hu
m multo effuso sanguine aquietuz victoria ipator
huit/ppc tu gsilio saxones Rodulphu elegerut
eiq3 i stitutu q imparatore pugnat. Rodulpho q
duca burgudie ppa corona mittit. cui i scripta
erat. Petra dedit petro. petr9 dyadema rodulpho
Hunc archieps magucie i rege bndixit. z facta
a magotinis sedicoe q eos abo nocte fugerut/
Huius ano 3o i pago baracesi iux tirvonachu
multitudies colubroz altrisecus ggregate
prodigioso bello gcurut/z multis vtrisq occisis
uicta ps fugies i cauo arbore se abscondit. alta
ps vincentz more insequnes cu sibillo circuistre
pat donec circaiecto igne ab oib9 eas crematus
sunt. Hoc tpe floruit. Lanfrac9 papiesis oi sapia
secolari pfecte i but9/prior monastery beccensis/ad e9
eximiam doctrinaz anis ex cofinio lobardie. et
burgudie oriudo confluxit/cuiq successit no solu
i porattu sb herlino abbe qui ex milite gus9 monaste
riu hedificauit. s z i epatu catuarien. In monasterio

Dimpdo Imperii(?)

autem multis fulsit miraculis. multaque scripsit utilia. Lanfrancus autem dum missam celebraret. Iam archiepiscopus dyaconum suum demoniacum factum ad pedes suos iecit. celebrata vero missa ad locum duci iussit. et de pluribus quedam nephanda dicebat que noverunt ei quidam dicentes quod de illo non haberet quid diceret. Ipse autem affirmabat quod non auderet ad suam venire presenciam. quod cum frater audisset timuit illo ire. sed accepto a sapientibus fratribus consilio archiepiscopo puram confessionem fecit. Deinde ad illum accessit. at ille torvo eum aspiciens oculo cachinnans ait quod iste rebulluit et candidavit. Hic lanfrancus de heresi berengarii levius coram papa se purgavit. Dyalogum contra eum componens. cui alexander papa propter magisterii reverenciam assurrexit. In confinio normannie et britannie monstrum fuit duo habens capita. alias quasque partes distinctas usque ad umbilicum. ex inde unum corpus mulieris erat. Diversimode autem afficiebantur et contraria volebant una saciata altera esuriebat. una mortua alia supervixit triduo. mortua demum illius pondere ac fetore.

2a pars de summis Pontificibus

Stephanus nacione lotharingus sedit mensibus viii diebus 27. hic fuit abbas casinensis. sepultus est florencie. Benedictus sedit mensibus viii. fuit velletrensis episcopus et per violenciam factus papa cessit.

Nicolaus nacione burgundus sedit annis ii mensibus vi. cessavit episcopatus diebus x. fuit episcopus florentinus et a cardinalibus electus est et celebrato Rome concilio mortuus est. in hoc concilio Berengarius errorem suum revocat quod tempore leonis ix in provinciali synodo fecerat. hic nicolaus formam electionis pape edidit contra hereticos distinctorum in nomine domini. Alexander nacione mediolanensis sedit annis xi mensibus ii diebus 29. hic vocatus anselmus lucanus episcopus a cardinalibus concorditer electus. contra hunc cadulus parmensis episcopus fere ab omnibus ytalie episcopis est electus et cum magno exercitu romam venit ut papatum invaderet sed non prevaluit. Alexander autem imperatoris rogatu in lombardiam descendit et mantue concilium congregavit in quo de symonia se iuramento purgavit. Cadulus vero ut symoniacus repudiatus est. Gregorius nacione senonensis sedit annis xii mensibus i diebus 4. cessavit episcopatus biennio. hic vocatus est hildebrandus prior cluniacensis. post modum cardinalis. aliquando tamquam cancellarius circuivit provincias ut pecuniam acta congregaret. et cum semel equitaret cum multa obsequencium turba. abbas hugo in extremo agmine cogitare cepit. unde huic homunculo exilis stature despicabilis parentele tantus honor. procul dubio ex superbia procedit quod tot ambulatores habet. vix hoc mente versavit et archidiaconus equo reflexo et calcaribus incitato a longe clamans ad abbatem ait male cogitasti. nolo michi hanc gloriam imputari sed apostolis quorum privilegio michi exhibetur. abbas hoc solum respondit queso domine quomodo nosti cogitatum meum. et ille ab ore inquit tuo qui per fistulas ad aures meas deductus est. Hii quoque ecclesiam aliquam ingressi prostrati coniunctis lateribus prolixius oraverunt. tandem archidiaconus contra abbatem torvo aspectu infremuit. abbas autem foras egressus causam commocionis inquirit. ille respondit. si me amare vis. non me ultra hac iniuria graves. speciosus enim forma pre filiis hominum meis adstans postulacionibus favebat omnibus. sed oracionis tue allectus violencia conversus ad te deseruit me. et addidit. quod super altare vidit angelum stantem evaginato gladio. et iam provinciam istam spissus et nebulosus aer circumvolat. fugiamus ergo quantocius appositis circa cibariis subito

mox luctus oritur pluribus de familia extinctis qua peste per vicinas domos grassante ascensis equis inde diffugiunt. Hic cum sedit in concilio galicano vice pape. plures erant ibi per symoniam facti episcopi. quorum unus multa loquendi arte pollebat. ita ut convinci non posset. tunc archidiaconus dixisset inquit humanum eloquium et providit divinum. Scitum est quod episcopalis gracia munus dei est. et quisquis episcopatum mercatur donum sancti spiritus comparare se putat. coram nobis quod dicat iste gloria patri etc. ille vero nullo conatu nec tunc nec extunc spiritum sanctum proferre potuit. Hunc factum summum pontificem et in nocte natalis domini celebrantem apud sanctam mariam maiorem ad presepe. Cencius prefecti filius cepit. et in turri sua posuit. sed romani ista nocte turri destructa papam liberant. et Cencium urbe pellunt. Hic secundo anno celebrato rome concilio cx episcoporum symoniacos excommunicat et sacerdotes uxoratos a divino officio removet. et missas eorum laicis interdicit. excommunicavit eciam omnes clericos qui investituram ecclesiarum de manu laici accipiant de quo 16 q. vii si quis etc. qui investituras Henricum imperatorem ecclesie voluit scindere unitatem. sed postea ad papam venit supra nivem et glaciem stans nudis pedibus et vix absolucionem impetravit. Victor sedit anno i mensibus iiii diebus vii. cessavit episcopatus diebus 9. hic fuit abbas montis cassini. Urbanus sedit annis xi mensibus iiii. cessavit episcopatus diebus 16. fuit autem monachus et episcopus hostiensis. celebravit synodum placentie cum episcopis et abbatibus contra lombardie et tuscie. in qua inter cetera ordinaciones guilberti irritavit. et viii prefacionibus x addidit. et te in veneracione beate marie etc. Eodem anno celebravit concilium apud claromontem. ubi statutum est quod hore beate virginis cottidie dicantur. et ut nulli de clero aliquam dignitatem ecclesiasticam de manu laicorum accipiant. et ne clerici in ii ecclesiis prebendas habeant. Item ut clericis quadragesimalis ieiunii observancia a quinquagesima inchoetur. Item ut ab adventu domini usque ad viii epiphanie et a lxx usque ad viii pasche et a prima die rogacionum usque ad viii pentecostes nupcie non celebrentur. ubi et excommunicatur philippus rex francorum. et coniux eius donec alter recedat ab altero. guibertus eciam qui se pro papa gerebat. et imperator et omnes eum defendentes. Demum fecit sermonem ad populum et predicavit crucem pro ultramarino passagio. Postmodum in ytaliam rediens apud placenciam 3m celebravit concilium. Paschalis nacione tuscus sedit annis xviii diebus vii. cessavit episcopatus diebus 2. ad hunc venit henricus in tusciam per nuncios et has refutans omnem investituram prelatorum. et postea recepturus eius et suorum principum iuramentis. papa cum clero romano de mandato pape obviam illi processit. et usque ad summitatem ecclesie sancti petri deduxit. ubi a papa osculo receptus est et imperator designatur. sed cum ad rotam porphireticam pervenisset. requisitus de iuramento super investitura refutanda. papam cum cardinalibus et cetera curia captivavit. quapropter autem de clero et populo post pape liberacionem iii antipape successive constituuntur. albertus. arnulphus et theodericus. quibus papa prevaluit. Reformata autem pace et henrico coronato. papa cum cardinalibus et prelatis contra eos extra muros egressus est. in reditu autem tanta multitudo populi obviavit summo pontifici ut vix ad lateranense palacium circa vesperas potuerint pervenire. eius tempore Rex ungarie ad pape ... renunciavit investituris episcoporum et aliorum

Hungarie Rex renunciat Episcoporum Investituris

clericorum quas usque nunc reges ungarie facere consueverant
Capitulum de apologia petri damiani super epatu[m] di
Petrus damianus summo — missio —
pontifici romano reddidit quare episcopatum
dimisit et multa scelera scripsit / Dux inquit
Venetus constantinopolitane urbis habebat
uxorem que tam artificiosa voluptate se mulcebat
ut communi aqua se nolet abluere / cibos digitis non
tangebat sed quibusdam fuscinulis aureis et bidentibus
suo ori applicabat / Cubiculum eius tot aromatibus
redolebat ut auribus incredibile videretur
Vibrato autem super ea mucrone iudicii / dum adhuc
vivere corpus eius omne computruit / ita ut totum cubi
culum fetore compleret / Et quoniam fuit in deliciis tantum ei
datum est cum luctu tormentum / Frater quidam in monaste
rio sancti vincencii non procul a monasterio quod dicitur
petra pertusa infirmatus est. qui aliorum observanciam
quadragesimalem non servavit. Hic erat scrip
tor. Cantor. Medicus. magnus / omnia noverat
qui et propter hoc superbus fuerat aurissam celebracione
separatus. Sed hoc ministri interroganti negaverit. Secundum dig
...corpus Christi anxie flagitabat / cumque abbas super hoc eum
corriperet pro eo quod nulla signa inmotis in eo appare
ret. ille mithomineus persistit. et cum iam sacerdos
cum sacramento astaret applicans ad se unum de
fratribus. nescio quod grave peccatum ei susurravit. Tamen
quod attonitus et nesciens quam illi penitenciam iniunge
ret / tandem xv annos penitencie ei imponit mox quoque
cum ille dominicum corpus sumpsit amarum cum felle sit evo
muit. quod fel usque ad sepulturam fluere non ces
savit. Abbati cuidam lampreda apposita fuit
quam pauper in specie postulavit / qua suscepta cer
nentibus videntibus cum cibo pauper celum ascendit.
Fertur in regione puteoli in apulea saxosum esse
promontorium / ex cuius aquis teterrime videntur
avicule repente consurgere / et a vesperis sabbati
usque ad ortum secunde ferie / humanis aspectibus appa
rere. et velud solute aviculis libere spaciari /
nullo videntur vesci cibo / nec ingenio aliquo
posse capi / secunda feria ingens corvus eas persequi
tur. et post illas crocitat quod protinus aquis
se immergunt nec apparent ultius usque ad
vesperam sequentis sabbati. Has quidam perhibent
animas gehenne deputatas. sed illi die propter gloriam
resurrectionis dominice gratia potiri. In territorio be
nevanti in monasterio sancti silvestri / cum super
defuncto fratre cantaretur agnus dei in missa
revixit mortuus. et inter cetera cepit maledicta con
gerere in oblatam crucem conspicere / et temeratum vir
ginem ignominiosis verbis lacerare / et aiebat. Quare
pro me sacrificium offertis. Ego in ripa tartari flamma
fui / ibique magister meus et dominus lucifer coronam
eream inextinguibili calore candentem capiti
meo imponit / et simul clamide me vestivit
tunc monachi omnes pro ipso orantes exutis ve
stibus se verberantes et pugnis pectora tundentes
precibus devotissimis insistebant. et ecce desperatus
ille ad se reddiit / salvatoris omnipotenciam lau
dat. Sathane ludificaciones abrenunciat
Crucem adorat. Penitenciam flagitat / peccatum
evomit. quod in morte celaverat. et usque ad
diem alterum vivens in sancta confessione decessit.
In partibus babilonie possessionem habebat sedes
apostolica. unde tantum balsamum annuatim capiebat.
quod lampadi sufficiebat / que ante altare sancti petri
erat. Sed hac accepta pecunia papa distraxit. cum
autem ante idem altare staret / quasi devotus / orans se
nex grandevus elato brachio colaphum illi vehe
menter incussit Et ait tu extinxisti lucernam
meam ante me et ego extinguam lucernam tuam
ante deum / mox ille corruit et paulo post obiit
Quidam institores venetum dum applicuissent
viderunt leonem spiris draconis involutum
trahi violenter a dracone in speluncam. Pando
res autem qui huic spectaculo convenerant audacter
draconem invadunt et perimunt / at leo non ingra
tus per aliquot dies quibus ipsi morati sunt pelles
animalium ad se captorum adduxit
Capitulum de gestis quorundam ... principum
Heroldus regnum anglie invasit sed fuit
in bello occisus a guilhelmo primo duce nor
mannie / cum enim heroldus missus esset in
iuventute ad curiam ducis normanie
promisit guilhelmo duce sororem suam in coniugem
Et vicissim guilhelmus illi. Heroldus vero factus rex
nolebat servare promissa / tunc guilhelmus vocatis
auxiliariis et ex notabilibus francorum invasit an
gliam. et prevaluit et accepta heroldi sorore in con
iugem regnavit. Anshelmus de concepcione virginis
ait quod guilhelmus rex anglorum factus / ecclesiastice
dignitatis honores in melius reformavit. Fuit autem for
tis bellator et iustus iudex Alicubi legitur quod eduardus
rex sibi eum heredem instituit et quod guilhelmus in alti
tem filiam balduini flandrensis comitis coniugem habuit
ex qua genuit guilhelmum secundum et henricum et ro
bertum. qui tempore urbani secundi crucem accipiens fuit in cap
cione anthiochie et iherusalem. et cum posset coronam iherusalem
accipere audita morte fratris guilhelmi secundi repatriare vo
luit et obviam fratris henrico fratri iuniori iam regi con
stituto conserto prelio capitur et alius   in castro
claudii detentus moritur. post hos tres filios habuit et ex dicta
domina filiam alam comitissam de bloys de qua natus est theo
baldus. postea comes campanie. Tempore autem regis secundi
guilhelmi venerunt dani cum 300 puppibus et ope an
glorum multos francos occiderunt. qui quoddam castrum
custodiebant. et spolia castri custodiebant et tulerunt
Eos autem guilhelmus fugavit et culpabiles anglos de
struxit. Duxit quoque exercitum in scociam. et malcolmus
rex scocie illi subicitur / successit autem ei filius guilhelmus
rufus hic a fratribus sollicitatus in normandia et an
glia castellum obtinuit sancti valerici / ubi positis mili
tibus totam terram fratris sui henrici predari et com
buri fecit / XI autem anno regis guilhelmi secundi dicti rufi
de quodam stagno visus est sanguis ebullire ipse autem
sagitta occisus rex nequam coram deo et omni populo
et ecclesiarum persecutor. Alibi dicitur quod postquam archiepiscopum
cantuariensem persecutus est / ab angelo percussus interiit
et perpetua infamia sub nomine ducis normanorum
guintome sepultus est. Henricus vero frater eius post
bellum cum fratre regnavit in pace. Habuit tamen bellum
contra ludovicum regem francie / accidit autem ut fu
gato exercitu ludovici quidam partis adverse frenum equi
regis ludovici clamaret capiens / captus est rex sed rex
eum perimit gladio / in scacorum ludo solus rex non capitur
huius filii naufragati cum multis nobilibus tranquillissimo
mari navigantibus de anglia in normandiam sodome
vicio laborantibus. filiam suam dedit henrico quinto qui
tante fuit prudencie ut imperium sue subderet voluntati
Inde paucos autem annos defuncto viro ad patrem rediit
et occultis insidiis capta andegavensi comiti nubit
gaufredo filio fulconis regis iherusalem / ex quo suscepit tres
filios henricum gaufredum et guilhelmum longa spata

mortuo marito ipa iura eius obtinuit ex successione
filiorum andegauiam et cenomaniam tandem su-
perstiti solo henrico et filia ac filie filijs testamentum
condidit in quo filiam simul cum henrico heredem in-
stituit. verum quia puero tenero ac mulieri tam feroces
gentes parere difficile uidebatur puero datur tutor
comes stephanus vir multe probitatis et puritatis sed
cum in coherendis malis minus esset rigidus insolen-
tem eustachium comitem eligunt elegantem virum
et uirtutibus gratum quo mortuo eius pater stephanus
eligitur quia eis contra heredes regni multum faueret. In-
terim pubescente henrico et in armorum exercicio cres-
cente ducatus normanie illi se tradidit tunc ille fide-
les et regni potentes in arma excitat et tandem con-
fecto bello cum acies hinc inde consisterent componitur
in hac forma ut scilicet rex stephanus dum uixerit regni
teneat gubernacula henrico adoptato in filio qui et
illi succedat et post paucos annos mortuo stephano
henricus successit in regno. hic maximam partem hiber-
nie acquisiuit. huius henrici primogenito henrico despo-
satur margarita filia regis ludouici et fit pax inter
reges. Karolus magnus rex vngarie misit exercitum
in dalmatiam et occidi fecit regem petrum et cum naui-
gio venetorum transmisit exercitum in apuleam ubi
monopolim et brondusium occupauerunt et tribus
mensibus apuleam percurrerunt et in dalmatiam redierunt
remanente in apulea cum venetis vngaro capitaneo
pro rege. Rogerius primus dux apulee in concilio al-
malfie iuramentum fidelitatis prestitit urbano 2° super
terras apulee et se hominem legium ecclesie confessus est
et hoc est sub uexillo. Guilhelmus primus pascali pape
fidelitatem iurauit similiter et calixto bonemaldus
rex scotie per inuasionem tenuit illud ex concessione
guilhelmi rufi regis anglie tamen eum expulit ducanus
filius basthardus malcolmi et regnauit

De gestis yspanie

Aldefonsus dictus yspanie imperator fuit sere-
nitate excelsus et gloria singularis. Orta est
in diebus eius iusticia et habundantia pacis.
finem accepit seruitus. consolatione lacrima
augmentum fides. fidei seruitatem patria dilatatione
sedit in fortitudine arcus eius. gratiam inuenit in conspectu
altissimi. magnificauit eum in timore inimicorum.
fugit arabs. timuit afer. cessauit exactor. quieuit tri-
butum. filius accedens aldefonsus restaurauit deperdita
restituit sancta seruauit ecclesiam. Igitur cum rex cordu-
be almemonis regnum inuaderet memor rex alde-
fonsus beneficij atque federis de quibus 223 p 2 cum amico
fines cordube cedibus et incendijs sic uastauit ut non
presumeret amplius fines uastare toleti mortuo alme-
mone primogenito successori similiter fuit auxilio cui suc-
cessit frater insolens neci confederatus fuerat aldefon-
sus. pressi toletani tyrannide et cladibus vicinorum regi
aldefonso denunciant ut ciuitatem licet inexpugnabilem
obsideat ut tali quesito colore eam per deditionem accipiat
ille persuasus iiij annis in circuitu cuncta deuastat et tandem
1121 ciuitatem huic interuenientibus pactis ut sarraceni
domos et possessiones suas obtineat et possideat et presidium
ciuitatis rex habeat cum iuridario ultra pontem et consue-
ta iura regalia rex uero ibi statuit tronum suum donec
presidium suum securum stabiliret et repleret fidelibus
Deinde congregatus clerus bernardum egregium virum
in archiepiscopum elegit Rex autem egregie dotato immunitates
concessit. Et quia adhuc litera gotica et officium ab ysidoro
institutum manebat ad instantiam regine constancie
galice misit roma ad gregorium papam vij ut romanum

haberent officium. Accidit autem ut rex legionem rediret. Tunc
uero archiepiscopus hortatu regina astutis militibus xpi-
anis maiorem moschidam nocte ingressi eliminata omni
spurcitia contra pacta in ecclesiam conuertit. quod
cum regi innotuisset rediens archiepiscopum cum regina
cremare disposuit. Toletani autem arabes viri simul
cum uxoribus et filijs regi obuiam exierunt. qui ait non
uobis sed michi hec iniuria facta est. cui hactenus fuit
fidelitas illibata et posita est macula et gloria
mea. Arabes uero uterat prudentes flexis genibus
cum lacrimis dixerunt. Si perit archiepiscopus princeps
fidei xpiane peribimus et nos una die gladio xpiano
si regina suis erimus odiosi a iuramento autem nobis
prestito te reddimus absolutum. tunc rex iram conuer-
tit in gaudium et ingressus urbem omnia pacificauit
Deinde restauratis opidis extremorum dorij sarraceno-
rum terras pagauit munitiones deiciens et pla-
na deuastans et coegit sub tributo seruire arabes
cismarinos. Cum autem tanta preemineret gloria. in con-
cessis priuilegijs imperatorem hesperie se uocabat. Ac-
cidit autem ut rodericus didaci collecta manu arabes uas-
tare proponeret et cum uersus frontaliam aragonie
iuisset congressus cum petro rege aragonie eum
cepit et continuo manumisit. et inde procedens obse-
dit ualentiam et obtinuit quo aduixit. sed eo mor-
tuo iterum fuit ab arabis occupata. Illis et diebus rex
garsias cepit in uinculis egrotare quod audiens rex alde-
fonsus indoluit et precepit propter infirmitatem et minu-
tionem a uinculis solui. ille autem renuit sed mandauit so-
roribus ut eum apud legionem cum compedibus sepe-
lirent. postquam et sorores similiter mortue sunt. mor-
tuus sed sunt uxoribus aldefonsi duxit tercia filia
auenabeth principis yspalensis. que baptizata uocata
est maria. hec enim auditis magnalibus aldefonsi in eius
amorem exarsit et castra que a patre susceperat ei dedit
scilicet caracterem alarcuris. toleca mora ocanna aure-
lia velesium ansa. trigo et concha et suscepit ex
ea filium sanctium. postea de consilio soceri auena-
beth uocauit ab affrica almoraiudes qui in gente
arabum tunc temporibus principatum tenebant ut sibi fo-
rent auxilio contra arabes cismarinos. sed contrarium
accidit quia illi infestauerunt auenabeth quia filiam
xpianam habebat et tandem in prelio interemerunt uicti
autem illorum potentiam formidantes inter se tractant
quod eis magis expediret aut xpianorum porcos aut
camelos almoraiudum custodire et finaliter elegerunt
sic ultra et citra marum arabes uni domino seruierunt
Congregati igitur sarraceni quasi locuste effusi
sunt super terram. Et cum uenissent ad locum cas-
telle qui roda dicitur occurrerunt eis duo comites garsias
et godericus Et utrique sua magna cede succubuit
exercitus xpianorum et multis captiuatis locisque exustis
agareni cum superbia redierunt. Tunc rex aldefonsus con-
gregato exercitu illis obuiam iuit in loco qui sarcalia
dicitur et magna occisio xpianorum facta est sed nec sic
deiectus est. Magnanimus aldefonsus sed collectis exercitus
parte bellatoribus eodem anno contra yspalim pro-
cessit. intransitque bethicam et eam partem lusitanie que sibi
non erat subiecta predis uastationibus incendijs sic omnia
demoliuit quod mirammomenus. sed multos haberet cum comite
garsia ordonij xpianos. non fuit tamen ausus regi oc-
currere. Unde reuersus est rex preda et uictoria glo-
riosus. tandem post multos labores rex aldefonsus
cum fractus laboribus et etate et etiam infirmitate au-
diens quod almiramomenus deus ali ueniret ad obsi-
dendum uelesium misit garsiam comitem cum filio

Karolus rex hungarie

Comendacio pulcra regis hispanie aldefonsi

suo sanctio adhuc puero/ et cum eo magnates/ et mili-
tes regni sui/ et infirmata acie christiana/ equus
infantis sanctii infirmatus occubuit/ comes autem in-
ter se et scutum puerum recollegit/ et cessa comitis ty-
bia se super puerum inclinavit ut ipse ante puerum
cederetur. Fuso igitur exercitu christiano/ ad se venientibus
rex aiebat. ubi est filius meus iocunditatis vite mee
solatium senectutis mee/ unicus heres meus/ et cre-
brius singultibus filii mentio torquebatur/ tunc
perdita fuit concha a massatrigo opta velesium
amelia ocania. Deinde rex aldefonsus urracam
filiam suam dedit aldefonso regi aragonum. et in
tanta senectute regni pericula sic sedavit. ut nobiles
et ignobiles potentes et debiles unius regis modera-
mine regerentur/ et per omnes regni semitas incede-
rent sine metu. Appropinquante autem regis morte aqua
de gradibus altaris toledo fluxit/ unde regis morte
audita cognoverunt luctum imminere populo/ periculum
patrie/ hostibus gaudium/ Audita autem morte eius alde-
fonsus rex aragonum gener eius regnum castelle iure
uxoris obtinuit/ et tamquam proprium undique dilatavit
loca deserta populando restituens. scilicet beliforamen va-
lecamicam. soriam almazanum. Sed cum de uxoris con-
tubernio dubitaret quod consanguinea eius esset/ muni-
tiones plurimas regni castelle aragonensibus quasi
fidelioribus commendavit. Item quod regina urracha
mortuo patre terram tulit a comite petro ansurii/ qui
eam nutrierat/ maritus eius in gratitudinem non
acceptans restituit comiti terram suam. fecitque rex
ipse similes insolentias in castro/ quod castellare dicitur/ cus-
todiri reginam. Illa vero ex castella milites convoca-
vit/ custodibus seductis in castellam rediit procura-
tibus tamen magnatibus in gratiam viri rediit. tandem
intelligens rex eam suis affectibus non convenire duxit
eam usque soriam/ et partem eius dimisit suo arbitrio
illa vero ad consilium petri properans suo consilio se
commisit. Igitur castellani propter repulsam regine
indignati et quod in suis finibus aragonenses erant officia-
les/ regi aragone rebellant et loca que tenebant domine
reddiderunt tunc comes petrus indutus scarleto et in-
sedens equo albo. et portans funem in manu acces-
sit ad regem aragonum/ et in plena curia ait/ terram
quam mihi dedistis/ regine restitui/ sicut et ceteri
tamquam domine naturali/ cuius erat/ manus autem et os quibus fecerunt
omagium/ vobis offero morte vel dispendio consume-
da/ rex autem iracundus eum potius condempnare voluit sed
a suis persuasus distulit in crastino vero magnates
suadent/ ut tali principi qui fidelitatem servabat domine
naturali et corpus ad dispendia offerebat utrique domino
quantum poterat obediens venia daretur. sic rex dimisit
eum muneribus honoratum/ quod factum yspania ex tunc
imitata est. Dum vero respublica conturbatur. comes
gomitius ad regine anhelat connubium/ et ex ea fur-
tive filium habuit/ qui dictus est fernandus furatus. Inte-
rim et comes petrus de lara regine similiter gratia
procabitur/ et quod voluit impetravit. Cumque reg-
num dissidiis/ et cladibus urgeretur/ aldefonsus rex ara-
gonum/ munitiora loca inde castellam adhuc te-
nens/ castellam invasit/ et convenientes in campo
spine castellani duas acies fecerunt. primam acie-
m cum regis vexillo dederunt comiti petro de lara. pos-
teriorem comiti gomitio quasi maiori. In primo
autem congressu et primis ictibus comes petrus proiecto
vexillo cessit hostibus/ et iuit burgis ubi morabatur
regina/ Comes autem gomitius cum ceteris castellanis
bello institit/ sed prevalente rege aragonum victus oc-
cubuit/ et fusus est exercitus castelle. Aragonenses autem
elati victoria dorum traxerunt/ et per tempos goticos legio-
nes adeunt incendiis et mediis interim devastates. sed
licet inditi essent predis. Ceperunt tamen deficere stipendiis/
Idem rex ad ecclesias manus extendit et sacrilege thesaurorum
donaria usurpavit/ et possessiones etiam confiscavit
Cum vero ultimus processisset/ galiciani et legionenses cum
infante alfonso filio urrace regine ex remondo comite
quem in galicia nutrierat comes petrus de trava regi
aragonum/ occurrerunt inter astoricam et legionem in
loco/ qui dicitur via angis/ et cesis ex utraque parte multis. rex ara-
gonum victor fuit/ et per partes castelle rediens fau-
tores petri comitis devastavit/ et in monte prope pale-
ciam ubi se receperant coarctavit cum regina/ et aliquibus
captis in aragoniam rediit. Comes autem petrus de lara
sperans connubium cum regina/ matrimonium confirma-
re cepit quasi regis officium exercere/ et quasi dominus sibi
imperare sed magnates alii infamia domine non ferentes
ceperunt ei resistere. et intentum matrimonii impedire
et vocaverunt aldefonsum predictum regine filium ex comite
remondo ad regni fastigium/ qui regina obediit reformata pa-
ce regiam obtinuit que voluit/ cetera omnia filio assignavit
et intestinis litigiis iam cooptis cepit dominari/ licet inveniss
aragonum temptare potentiam/ qui adhuc in regno suo
potiora loca tenebant. Cumque ex galicia legione au-
sturiis et castella exercitum congregasset rex aragonum
ex adverso per partes aragonum veniebat. Videntes autem episcopi
et abbates utriusque partis quod per hoc sacramentis favor accres-
ceret sicut tempore roderici/ utrique regi humiliter suppli-
carunt ut amplius abstineret donec de concordia trac-
tarent. Agitato itaque de consilio aldefonsus iunior per
episcopos et abbates supplicavit regi aragonie tamquam patri huiusmodi
ut sibi restitueret regnum suum/ et cum de iure non posset
nollet eum de facto privare quod ipse erat paratus eum tamquam
filius in omnibus adiuvare. Rex autem aragonie hiis auditis
tamquam vir pius et optimus respondit/ gratias ago deo qui filio meo
tale consilium inspiravit/ et si ante hoc fecisset me nunquam
hostem sed propitium habuisset. Et restituit ei omnia que de reg-
no suo tenebat. Cunctis vero pacificatis/ ceperunt arabes
aragonie confinia perturbare/ quibus rex occurrit in loco qui
dicitur fraga/ et qui alias penes semper invictus fuerat. sarra-
cenis quod in legione consueverat victus occiditur/ alii di-
cunt confusionem predii tollerare non valens peregrinum
se fecit et post aliquot annos quispiam se ondit/ qui se eun-
dem publice fatebatur/ et quia deinde plurimi ex regno eum
sequebatur et numerus cottidie augebatur. Aldefonsus rex
aragonum fecit eum suspendi et mori

C. p. d. gestis saracenorum [illegible] ultra mare

Salife egiptio de her suaemt boumestor qui 106 e-
non modo ierusalem/ sed usque liciam que est prope anthio-
chiam totam obtinuit/ maritimam regionem et
mittens per omnes civitates balivos tributa im-
posuit. et fortilicia reparavit/ maxime autem hec egit in ierusalem
cuius muri propter frequentes obsidiones magis dirupti e-
rant/ cogens christianos ad quartam partis restaurationis/ christiani
vero allegantes paupertatem audivit quod nisi munita perfi-
ciat omnes gladio ferietur. predibus tamen cuiusdam magni
turchi habuerunt inducias donec per impetrando auxilio
ad constantinopolitanum imperatorem transmitteret. Im-
perator vero spondet opem si obtinere possent ut in iiii parte
eis imposita soli habitent christiani/ obtenta vero gratia christiani
qui prius commixti sarracenis multas sustinebant iniurias
nunc ab eis separati in pace manent/ nec aliquis super eos ni-
si patriarcha exercet iustitiam/ sic patriarcha iurisdictionem
acquisivit in iiii parte ierusalem/ que durat a porta david usque
ad portam sancti stephani per minimum circuitum et in civita-

229 p. 22

tem a porta david usque ad cambitz et inde usque ad portam sancti Stephani. Contigit autem postquam basilius imperator constantinopolitanus obtinuit anthiochiam et adiacentia loca sperante ibidem drogene ut dissidentibus invicem sarracenis et rebellantibus soldanis baldacensi caliphe thurcemanni sirpatis sarracenis in persia et oriente dnari imperent caliphum tamen venerabatur quasi machmeth successore quorum rex fuit primus salioch cui successit filius de grisatoilpha qui civitatem rages deinde messopotamiam totam eius subiecit dominio. Huic autem successit filius vocatus belceth qui infinito exercitu persarum et aliorum contra constantinopolim direxit faciem et civitates et castra capiens destruebat. Iamque omnes territi fugiebant non audentes exspectare adventum illius et tandem occurrentem sibi imperatorem capit multo grecorum effuso sanguine. Et elatus belceth tanta victoria coram principibus suis super guttur imperatoris pedem tenebat et cum pluries hoc egisset illesum abire permisit. Greci vero dedignantes tam confusum imperatorem habere excecant. Obtinuitque sic belceth ciliciam sirie usque ad brachium sancti georgii universa per spatium dierum xxx in longitudine et x et alicubi xv in latitudine et vastavit ecclesias edificia et ipsum universis tantus terror cunctos invasit ut usque ad vi et vii dietas neque servi consisterent. Nocuit hoc plurimum christianis terre promissionis quia imperator sepe dabat eis auxilia. Tunc belceth posuit unum nepotem suum sulimanum soldanum turchie quasi murum inter persas et imperium. Et alium nepotem dulcath soldanum in damasco quasi murum inter se et caliphum egiptium et anthiochie prefecit thurcum vocatum anxiois et alapie suum sibi assaguer. Sic desolata manet ubique orientalis ecclesia prevalentibus undique sarracenis.

Modon Grecie civitas

7a p. de muto [illegible] quibusdam [illegible]

Anno xxiii imperator in penthecosten conventu habito maguntie hildebrandum decrevit apostolicum deponendum et guibertum ravenne episcopum ei substituendum. Anno xx imperator cum saxonibus congreditur et multi eorum cum rudolpho rege perimuntur. Predixerat enim hildebrandus tunc falsum regem moriturum sed hunc esse henricum male interpretatus. Anno xxi condicto die ad dietam inter papam et imperatorem discernendum cum pax non fieret multi ex romanis et ytalie episcopis a papa deficiunt. Papa autem fugit ad northmanos. Anno xx romani imperatorem recipiunt et eorum iudicio hildebrandus apostolicus abdicatur et recipitur ravenne archiepiscopus brixie a seditiosis episcopis ei substitutus et clemens vocatur quem henricus episcopus ab episcopis bononiensi mutinensi et cremonensi fecit benedici et roma sine cardinalibus ducens ab eo in die pasche coronatur. Deinde gregorium cum cardinalibus in castro sancti angeli obsedit. Sed audito quod robertus guiscardi princeps in auxilium veniret destructo capitolio et urbe leonina cum suo papa fugit senas. Robertus autem eodem die urbem capiens igneque ferroque consumens gregorium in suo pallacio restituit. Post henricus maguntie concilio regali et sinodali aucte exigit ab omnibus ut hildebrandi depositioni et guiberti electioni subscriptione approbent. Gregorius autem in apuleam descendens apud salernum moritur 1084 et choruscat miraculis. Bruno natione theuthonicus ex colonia litteris a puericia eruditus remensis canonicus et scolarum magister relicto seculo heremum carthusie fundat propositumque monastice vite

Bruno Carthusiensium ordinem instituit

8a p. de translatione sancti Nicolai

Anno tricesimo primo autem singibertus venetianis meditantibus auferre corpus beati Nicolai a mira licie a turchis desolata barenses eis in eo preoccupaverunt eos quia iiii monachis tantum ibi inventis extorserunt sibi ondi tubam sed unus ossa sancti Nicolai in oleo natantia integro numero extraxerunt et barum cum gloria detulerunt 1084. In antiquissimo tamen libro repperi quod huic hystorie non induxit nisi pro quanto accepte reliquie nunc sancti nichi fuerunt. Anno enim domini 1094 Magna classis venetorum cum fidelis ad terram sanctam recuperandam processit tunc militi tanto fervore calebat ut cadenti ferro signo crucis in capite et carne propria signaretur. Congregati itaque in ecclesia sancti marci unanimiter henricum tuitarenum ibidem episcopum in suum rectorem Iohanne vero vitalis Michahelis ducis venetiarum filium in ducem exercitus elegerunt. Sicque usque rodum pervenerunt ubi yemare coguntur suadente autem imperatore constantinopolitano reditum. Episcopus eos ad perseverantiam animat alias inire eos asserit cum hominibus infamia rea dei illud allegans nemo mittens manum etc. Omnibus autem in domino confortatis annunciatur pisanos contra se cum 40 advenisse galeis et imperialia assumpsisse insignia. Mittunt ergo veneti primo legatos et desistere monent. Illi portum sibi vendicare minantur. Mittunt itaque veneti contra eos naves xx. bene munitas que pisanorum exturbant exercitum et tandem superveniente nocte xx galee vix ex omnibus evaserunt. Veneti dicentes ut crucem domini se portare aut magis quam humero ferre in victoria mille ex eis abire libere permittunt xxx viris apud se retentis maioris auctoritatis. Modon autem transeuntes ad smirneorum provinciam pervenerunt. Distabat autem civitas a paganis lacerata vi miliaribus a mari ad quam permissa oratione declinans episcopus iubet fugi. Cum vero clericis in ecclesia tamen custodes retinuerunt a quibus de beati nicolai corpore requirunt quod sit id ignorare tempore antiquitate simulant. Archa tamen fracta minus accedere ondunt. Cuntes hinc barrensibus predicti reliquiarum tollentes parte reliquerunt si multis causa tollite archa quod pervenientes nil in ea preter aquam et oleum invenerunt. Sic inventis quod pavimentum et muros ecclesie perforant die et nocte sequenti frustra laborant. Unus tandem custodum importabili angustiatus tormento pro antistite mittit et illi ait: sancte pater et dei vere cultor cur me sic tam affligi permittis sed ecce in vita secretum tibi pandam / greca gaza lamentabile. Venetis autem memoriale semper trium. In hac archa quam videtis duo sancti antistites beati nichelai predecessores vel in altari sancti Io. baptiste sine dubio reguntur. Archa quod antiqua rumpitur altare prosternitur et in altari duas capsellas et in archa duos pontifices cum suis epitaphiis separatim in capsellis cypressinis collocatos reperiunt. Quorum alter est theodorus martyr, alter nicolaus magnus nicolai primus. Ambo magni meriti et ecclesie eiusdem antistites in miraculis beati nicolai legitur quod de hunc theodorus lampadis oleo / ceca oculos unxit et continuo vidit. De primo eius legitur quod ea die qua magnus nicolaus natus est cum balnearetur dimidia fere hora nemine sustentante recte in pedibus suis stetit. Quod audiens sanctus episcopus et benedixit. Pro eo orare studuit. Hunc de sacro fonte levavit et quod nomen suum imposuit et sacris litteris erudivit. Has quoque reliquias cum tubis et magno tripudio ad naves deducunt in spiritu autem quedam divinitus persona tardatus et ubi sancti nicolai altare destruxerat diligentius perscrutantes in consueta sentiunt odoris fragrantiam. Ibi magne sanctitatis reliquias reconditas esse non dubitavit. Coptique est episcopus peperius

festiuitatibus archiepiscopus non ad altare sancti nicolai missam celebrat, sed in loco plano super sanctum corpus tripodem ponebat, ibique diuina misteria celebrabat, cernitque ymaginem sancti nicolai supinus crucem lineam esse depictam. Ex quibus coniciunt corpus eius ibi fore sepultum. Hys igitur coniecturis permotus exercitus iterum rediit priorisque ruine molem detraxit, et fodiendo peruenit ad massam uitream difficillimam ad frangendum. Post hanc ex bitumine aliam non minori labore frangunt, tandem post multos sudores tertiam ad soluendum difficiliorem aperiunt, quia cupreo mausolo et bitumine glomerata ossa sanctissima glutinebat, qua confracta ad desideratum thesaurum peruenitur, tunc accedens venerabilis episcopus cum summa deuotione lacrimis ora perfusus sanctissimum corpus in sua cappa collegit, mirabile dictu palmam quam de ierosolimis vir deo plenus portauerat in sepulchro subtus et circa cum uirides ramos et frondes pullulauerat. Ex quibus multi particulas colligentes in testimonium ueritatis ad propria deportauerunt. In sepulchro autem illo grecis litteris sculptum erat. Hic requiescit magnus nicolaus terra marique miraculis gloriosus. Causa autem tante reclusionis grece legitur in ipsius miraculis. Quia basilius constantinopolitanus imperator eum ad imperii arcem portare voluit, sed cum ultra ualuas ecclesie nullis uiribus euehere potuissent. Ego autem beate nicolae corpus tuum postquam ipsum gloriosa ciuitas et imperialis hec non valet, tam firma locabo custodia, ut nullus deinceps hec faciat illud. Huic inuentioni affuerunt greci non nulli vngari plurimi theutonici daci et anglici, barenses et pisani aliique ytalici et clamabat vniuersi. O felicem populum venetorum leonem habens euangelistam marcum, qui te uictoriosum fecit in pluribus munitum habens nauclerum pontificem nicolaum, qui sedare solet in pelago tempestates in alto fluctuum, rapinam in alio sine crimine feliciter commisisti. Cum uero deportaretur cum reuerentia et multo gaudio sancte reliquie, pisani beati nicolai amore relaxari petiit et plene libertati donati sunt. Audiens hoc archiepiscopus qui in castro quodam degebat accurrit canos et barbam euellit. At veneti misericordia commoti cappellam vnam de altari sumpta cum 100 bisanciis aureis pro reparatione ecclesie reddunt, mittuntur certi nuncii qui venetiis rem gestam nuntient. Fit in populo et clero maioris gaudium de eo collocando diuisi diuisa sentiunt quidam uolentes sanctum marcum, quidam in ecclesia ipsius sancti, quidam in episcopali ecclesia propter laborem et industriam episcopi locandum censebat. Abbas quoque sancti nicolai de litore asserebat, quia nisi in suo monasterio corpus sanctum haberet, cum suo collegio ac thesauris ecclesie ubicumque poneretur se transferret. Dum ergo venetiis hec aguntur ad terram promissionis exercitus dominum profectus in portu Iope, dimisso nauigio cum tuta custodia sepulchrum domini visitauit. Postea deliberato consilio caiphas fortissimum paganorum presidium quod nec xpianorum nec sarracenorum soldanus obtinere potuit expugnare disponit. Capta autem diuino auxilio ciuitate, franci ad eius custodiam remanent. Veneti eis vale facientes ad deferendum venetias reliquias sacras se parant. Cum autem ad locum qui dicitur lesina attigissent, iurant omnes se reliquias in sancto nicolao de litore locaturos. Occurrit autem reliquiis sacris dux cum nobilibus, patriarcha petrus cum clericis et populus innumerabilis ad ecclesiam ita prima in litore corpus sanctum deuehitur. Episcopus pacta breuiter narrat, dux eorum iuramentum confirmat. Construitur ibi turris pro loci tutamine, manet armatorum custodia donec locus securus, et captus ad dei et sanctorum honorem celeberrimus edificetur. Interea sanctus choruscat miraculis multis, que omitto causa breuitatis. Horum autem sanctorum inuentio celebratur in kalendis Iunii. Translatio uero in venetiis viii idus decembris. In ipso enim festo sancti nicolai classis cum salute peruenit ad portum, qui tertio anno ab incepto itinere rediit. 1022. Venetiis corpus beati marci in ecclesia noua reponitur.

Capitulum de errore statu terre promissionis maxime per nasturcz

Post hec accidit constantinopolitanum imperium

Post hec accidit ut tempore episcopi ierosolimitani qui uocabatur horestes, cuius caliphsa egypti nomine elau ex sorore nepos, efficacius pactis consuetis mandauerit imposito maiora tributa et angarias xpianis et oratoria cuncta prosterni. Unde et ecclesia sepulchri cum ceteris aliis est destructa, timebat enim hec suspectus de lege machmet, quia matrem habuerat xpianam. Sed succedit illi caliphe filius, vocatus de hec amicitia coniunctus imperatori constantinopolitano vocato romano cognominato eliopolita, et concessit illi ut ecclesiam sancti sepulchri reedificaret, ipsa est que extat adhuc. Fuit autem huius ecclesia edificata 1028 mansit autem destructa annis 24, et post reedificationem annis 40 capta est a xpianis rectum in primo 31. Post afflictam autem ierosolimitanam etiam constantinopolitana ultra brachium sancti Georgii et anthiochena pene totaliter destructe sunt, imperante enim pacifice romano cognominato drogene, orientalis rex potentissimus belceth cum infinito exercitu persarum et aliorum aduersus constantinopolim faciem direxit, ciuitates et castra protinus capiebat et omnia destruebat, iamque omnes territi fugiebant, non audentes illius expectare aduentum, tandem occurrit illi imperator vndique tracto exercitu, et commisso bello imperator capitur, multo grecorum effuso sanguine, tunc belceth elatus tanta victoria sedens coram principibus suis super guttur imperatoris pedem tenebat et ut supra p. 6. Capitulum de

pia auxilii imploratione iuuenii qui postulare

Post penitencie

Post penitencie planctu cognitioneque peccati solita est diuina clementia audire preces humilium, nec spernere preces eorum poterat. Proinde cum lugubri carmina post multa suspiria affectuose orando exponere pijssimo creatori. Recordare domine quod acciderit nobis, intuere et respice obprobrium meum, hereditas mea uersa est ad alienos, domus mee ad extraneos, preces mee peccauerunt et non sunt et nos iniquitates eorum portauimus, defecit gaudium cordis mei, versus est in luctum chorus meus, cecidit corona capitis mei. Ve nobis quia peccauimus, propterea mestum factum est cor meum, ideo contenebrati sunt oculi mei, propter montem syon quia disperiit et uulpes ambulauerunt in eo. Tu autem domine in eternum permanebis solium tuum in generatione et generationem. Quare in perpetuum obliuisceris mei derelinquens nos in longitudine dierum. Conuerte nos domine et conuertemur, innoua dies nostros sicut a principio, ne memineris domine iniquitatum nostrarum antiquarum, cito anticipent nos misericordie tue, quia pauperes facti sumus nimis. Talibus precibus sitibus ue inclinatus omnipotens cuidam paupercule homini de regno francie in episcopatu ambianensium heremiticam vitam agenti, qui et petrus heremita dicebatur, non solum ad meritorum ipsius cumulum, uerum potius ad terre sancte subsidium inspirauit ut gloriosum xpi visitaret sepulchrum ceteraque loca xpi consecrata presentia et illustrata miraculis. Profectus ille grauiter superato labore periculoque multiplici, tandem ierosolima adiit, ad portam ciuitatis accedit et soluto ianitoribus ut mos peregrinantium erat aureo nummo liber intrauit, ingressus autem vidit omnia sacra loca irreuerenter ab infidelibus tractari immo verius prophanari, et tantus dolore cordis intrinsecus. Heu inquit heremita est vrbs perfecti decoris, gaudium vniuerse terre. Videnseque venerabilem virum symeonem patriarcha loci illius tanquam vile mancipium reputari, cunctosque fideles in summa abiectione innumerisque angariis aggrauari ait, destruxerat hic sanctificationis locum quem creauit omnipotens

oblivioni tradidit in Syon festivitatem et sabbatum in obprobrium et indignatione furoris sui regem et sacerdotem et repulit altare suum. miroque modo ex horrido confusione afflictus, putans quod velut vir sanctus super miseris proximi miseriisque divinis et misericordie gestabat viscera et zelo accendebatur divini honoris, distrahi cogitationibus cepit et anxia mente mente perquirere si qua foret via salutis. si quod tante calamitatis posset inveniri remedium nichilque adhuc in se reperiens omnino per eum orabat hec fieri que dispositione congregat ipse. cum ac nocte quadam in ecclesia dominice resurrectionis assiduus super hec divinam exoraret clementiam et quasi fessus in agonia prolixius oraret post multa vigiliam ac orationem devotam sompno corripitur. speciosus forma pre filiis hominum illi astitit. precepitque eius votis annuens legatum se ad summum pontificem et occidentis principes pro terre sancte liberatione transmisit, qui divina revelatione commotus et flamma divini amoris accensus cum literis domini patriarche Iherosolimitani ac aliorum fidelium ad iussa perficienda iter aggressus est.

11ª p de celeri passagii c[ongregatione] [rubric, faded]

Qui cum ad partes applicuisset Ytalie confestim ad Urbanum papam secundum se contulit, a quo exposito negotio benigne receptus est. Deinde per illas partes transcurrens ad passagium cunctorum corda succedens Alpes transgressus tam principes quam populum sollicite invitabat et predicando multipliciter hortabatur ad terre sancte peregrinationem, ceciditque semen verbi dei in terram bonam et ortum fecit fructum aliud tricesimum in activis et robore etatis aptis ad bella domini, aliud sexagesimum in contemplativis et sacris vacantibus ita et sexagenariis post militiam et actiones publicas dari consuevit vacatio, aliud centesimum in prelatis bene presidentibus qui secundum apostolum duplici honore digni sunt maxime qui laborant in verbo et doctrina. Contigit etiam pro tempore post hec summum pontificem transire in Galliam dissidentibus invicem sacerdotio atque imperio .1094. et celebravit concilium apud Claromontem Arvernie civitatis, ubi ordinatis rebus ecclesiasticis in quadam spaciose latitudinis platea exiit quam multitudinem clausura nulla capere posset, ad populumque in hec rethorice dulcedinis verba prorupit. Gens adeo electa et dilecta ad vos sermo meus dirigitur ad fines vestros lugubris nos causa deduxit. A Iherosolimorum enim finibus relatio gravis emersit, quod videlicet gens Persarum generatio que non direxit ad dominum cor suum et non est creditus cum deo spiritus eius, dei populum in terra sua promissionis parti consumpsit gladio, partim captivos duxit, patriam rapinis igne ferroque consumens ecclesiasque subvertens. Christianos circumcidit et in fidei nostre obprobrium circumcisionis cruorem aut super altaria fundunt sacrilegi aut in vasis baptisterii immergunt. quibus ac incumbit ultio tanti sceleris nisi vobis, quibus contulit deus pre ceteris insigne decus armorum, magnitudinem animorum, agilitatem corporum, potentiam certe humiliandi verticem ambulantium in delictis. Moveat vos antecessorum vestrorum probitas mutabilis et magnitudo Karoli magni et Ludowici regis filii sui, qui dilatando fines ecclesie paganorum castra subverterunt et regna. Precipue vero corda vestra excitet gloriosum Christi sepulchrum ab immundis gentibus possideri ceteraque loca sancta inhoneste tractari eorumque immundiciis sordidari. O fortissimi milites. O invictorum propago parentum nolite esse degeneres. Si vos carus liberorum parentum ac coniugum tenet affectus, mementote sermonis domini Qui amat patrem vel matrem plus me, non est me dignus; et qui non accepit crucem suam et sequitur me non est me dignus; et qui perdiderit animam suam propter me in vitam eternam custodiet eam. Crucem propterea in humeris sumite ac pectoris aditum communite. terram denique vestram montium undique clausam iugis multitudini colonum atque colentium vix alimenta prebere pro comunitate. terra que fluit lacte et melle quam prius redemptor suo illustravit adventu, decoravit presentia, sanguine consecravit, redemit morte et gloriosi sepulchri insignivit decore. In sermone quoque asseruit quia hostibus vivere calamitas est, mori felicitas. mors accelerat bonis patriam et resecat malis malitia. Qui sermoni aderat assumpto signo crucis in humeris quasi onus domini quod ab onere alleviat peccatorum iugumque suave demulcentis gratie ad Christi obsequium se fideliter preparat. quorum primus fuit vir venerabilis et sancte conversationis Adamarus episcopus Podiensis cum multis aliis tam nobilibus quam inferioribus viris. Sequenti vero die residente episcoporum conventu proposuit summus pontifex cuius multitudo peregrinantium recipientium preferri debeat et communi omnium consensu Podiensis episcopus divinis rebus ac humanis ydoneus legatus preficitur. prelati quoque ecclesiarum aliique viri prudentes et literati sicut quod in mandatis acceperant in diversis fidelium partibus predicantes signo sancte crucis consignaverunt Christianam populi multitudinem usque ad centum milia pugnatorum. Inter quos fuerunt precipui et nominatissimi viri Hugo magnus Philippi regis Francie, Rupertus comes Flandrie, Robertus comes Normandie, Guilhelmus de Anglia, Stephanus comes Blesensis qui fuit pater comitis Theobaldi, atque Raymundus comes sancti Egidii, Garnerus de Greis, Balduinus comes Metensis, Anshelmus de Ribodimonte, Simotus comes Torenge, Guilhelmus comes de Forez, Stephanus comes de Albemare, Perreu comes de Upche, Hugo comes sancti Pauli, et barones innumeri. Inter ceteros vales Godefridus Heustachii Bononiensis filius dux Lotoringie vultu elegans statura procerus dulcis eloquio moribus gratus, tam mitis et lenis ut in se monachum magis quam militem figuraret, cum tamen hostem imminere sensisset nullus in bello eo securior, quasi enim leo confidens ad nullius pavebat occursum, et quem lorica aut clippeus sustinere poterat ictum mucronis illius. Cum illo quoque duo fratres eius Balduinus et Eustachius eorumque consanguineus Balduinus de Burgo filius comitissa Hugonis de Retest, Guido de Guarlandi senescalcus regis Francie, Gerhardus de Risilion et alii Gesbarones concordaverunt ne simul omnes pergerent quia non possent victualia aliaque necessaria invenire. Adveniente ac marcio videntes parari equos dextrarios palafredos bellica instrumenta et cetera oportuna cum tempus affuit inchoandi recessus, omnes suspiriis lacrimis et singultuosis lamentis erant repleti, pauca erant hospitia de quibus non procederet peregrinus vel saltem propinquus contigit etiam multas filias vacua domo relicta ex toto peregrinari. Ducebat enim multi secum et parvulos et uxores.

12ª p de peregrinatione Galterii et sue societatis usque Constantinopolim [rubric, faded]

Galterius miles et probus nobilis adiuncta sibi multitudine equitum peditumque .1096. in fine marcii per Alamanniam transiit et regno appropinquavit Ungarie quod undique magnis aquis paludibusque circumdatur nec patet aditus nisi per strictos meatus qui sunt quasi ianue regni. Rex Kalemannus vir devotus mandat mercatum illis deferri et convenienti foro necessaria exhiberi. In fine vero regni versus orientem aquam pertransiit vocatam Marce et civitates Bulgariam ignorabat ex suis quod remansisse citra aquam plures enim remanentes venerunt ad castrum vocatum Mala villa. Ungari non eos qui citra aquam remanserant quod abesset exercitus exspoliaverunt et nonnullos verberaverunt et tandem dimiserunt. hec cum ad sociorum pervenisset notitiam corda commovit. redissetque ad ulciscendam iniuriam si non affuisset transfretationis

Galterus vngarie

piculu et impedimentu itineris. procedentes itaq; puenerunt ad pma civitatem bulgarie nomine belgrade
regsitus dns terre mercatu pegrinis negat nonnulli d:
defectu necno proteruia ducti aliqua rapiunt
vim inferentes indigenis cives arma capiunt et de:
pegrinis plurimos ledunt interimuntq; Gualterus de:
inde suos cedunt et iter agens puenit ad civitatem vo:
catam stralisie dux vero civitatis pegrinis festinus
occurit et competens foru exhibuit. Sentiens reddi quitq; re:
cuperari potuerat ablata eis in belgrade. Cumq; vero
in constantinopolim puenisset imperator gualtheru ar
cessit qui siscitatu vendet se ducere pegrinos et q pe:
tru heremita expectare vellet ibidem. Imperator
locu extra urbem illi assignat et necessaria pegrinis
deportari iubet 13.a p° d° pegrinacoe pet. heremite [illegible] multitudine [illegible] et [illegible] constantinopolis

N On multo post tempe. petrus hemita
lombardoru et aliaru nationu ducatu
usq; ad eu eadem quasi pduxit via. donc
ad castru puenit. qd superiori ca nominavimus
mala villa Et cogita offensa sociorum qui cum gual:
terio transierat castru capiunt custodesq; interimunt
usq; ad iiij. hominu De pegrinis vero ultra centu
mortui non sunt. Inventa q ibi victualium copia quinq;
diebus immorati sunt. audiens aut dux belgrave vin:
dictam pegriorum tam dira castiius sibi illate iniurie pe:
grinis superiora p. timuit ne istorum posset impetu
sustinere propterea relicta civitate ad castrum
fortius se suosq; reduxit. Tunc petrus hemita audi:
ens q rex ungarie paret contra eum exercitu cunc:
tos aqua transnavigari iubet celeriter. currusq; et
copias in districtum transire bulgarie. puenuntq; ad bel:
grave civitatem quam totaliter evacuatam inve:
nerunt Indeq; octo dietis ad civitatem ptingunt q nim vo:
catur het munitissima est habitatores q eius int
ceteros prouincie bellice industrie magis instructi
inveniunt at exercitus pontem lapideum. que ptransies
inter aqua et civitatem pmansit. requisiti cives ut ve:
nalia subministraret. obsides petunt pro securitate et
obtinent. Deinde necessaria copiose transmittunt. pegrini
q eo so refocillatur q pluribus diebus inedie inviverat
refrigerii locum. facto mane redunt obsides. pegrini
viam inchoant. Erant at inter eos theutonici q innata
pravitate insimul congregati usq; ad centu cu alii p:
cessissent. combusserunt molendina iuxta pontem et coteset
queda vitulu incenderet. cives offensi arma capiunt
et du abeuntes prosequuntur actores sceleris primo re:
piunt. trucidantq; et extrema invadunt exercitus ibi
potissime erant senes infirmi debiles. currus et soma
ria plures occiderunt nonnullos captivos ducerunt. Et de cori
bus et somagiis similiter accepunt Delata re tam
lugubri petro hemite revocatis q precedebat. cuncti
de reditu consulunt redeundo vo trucidatos cernunt
socios et propinquos et magno planctu edito. nuntios
heradq; transmittunt. querentes cur tantu. taleq; scelus in
xpo pegrinos egissent Et audita ca prudentiores videt
non adesse tempus. neq; locu omem iniuriam vindi:
candi et de reformatione pacis tractare dubie. et cap
tivos ceteraq; redimere Nonnulli at ex minoribus ultionem
proclamat. Mittit deinde petrus hemita aliquos
de prudentioribus. et non consecuti. psonaliter Deinde
vadit ad proclamari faciendu excepte sua et omni baro:
nu q in exercitu erat ut nullus se colligeret hiis qui
vellent infringere pacem Tractatores at pacis de tota
te pripientes incrementu tumultus infecto negotio re
dire Nullis itaq; viribus retineri potuerat quin usq;

ad mille pegrinorum contra civitate procederet. tot:
tidemq; illis obvia exierunt Cernentes uero q de muris re:
spiciebat pegrinos pvalere. putantes quoq; q magnus
exercitus se de negotio intromittet nollet v multitudine
exierunt Et invenientes de pegrinis usq; ad 400 sup po:
tem omnes pene interimunt. qd cernens pegrinorum
multitudo se continere no potuit illis in succursu pro:
cessit s; miru in modu pegrini in fuga conversi. cu se
civitatem ex advenientibus auxiliariis contripe debuis:
sent. ceteros obvia sibi factos complerunt in fuga conver:
si. cu securitate. grande fuit pegrinoru dispendiu. x
cum virorum mulieres multe et parvuli piere et currium
usq; ad ij m amissa sunt. Dispersi pegrini. tandem die iiij
congregati et v arcto positi ex defectu victualium et mes:
ticia defunctorum imperatoris nuntios recipiunt. eorum redarc
guentes audaciam compeluntq; necubi immorari pro:
mittentes. tum ubiq; victualia et necessaria exhiberi et ope
compleverunt ad constantinopolim itaq; provenientes gualtero
sociati sunt. et diebus aliquibus generet imperator q accersi
tu petrum heremitam muneribus honoravit. admirans homu:
tulum ita probu et gratie ad interrogata omnia respondentem
14.a p° d° gestis pegrinorum ult depositum [illegible] brachium sancti georgii

P Ost quietem
dierum aliquot brachiu sci georgii transeut
patis iussu imperatoris navibus et ineunt bi:
tiniam. q est pars prima asie. et nicomedia
transeuntes supra mare castrametati sunt in castro vo:
cato civitot sup niceam civitatem constituto. ubi ptra
tem exercebat inimici eorum Ibiq; duobus mensibus commo
rati cottidie pro convenienti foro venalia inveniebat
cibaria. saturatus at populus gentis impatiens voluit cir:
cuire et factis conventiculis tandem usq; ad x m processerat
contra principu voluntate. vincias agebat pdas lucra
q pmercia. cu tm imperator primo ore nuntiis deinde mo
nuerit eos. cessare cautius agere. quousq; maiores prin
cipes advenirent. Accidit at die quadam. ut petrus he
constantinopolim redierit quia venalia sua erat solito cari
ora. tunc innumerus populus quasi liber congregatus. et
processerat usq; ad vij m pedites et 300 pedites eqtes ultra
niceam civitatem. et p villulas et casalia omnia destruen:
tes. magna reportaverat pda nullusq; eorum periit. Cerne:
tes at theutonici illorum tripudium de reportato lucro ho:
mines effrenati. tam pde et glorie cupidi. congregati sunt
usq; ad iij m peditum et ultra niceam civitate procedentes ad
pedes montis iuxta nicea ad iiij leucas. castrum invadunt
et nemo sine defensione capiunt. Et utriusq; sexus cunctos inte:
rimunt. Victualia et preciosa ibi multa reperiunt muniuntq;
castra q locus esset aptus donec ceteri q expectabatur ad:
venirent Interea sulimannus illius provincie rector at dns au
diens francorum adventu ad orientem. egressus amore et
prio protulerat terra multitudine armatorum secu adduxe:
rat. audiensq; illatas iniurias. ad castrum attendit q facilitate
obtento. cunctis capita pcidit hic auditis in castris pegri:
norum planctus et ululatus exoritur et acerbius indoluit
gens minuta belli ignara. et increbatur ignavie militu
qui sanguinem occisorum fratrum vindicare neglexerunt
Eliguntq; capitaneum godefridum burianum q horum mite
tor erat. et apte milites illegales dicebat bellumq; omitte
non providentia sed pavore. tm exprobratio huius et la
mentum invaluit. ut oes comites arma caperent. et plebe
io dicere posset miles tu minus capies plus ego fuerunt
q xxv m v. Et inde p montes pnemora tendunt versus ni:
ceam sed in via sulimannus pegrinis occurrit cu suo exerci:
tu. pugnatur utrimq; acriter s; pvalet thurcus. et cede:
do insequitur fugientes usq; in castra Ibiq; senes q rema:
serant mulieres infantes et debiles trucidat. Erant enim

eqtes thurci / pedites pegrini pter 400 · eqtes tm iij · homes ad quoddam derelictu iuxta mare fortilitiu hueze refugiu / opilates hostia et fenestras lignis et lapidibus qd cu thurcis innotuisset / dico fto insultu / magnu obsessis immnebat piculu. S; petrus hec que constatinopoli wisse pdixerat de euentu prius fidem certior fcus post suspiria et gemitus ad impatoris pedes prostratus opportunu impetrauit auxiliu Nam ille cotinuo suos misit nuctios q statim ab obsidione amouerent thurcos · hic lector aduerte qnta peccm inobediencie / cotumacia feriatur qqz piculu sit indisciplinatu sequi xplm in peccato

15a p° destructoe j cor̄ multitudis thōtonicor sub sacerdote godeschalco peregrinatis

SIcut petrus hermita in francia sic sacerdos qdam godescalcus crucem in theutonia pdicauit adunatisqz xv^m theutonicorum pegrinatiois iter arripuit his quasi viciniis iussit vngarie rex familiaritate et mercatu couenientes exhiberi Illi videntes rerum copiam / et q plura libere possent acqre reddere ceperunt pro fructu penam / pro pietate dolum Nam et victualia et bestias capi rape ceperunt et feminas homines qz ferire et ledere prius Cu vo hec prolata essent ad regem armatos vndiqz contrahit et insequitur abeuntes Et iuxta castrum belgraue cepit in meditullio regni · Audientes uo theutonici regis aduentu sibiqz audatis fcu consiq arma capiunt cernentes vngari cotepta desparatioem pro defensione vite / animiqz furore / more suo propositu versipelles occultant / ia no viribz s; fallacia pugnant / mittuntqz nuctios q referant q grate recepti fuerunt iussu regis q ingrati no nulli fuerit bnficiis q magnus in regia curia maleficiorum sit clamor exortus / cognostus quoqz maiores viros honestos / qbus hec mala displiceant / noluit proinde in eos retorqre vindicta / soli noxii puniatur vt igitur rcto ordine cuncta disponatur ceperunt ut se ac sua maxime arma sumitat regie voluntati / sin at in regni medio constituti / nec pntis regis virtuti resistere poterunt / nec extrema transire sacerdos cu baronibus specie de regia dulcedine ac pietate protestates petitioi annuit noletem quoqz minutu populum arma reddere pcibus et inductiobus copellut / quo pacto vngari in illos prosiliut / nec inter sem et prophanum distinguentes cunctos pene interimunt fugerunt nonnulli / q suis in ptibus tam seue prodicionis atrocitatem referrent

16o p° cofusione apparatus multitudis peregrinatis sub ... ductore

GReui post tempe inumerabilis multitudo congregata sine rectore ad pegrinandum iter arripuit Licet enim illi congregatioi barones plurimi no deessent tn nemini obtemperare volebat et res pessimas multi praui agebat / ita ut in transitu multos interficerent maxime in ptibus colonie et cunctis alamanie In illis at ptibus erat magnus comes vocatus emico qui illi multitudi societate iunctus est · hic nec facturos monuit nec prauos corripuit · transierut at p franconia et bauariam vsqz ad cofines vngarie Et puenerut ad ciuitatem vocatam meheseinbort · putates sine contradictioe in vngariam transire sed cu venisset ad passum via eis denegata est · Erat enim ibi fortilitiu ex vna pte danubio circudatum vocatu luitans / ex aliis ptibus profundis paludibz intus vero armatorum caterue Iam enim audierat rex vngarie cc^m peditu et iij^m eqtum aduentare / timebatqz ne vlcisceretur pfidia q in priores exercebat pegrinos / pegrini tandem obtinent vt nuctios mittant ad regem nec potuerit aliq obtinere dolent igitur se frustra laborasse et multa pecuniam cosupsisse deliberatqz vindicta q ex illa pte regni erant / igne ferroqz vastare Du talia agunt vsqz ad vij^m eqtu vngarorum nauigio aqua transeut / et ceperunt passum qdam / qd pegrini considerates cu magno vigore illos aggrediuntur cunctosqz pimut · qbusda exceptis / qui peditado ad paludes hure confugiut tunc pegrini elati de victoria totu regnum vi occupare posse credut · fereruntqz pontes et scalas in multitudine ad turrem exigentes et ptes ceteras ut oportunu videbatur / murum quoqz instrumentis ferreis demollietes · ita hostes aggrediuntur et castru ut illi perterriti omnem animi vigorem amitterent · Du no moricuti putarent in breui subito confractis scalis et pontibus / obsidentum multitudo ruit / cunctiqz in fugam couersi sunt fuge tam pemtus ignorates · Hec videtes vngari vincere credetes q oculis conspiciebat de turri descendut / et q mora putabat multos occidut / comes emicio ad propria redijt · barones gallici in apulea transeunt ibiqz aliis transfretatibus sociati sunt

17o p° peregrinacoe ac capcoe hugonis magni et qlr boamund ad peregrinacio.. ... est

HUgo magnus frater regis francie / comitesqz normadie et flandrie ac ceteri arripuit aliud iter In alia vo societate fuerut epus podiesis et raymudus sci Egidii comes · Hic enim iste cu pdines esset / omnia sua vendidit ut toto conatu xpi negocio insisteret · hij ceteri cu seruitatis cotiguo tpe a suis exeutes sedibz seorsum cu ptcalitis alpibus p ytaliam et romam versus apuleam pgunt / tatorum pricipum aduetu audiens boamudus / q in littore starfandi pelagi malfiam obsidebat / princeps taratinus roperti guiscardi filius / qui impatorem grecorum suo tpe bello supauit / ad pegrinatioem sepulchri / eorum prouocatus est exemplo / opus diuinu inuissum huanis cordibz laudat · tandem duo palia deferri iussit / et bellatoribus suis · ta peditibus q eqtibus pronuncians ait q dni est ingratur michi · O milites nuc mei estote dei / et iter sci sepulchri mecu arripite · nunq hij marcium pmo celu rapient / sine nobis cu illi v̄ accipiendo crucem tanta hominu multitudo sociata est ut accipe affectatibz atqz petentibz cruce defeceret pannus · Audientes at optimates / apulee et calabrie et cecilie / q boamudus gesserat ad ipm cofluut / et ta mediocres q potentes et firmiores innumeri sci sepulchri pegriatioem assumut Interea hugo magnus guilhelmus marchalti filius de portu bari ducatum transfretat · quos dux loci captos ad impatorem transmittit constatinopolim Iusserat enim pegrinos detineri voles cunctos sibi homagiu facere de eo qd p arma caperent

18o p° pegrinacoe gothfredi ac hugonis ... liberacione

IN medio vero Augusti godefridus iter arripuit / et cu eo multi comites et barones · epusqz motis acuti et xx · septebr in villa austrie puenerut q vocatur tolleborg Inde fluuius labitur dictus lintans impius diuidens a regno vngarie audita vero pegrinorum strage fca in vngaria supa p · p · 12 · 13 · 14 · ppendit inter se qualiter in pace regionem illam ptransire valeat deliberatqz / litteras ac nuctios transmittere / petens a rege cur fideles suos pegrinos in suo regno pemerit · tractent deinde de transitu pacifico et securo Rex coram baronibus suis excessus pegrinorum expomt pdcos nuctiis / de qbz excessibus sup · 12 · 13 · pticulis actum est Et cu cognoscit eu esse altum virum ex sua progenie / et potete

gentis subiecte, cum dotatum prudentia et corporis uir-
tute strenuum. Ideo et ipsum appreciatur et diligit
in corde suo, cupitque honorare cum sua nobili co-
mitiua. Dux igitur Godefridus de baronum con-
silio ad visitandum regem transijt assumptis se-
cum non amplius quam xii militibus. Rex uero honorifice
eum suscepit et pacificatis cunctis rex primis recep-
tis obsidibus securitatem vie et victualium copiam
subministrauit. Et cum ad castrum quod dicitur mala uilla
peruenisset exercitus securitati pro tutela ad ulteriorem
ripam fluminis missi sunt. Deinde transmittitur populus
receptisque obsidibus ualefaciunt regi cum pace
atque leticia. Et transeuntes flumen ad ciuitatem belgra-
ue peruenerunt de qua supra non parum est. Inde per me-
dium nemus ad ciuitatem nim transeunt et inde
astralite. Inde quoque per districta sancti basilij et
inde ad planum ubi ciborum bonorum copiam receperunt
ibique de captione hugonis noua audiunt, mittuntque
ad imperatorem nuncios dicentes quod indecens esset tam
virum sine causa tanto tempore detinuisse, et quod omnes peregrini
fratres sui et socij grauabantur. Nuncij igitur ista refe-
runt et liberationem hugonis magni ac sociorum eius
attente requirunt. Imperator uero illis respondet absolute quod
nullo euentu illos dimitteret. Hic enim nichilominus
predecessorem suum et dominum cuius fuerat senescalcus
sic homo proditor et iniquus in vinculis detinebat.
Nuncij insalutato imperatore redeunt et audita referunt.
Tunc peregrini gladijs incendijs et rapinis cuncta per circui-
tum uastant. Imperator tunc liberationem captiuorum
promittit, tuncque concordant. Et cum circa constantinopo-
lim peruenissent hugo magnus dictus deniele, guil-
helmus carpentiers et drocebat de uendoil, liberati
donati ad papilionem ducis et ad ceteros duces ue-
niunt et cum multa seducem leticia amplectuntur.

Capitulum [illegible] sequitur discordia peregrinorum cum imperatore

Post hec imperator
per nuncios inuitat ducem godefridum
ut ad se ueniat. Barones uero sui consulunt
ne ciuitatem intret. Turbatus impera-
tor illis mercatum prohibet, peregrini per regionem
discurrunt, cibaria lucraque multa reportant. Te-
mpore imperator inuitus, ne districtum suum amplius
laterent mercatum concedit. Transacto quoque festo na-
tiuitatis domini, imperator inuitat peregrinos ut potenter
transeant et ad locum dictum Plathecena uadant iuxta
brachium sancti georgij, quia ibi prouentus essent suffi-
cientia pallatia, proditiose. At hoc tractabat im-
perator, ut eos quasi inclusos haberet, nec possent am-
plius ad libitum per regiones discurrere. Ipsi tamen aspi-
tate generis faciliter persuasi sunt, et circumdati sunt bra-
chio sancti georgij ex vna parte, et ex alia riuo aque dulcis
qui in estate paruus est, magnus propter pluuias in hye-
me super quem edificatus est pons quem transierant. Requirit
tunc ducem iterum imperator, ut accedat ad ipsum. Ille
fraudes metuit, et per nuncios nobiles transmittit quod
suorum consilio principum baronum omnium expectabat aduentum.
Tunc imperator iterato abstulit eis mercatum et circa
ripam brachij sancti georgij transmittit sagittarios in
multitudine ad partes ubi dux fuerat hospitatus
et sagittantes multos interemerunt, qui usus mare de-
scenderant plures et uulnerauerunt per hostia et fenes-
tras. Tunc balduinus frater ducis iussus cum quingentis
equitibus pontem occupat, ne preoccupetur a grecis,
necnon dubitantes insultum ciuium imminere, hostia
cuncta combusserunt in quibus hospitati fuerant cum alijs
procerns, et ab igne usque ad vi uel vii miliaria omnia co-
cremata sunt. Transeuntes autem pontem in pulchro
prato conuenerunt. Ibique magnum fuit prelium, multi
peregrini interfecti sunt, plures uero de ciuibus qui ta-
dem pondus prelij non ferentes ad ciuitatem confu-
giunt. Peregrini uero in crastino pro victualibus trans-
mittunt, et partem exercitus usque ad lx ui progrediuntur.

Et post dies sex habundantia victualium et lucra alia
reportant. Tunc godefridus nuncios recepit et
litteras boamundi monentes ut a malicijs grecorum et im-
peratoris insidijs caueat, et suum celerem mittit aduen-
tum. Sed imperatorem aduentus nunciorum non latuit nec sine
cordis amaritudine clamores ingeminatos audit uasta-
te prolixe regionis secretum. Proinde cum baronibus init
consilium. Deinde ad ducem honos nuncios transmisit
ut ad se ueniat, et filium suum maiorem dabit obsidem ad
cautelam. Placuit hoc cunctis baronibus, et recepto im-
peratoris filio, godefridus ad imperatorem perrexit, a quo
miro applausu recipitur et similiter a cunctis baro-
nibus. Tandem eum imperator osculis demulces grande
profitetur amorem, et imperialibus induit uestimentis
filium vocans, et de cetero defensorem imperij et collatera-
lem instituens, iuxta imperatorem sedere iubet, aperti-
sque thesauris suis incredibilia dedit munera, omnique sep-
timana pecuniarum magna pondera transmittebat
ab epiphania usque ad ascensionem domini. Post aliquot dies fa-
miliaris colloquij dux redijt et filius imperatoris ad cita-
tes cum multa pompa deducitur. Et pax utrobique procla-
matur, omnisque arcetur offensa. Intrante autem marcio
de aduentu aliorum baronum noua hita sunt. Placebat
tunc imperatori et peregrini etiam concordabant ut brachium
sancti georgij transeant. Regressus igitur imperator nauigia
parat in bitinia transeat que est prima pars asie, et castra
posuerunt circa calcedonie ciuitatem que statim ultra brachium
sancti georgij sita est. Unde venire constantinopoli atque re-
dire bis uel ter poterat in die.

Capitulum [illegible] de initio ordinis Cisterciensis et de quibusdam [illegible]

Anno 1094 ex monasterio molismo et epa-
tu lingonensi, temporalibus diuitijs et spiritualibus
gratijs exornato, quidam prudenter considerantes quod
inter possessiones et uirtutes non consueuit
diuturna esse societas, cistercienium petunt locum silue-
strem, ibique magnis laboribus in loco sibi preparato arta
vita in domino seruierunt. Anno domini 1108 clerico cuidam
studenti lugduni in uisione apparuit ciuitas mira decora
super montem posita, cuius aspectu nullus saciari posset
et fluuius aspexit circuire montis radices, ubi pau-
peres homines suas lauabant tunicas, inter quos erat quidam
veste candidissimus qui iuuabat, a quo petiuit qui uel
uos estis. Et ille vidit isti pauperes sunt penitentiam agentes et
ego sum christus sine cuius auxilio nullus in penitentia pro-
ficit. Hec autem ciuitas paradisus est, ad quam nullus peruenit
qui tunicam suam per penitentiam non lauit, consilio igitur
sui episcopi renunciat seculo, cistercium uenit ad ianuam
monasterij pulsauit, portarium recognoscit ex illis fuisse qui
tunicas lauabat in flumine, abbatem petit, qui cum fratribus
uenit et cum eos omnes similiter cognouisset cum lacrimis recipi pe-
tit et impetrat, et non multo post prior efficitur. Hildeber-
tus tunc floruit cenomanensis episcopus, magister berengarij tu-
ronensis episcopi versificator et doctor egregius, qui tribulationes
et vincula pro christo sustinuit et uisus delegatus de exilio suo
composuit, cuiusque talis extat oratio. Ecce porta iam delatum iam
fetente tumulatum vita ligat, lapis urget, sed si iubes resur-
get hic. Iube lapis reuoluetur, iube vita dissoluetur, cre-
scens nescit moras, postquam clamas exi foras. In hoc salum me
a ratis infestatur a piratis hinc assultus inde fluctus hinc
et inde mors et luctus. Sed tu bone nauta veni, preme ventos ma-
re leni. Fac abscedat hij pirate, duc ad portum salua rate.
Infecunda mea ficus, cuius ramus extat siccus. Sed hoc cito
dimittatur, stercoretur, fodiatur. Quod si nec dum respondebit
flens hoc dico tunc ardebit. Inde languens et afflictus tibi
soli sum relictus. Ut hinc hostis euanescat, ut infirmus con-
ualescat. Tu uirtute ieiunandi des infirmo des orandi.
Per hec duo christo teste liberabor ab hac peste. Tu inter-
me non sinas infernales officinas. Ubi meror ubi metus
ubi fetor ubi fletus, ubi probra deteguntur, ubi rei con-
funduntur. Ubi tortor semper cedens, ubi uermis ubi edens
ubi totum hoc perhenne, quia perpes mors gehenne. Re[illegible]

syon illa / syon dauid urbs tranquilla. Cuius faber auctor lucis / cuius porte signum crucis / cuius clauis lingua petri / cuius ciues semper leti. Cuius murus lapis viuus / cuius custos rex festiuus. In hac urbe lux sollempnis / uer eternum pax perhennis. In hac odor implens celos / in hac festum sempiternum melos. Non est ibi corruptela / non defectus non querela. Non minuti non deformes / omnes Christo sunt conformes. Urbs celestis urbs beata / supra petram collocata. Urbs in portu satis tuto / de longinquo te saluto. Te suspiro te affecto te requiro tibi anhelo. Quantum tui gratulentur / qui festiue conueniunt. Quis affectus eos stringat / et que gemma muros pingat. Quis calcedo quis iacinctus / norunt illi qui sunt intus. In plateis huius urbis sociatus piis turbis. Cum moyse reliqua pium catem alleluia Amen

21 ... de via boamundi constantinopolis ...

Boamundus / ...

Interea mare adriaticum / ex transuerso nauigans / uenit durachium. Indeque transiit per medium desertum bulgarie in societate sua plures habens potentes et probos. Venit ad ciuitatem vocatam castore / et ibi celebrauerat festum natiuitatis domini / sed quia indigene victualia negauerant / quasi inimicus tractatus sit rapere necessaria vite / et non modicum dampnificauit patriam. Deinde venerunt ad terram pelagonie valde fertilem / et de quodam castro / ad quod multi fecerant refugium / duxerunt predam magnam. Deinde combusserunt. Surgentes vero tancredus et imperator hoc audiens de eius aduentu / non modicum sollicitus / etiam propter antiquam patris iniuriam / mandat suis stipendiariis / locum et tempus obseruare ut illi et eorum sue noceant. Hoc quidem occulte ordinat palam vero nuncios transmittit / et ad se bladis inuitat sermonibus tamen dulcem et ubique promittit forum sibi liberum exhiberi. Venit igitur boamundus post receptos nuncios usque ad flumen burcaldar / et postquam maior pars exercitus iam transierat / exercitus imperatoris insultum fecit in eos qui remanserant. Audito vero clamore tancredus cum ijm reuertitur multos interficit / multosque capit qui iussu imperatoris id se egisse confessi sunt. Dissimulato dolo pertransita macedonia cum appropinquaret constantinopolim / imperator per nuncios eum ad se inuitat / et diu hesitat suspectas habens insidias. Occurrerit illi dux godefridus ab imperatore summissus cuius tandem inductione ad imperatorem uenit / et muneribus honoratus est. Promisso homagio Interim vero tancredus eius ex sorore nepos / ultra brachium sancti georgij exercitum transduxit Imperator hoc audiens animo commotus recta dissimulauit omni die boamundo noua dona tribuens. Demum licenciatus et ipse ad alios transiit Eodem modo comes fladrensis de barro duracium transiit / et diuina ab imperatore inuitatus est Et postquam cum imperatore sic et ceteri omnia expediunt / ad alios transiit. nec multo post venerunt nuncij comitis tholosani et episcopi podiensis / dicentes quod tempestiue constantinopolim applicarent //

22 ... de via comitis tolosani ... gestis cum ...

Comes tholosanus et duo episcopi cum pluribus comitibus et baronibus sociati per hystriam et dalmatiam usque ad duracium venerunt / multa aduersa passi sunt in via / inuasores et raptores et victualium inopiam Duracij pati erat imperatoris nuncij cum sic et predecessores suos inuitates / memores uero preteritorum ut futura vitarent pericula / nuncios ac literas leti susceperunt / postquam uero exierunt epyrum et uenerunt pelagoniam / ubi magna rerum copia inuenerunt episcopus podiensis ab alijs sequestratus loci cuiusdam amenitate / a bulgaris captus et tandem redemptus est / mane surgentes transierunt thessalonicam et macedoniam Deinde multis diebus et multo labore peruenerunt ad ciuitatem vocatam rodestum / que supra brachium sancti georgij sita est a constantinopoli distans dietis iiij. Illuc vero imperatoris nuncij iterum inuitates ut supra Nuncij quoque et littere baronum hoc ipsum hortabantur Coactus igitur eorum precibus alijs / dimisso exercitu ad imperatorem iuit / requisitus negauit se facturum homagium Iratus imperator occulte iubet suos exercitum comitis ledere / multosque occidere Idque caute ut amplius noceat Reuocauitque omnes naues que ultra brachium sancti georgij victualia deportabat. Proditorie igitur de nocte peregrinos inuadit ac primum illi proditionem aduertentes arma capiunt et hostes occidendo et uulnerando fugat et non prius scandalum repatriare disponunt quod et passi sunt sed ab episcopis alijsque clericis dei ubi predicationibus confortati in suo proposito permanserat Barones vero qui iam transierat imperatorem nuncijs proditionis arguunt ille pro boamundo et comite flandrie transmittit volens pacificari comiti tolesano. His ergo mediatoribus de uoluntate baronum pax reformata est. Uidebat enim quod non aderat tempus vindicte sed neque facultas reductus igitur comes ad imperatorem fecit homagium Imperatorque maiora et ampliora illi donauit quam cuique aliorum ita ut stupent qui aderat Cunctisque baronibus qui trans brachium sancti georgij venerat noua munera largitus est Necessarijs igitur expeditis de constantinopoli in bitinia transfretauerat / alijsque iuncti sunt

23 ... de nicene capcione ... baronum ...

Congregati barones ultra brachium sancti georgij versus niceam iter dirigunt. Et cum appropinquarent nicomedie occurrit eis petrus heremita / cum paucis qui sibi remanserat cui barones plurima dona tribuerunt Inde processerunt et niceam obsederunt .14. madij Interea dux normannie et alij comites cum gente multa constantinopolim venerunt. transierunt enim per apuleam et duracium fecerantque imperatori homagium et muneribus honorati ad alios peruenerunt / et cum magna leticia recepti sunt. Fuerunt autem exercitus / sexcenta milia peditum / equitum vero loricatorum usque ad centum milia. Cogitant ac in hoc principio taliter agere ut cunctis audientibus terrorem immittat. Ciuitas nicena in plano est. sed prope montes et nemora et lacum magnum habet ex latere occidentis / cuius unde ad murum verberat Ex alia parte sunt fouee profunde et late / Eius laci aqua repleti / acerrimeque fontium et bellatoribus uiris munitissima Huic ciuitati solimanus et toti comite a brachio sancti georgij usque ad tharsum dominabatur. sibi concesse ab auunculo belfeth soldano persie / qui eam et ulterius siriam occupauit tempore imperatoris dyogenis / qui ante hunc alexium tercius fuit. Solimanus iste / ad montana se retraxerat ad x. miliaria / et continue per exploratores querebat quo posset apte aggredi peregrinos et obsidionem amouere Peregrini vero postquam ex parte laci ciuitatem circuidant et in magna ponunt angustia / Solimanus per lacum in nauicula transmittit / qui ciues confortent et moneat utcumque ipse aggressus fuerat peregrinos ex parte una / ipsi aptis ianuis eos ex parte alia prosequatur Nuncij isti ut possent intueri / qua parte posset solimanus intentum commodius perficere / descenderunt aliquantum sua ciuitate remoti. propterea capti solimani denudauerunt consilium / omnes proinde peregrini parati in locis suis ordinati sunt circa .3m. Solimanus descendit de montibus et prima thurcorum acies ingente irruit contra comitis tholosani sed repulsa acie solmani urgitur / ut eosdem iterum aggrediatur. At gotfridus boamundus et fladrensis comes videntes immensam esse thurcorum multitudinem / et quod eam comes tholosanus sustinere non posset in illos suas acies direxerunt / et thurcos in fugam uerterunt eorum iiij.m interfectis. multis etiam captis et m. capita interfectorum miserunt imperatori / nonnulla in terra intra ciuitatem proiecerunt cum machinis ad terrorem. Imperator vero baronibus multa misit donaria et iussit illis necessaria cuncta deferri / multi contra ciuitatem fuerunt insultus sed thurci per nauiculas armis et victualibus continue renouantur Mittunt proinde peregrini legatos ad imperatorem / et a mari in curribus naues ad locum portant per vij milia via una nocte / terrentur thurci tam subita deportatione

C 224

navigii. Et de cetero sine periculo transire non possunt. Tandem variis ingeniis turri una obruunt et ex tunc ipsius muros terrore cunctos invasit, maxime vero coniugem Solimanni. Ipse pro latum cum duobus filiis fugit. Sed a peregrinis capitur civitas. Indutias petit ut baronibus pro deditione tecte loquatur et in hoc convenit, ut imperatori reddatur quod et factum est XX iunii. Imperator vero post aliquot tempus uxorem et filios reddidit Solimanno ut Thurcorum inveniret gratiam, seque contra peregrinos eiusdem cum eis cinderet voluntatem. 24 p... peregrinorum ab inimicis insultu ... turcorum ...

Post assignatam mercam imperatoris baronibus iussu magnatum peregrini iter arripiunt et 2a die iuxta pontem quendam castra metati sunt. Ibi duobus diebus manserunt. In crastino ponte transierunt. Indeque ab invicem aliquantulum separati sunt, ingressuri deserta terrae et inaquosa. Boamundus enim dux Normanniae et comes Carnotensis et Tancredus et comes Sancti Pauli cum multis aliis recesserunt ad sinistram et descenderunt in vallem vocatam Gorgoni circa horam nonam se locaverunt. Alii vero iverunt ad dexteram et tota die per pulchra loca ambulaverunt, et supra rivos aquarum castra posuerunt. Erat quoque distantia duorum exercituum quasi duarum leucarum. Innotuit hec divisio Solimanno commoto animis de amissione uxoris cum filiis et tam nobilis civitatis, sollicitoque ut peregrinis rependat vicem. Nunc vero utilem videtur opportunitate nactus minorem exercitum a sinistris aggreditur. Peregrini vero arma capiunt et acies ordinant, statuentes parvulos cum mulieribus iuxta paludes et plaustra circumponentes. Maioris quoque exercitus implorant auxilium. Erant enim cum Solimanno ultra ... equitum, Christianorum vero pauci et plus maior pedestris. Turci post ingressum sagittis peregrinos quasi pluviarum imbre sauciant, nescio quid barbarum clamitantes. Peregrini autem timentes equorum amissionem in illos laxatis feruntur habenis. Illi fugiunt latera cum ictus et ensium. Hic quippe eorum erat mos, ut proiectis sagittis nihilominus insequentes sagittent. Redeuntibus autem peregrinis et sagittariis recutitur multique corruunt ex cumulo Christianorum et dum pene desperassent, ecce advenientis auxilii buccinas audiunt, equorum hinnitum, populique tumultum, et recepta fiducia adversariis resistunt audacius. Supervenientes vero cum multo vigore in Thurcos irruunt, multos vulnerant, prosternunt ac interimunt tota die, fugientesque insequi non cessant usque ad castra, tunc simul cum victoria inestimabiles obtinuerunt divitias. Pauper ibi ditatur et nudi Thurcorum sericis vestibus induuntur. Dum vero quatuor duo varia ad loca diffugiunt, Solimannus recepit .x. milia ... qui ad eius auxilium properabant, se qui et fugientem arguunt. Ille ut potuit singultuosis suspiriis tandem reddit: multa vos vexat insania. Peregrinorum ignoratis audaciam. Virtus eorum non est humana sed celestis aut diabolica, et si propriam deficiat auxilium, expectant divinum. Mortem vix metuunt. Inde sibi premium pollicentes. ... milia fuimus et abiens ... aut ... aut in omnem ventum dispersi sumus. Annunciato igitur serio se adventu cum Solimanno fuga capiunt, ad quascumque Christianorum civitates veniebant, mentiebatur pro Solimanno peregrinos omnes aut deletos aut captivatos, qui ad civitates destruendas venerant, et cum sibi aperiebantur, ab incautis ianue civitatis ferro et igne qui Christianorum erant destruebat. Nocuit hoc non modicum peregrinis. Maiorem enim exinde habuerunt inopiam victorum quam illis fuerit oportuna. Peregrini vero tribus diebus in predicto loco immorati, iter arripientes totam transiere Bithiniam et Licaoniam intrantes Pisidie pervenerunt ad locum arci

dum frater calor immensus in iunio periere preterea una die homines 400 mulieres non mille ... ... tande ad fluvium pervenerunt, ex cuius intemperato potu homines et animalia plurima periere. Post tale infortunium pervenerunt ad terram fertilem et bonis omnibus habundantem ex latere Anthiochie mediocris quam in provincia illa metropolis est. 25 p... victoriis Tancredi et Balduini ... circos precedunt ... discordia ac pacis reformacionem.

Ceperunt nonnulli predere multitudinem graue eis erat tante multitudini posse victualia reperire. Balduinus ergo Godofredi germanus cum equitibus VII et peditibus multis ex una parte, ex alia Tancredus cum equitibus V et aliis peditibus profecti sunt ad explorandum loca unde multitudo transire debebat, si victualia, si difficiles passus haberet, si aliqua pericula imminebat. Magna autem congregatio predicte pertransita provincia Licaoniam intraverunt et usque ad civitatem Yconii pervenerunt. Celeriter autem eam terram pertransire statuerunt propter victualium inopiam. Turci enim fecerunt ad montes confugerant. Pervenerunt igitur ad civitatem Camasse ... Ibi tribus diebus immorati sunt. Tancredus autem regiones pabulans ad Tharsum pervenit Cilicie, unde apostolus Paulus traxit originem, ac civitatem fundavit Tharsis qui fuit filius Iavan filii Iafet filii Noe, Genesis x. Illic Tancredus qui consistens variis inductionibus minis et precibus obtinuit civitatem suo titulo deputari quousque magnus adventaret exercitus. Eius igitur vexillum magno turri imponitur et ipse securitatis statum civitati promittit. In civitate autem ei in circuitu erant Armeni et Greci. Hii artes exercebant lucrativas, Thurci vero soli armis utebantur et munitiones tenebant. Accidit autem ut illuc Balduinus veniret, et a Tancredo gratiose receptus est. Demane vero in turri vexillum Tancredi aspiciens dedignatur, eo quod maioris quam Tancredi esset potentie. Respondet Tancredus nulla sibi rogata violentia eo vexillum illius creatum est, antequam adventus sui illuc esset opportuno. Ille satisfactione hac minime contentus civitatis excidium comminatus est, in alio deposito suum erigatur vexillum. Hanc iniuriam dissimulavit Tancredus pro vitando peregrinorum periculo, et recedens iuit ad proximam civitatem vocatam Adanne, quam quidam Burgundus obtinuerat Thurcis expulsis, et victualia illi habundantissime tribuit. In crastino Tancredus iter arripuit et Mamistram civitatem expulsis violenter Thurcis obtinuit. Balduinus vero postquam Tancredus recessit, CCC peregrinos ad Tancredum putantes accedere in civitatem non admisit. Propterea Thurci de civitate suos ac sua exeuntes et postquam ad tuta loca deduxerunt, redeuntes super CCC peregrinos dormientes irruerunt et pene omnes interfecerunt. Doluerunt autem mane peregrini pro plaudes in tantum militares nisi ad turres confugissent. Quietato vero ardore Balduinus cum iuramento asseruit se peregrinos non ob aliam causam admittere noluisse, nisi quod iuraverat civibus quod ante eorum adventum nullum admitteret. Dimissa deinde in civitate custodia Balduinus ultius progreditur et usque ad Mamistram civitatem veniens introitum petiit. Tancredus magis in vindictam exarsit, premisitque sagittarios qui pascentes per pratum equos vulneraverunt ac interimerunt. Ipse vero cum 400 equitibus in eum irruit, multos premens et multos vulnerans, sed adversarii cum plures essent, eum retro cedere cogerunt. Superveniens vero nox iteratum prohibuit congressum. In crastino tales sanguis tepuerat et mediatorum auxilio invicem reconciliati sunt. Tancredus ultius procedens Alexandretam capit, qui vero erant in montibus Armeni et Thurci tributa offerunt, ut tuti permaneant. Balduinus ducem Gotofredum audiens a fera in venatione lesum revertitur. Magnus vero pue-

Sibi baldwin(?)

Dissimula[t] tacredi

Damnum Baldwin(?)

nit/ exercitus usque ad marasse. Ibique ortum murmur contra balduinum de eo quod tarcedo fecerat sedatur/ quia generosus alias erat et probus. et inductus id egerat/ iamque satisfecerat/ paratusque adhuc facere ampliora

26a pars de prosperis successibus balduini circa septentrionem/

In illis quidam armenius pancratius nomine/ die noctuque balduinum molestat ut regionem uberrimam versus aquilonem ut gratis acciperet. tandem assumptis .c. militibus ex multitudine peditum armenium sequitur. Inuenitque terram deliciosam et fertilem. Incolebant eam christiani pauci cum thurci munitiones tenebant/ arma fidelibus prohibentes. Ad primum ergo aduentum cuncti fideles plene illi tradunt dominium usque ad eufraten. Fideles quoque tantam conceperunt audaciam ut thurcos de tota regione expellerent. Fama itaque balduini usque ad ciuitatem rages transiit que predictam ultra eufraten sita est/ Sperantque ciues eius auxilio libertatem/ hii ad beati thathei predicationem ad fidem conuersi sunt sed tributarii erant thurcis qui erant in circuitu. Breuiter igitur duce qui eos ab hostibus minime defendebat ciues interficiunt et homagium faciunt balduino tanquam domino. balduinus uero dominus in propinqua ciuitate uocata sarmes ciues regens nimis afflixerat. propter quod cum balduinus eum molestare cepisset eo prius .x. bisanciis dominium ciuitatis balduino resignat/ quos faciliter dare potuit. Nam ducis defuncti thesauros receperat. Erat et alia ciuitas uocata sorogie cuius dux nominabatur balach qui ciues rages fortiter molestare consueuerat. Rogatus autem balduinus ut remedium apponeret placide acquieuit. Congregans igitur gentem suam et conductis ingeniis et bellicis instrumentis ciuitatem obsedit et prima die acerrimum dedit insultum. Videntes uero thurci quia 2a die et 3a similiter ageret/ spesque nullum expectarent auxilium de vita facti securi reddiderunt urbem. Balduinus uero in magna turri bailiuum posuit qui eos in pace regeret non enim habebat populum qui illis recedentibus ciuitatem incolerent/ per captionem autem ciuitatis huius assecurata uia de rages usque ad anthiochiam cum prius usque ad eufraten impedientibus predicte ciuitatis habitatoribus securi pergere non valerent

27a pars de itinere/ huius magni exercitus versus anthiochiam

Procedentes peregrini multa reperiunt incommoda/ alicubi terram desertam et inaquosam/ alicubi propter victualium inopiam spicas uellebant et manibus confricabant/ ut uel taliter famem mitigarent/ Mortua quoque est maior pars equorum unde equitabant multi boues et magnos terre illius arietes. Tandem intrauerunt licaoniam prouinciam omnibus bonis uberrimam et refocillati pronii [?] suadentibus incolis aquam in uasis et utribus portauerunt/ quia non inueniebatur. unde 2a autem die in uesperis ad quoddam peruenere flumen. Ibique duobus diebus hospitati sunt/ altera uero die precursores venerunt ad eracleam ciuitatem quam thurci ut peregrinorum insignia a longe inspexerunt vacuam fugiendo reliquerant. Ibique peregrini quatriduo quieuerunt in armenia ab indigenis qui a thurcis affligebantur gratiose recepti sunt et tharsum atque thenam malumistram peruenerunt. Erat autem miles quidam in exercitu fortis et strenuus. ex illa regione oriundus qui terram illam postulauit a cunctis principibus ut eam in fidelitate sancti sepulchri et dei et eorum custodiret/ cui principes assensum dederunt/ cognoscebant enim eum virum fidelem et bellicis rebus aptum. Venerunt deinde ad cesaream capadocie que sirie ex parte septentrionis iungitur et gratiose recepti sunt. Egressi prospere de capadocia peruenerunt ad pulcherrimam ciuitatem quam petrus de alpibus perdidit [?] et obtinuit a baronibus. Inde peruenerunt ad ciuitatem thoalde [?]. Ibi iii diebus

immorati suarum necessitatum inuenerunt remedia. Inde et usque castrum publicanorum processerunt quo subiugato in uallem de rugia peruenerunt ubi inuictos thurcos multos in ore gladii percusserunt quod cernentes armeni qui inhabitabant letati sunt/ et cum terra sua tradiderunt se illis et rusam ciuitatem et castra plurima obtinuerunt. Deinde uniuersus exercitus iter arripuit per montana solis feris peruia ibi ab altitudine montium descenderunt ad profunda uallium. erat uia impedita frutetis et densis spinarum vepribus nullus poterat eques transire/ pene multi pre labore abiciebant galeas et loricas. finito tam siluestri itinere ciuitatis habitaculum [?] inuenerunt marasii et ab incolis cum honore et gaudio recepti sunt. notificauerunt quod peregrinis adesse propinquam ciuitatem thurcorum [?] vocatam artasie. et mittitur robertus comes flandrensis cum .m. loricatis et aggressi sunt ciuitatem. Turci uero non admirantes sed propinquiora fortilicia cucurrerunt. Christiani uero qui secum habitant concepta audacia illos occidere et amputata eorum capita peregrinis de turribus proiciebant. Demum apertis ianuis ciuitatis peregrinos cum gaudio susceperunt. Distat autem ciuitas ab anthiochia solum .xv. leucis. Cum uero appropinquasset magnus exercitus cognouit quod oportet magnam transire aquam et quod pons ante se haberet duas munitissimas turres cum 100 arcteriis [?] .vii. quos thurci custodirent ripam. Premittitur igitur comes normannie et non sine magno belli tumultu pontem obtinuit. Transiens igitur totusque exercitus prope anthiochiam ad .vii. leucas quieuit. In crastino uero inter montes et fluuium una leuca prope ciuitatem castrametati sunt

28a pars de descriptione anthiochie ac eius obsidione

Deni. i 4a vniuersali synodo calcedonensi
statutu e. ut urz dni maria nō solu xpotocos
sed z theotocos appelletur. q cūd nestorius
qz eā nō deu. s3 purz hoiez asseuerat genuisse.
Felix qz ppa 39 damnau achachiu csta
tinopolitanuz epm cuocato cilio qz petru
alexandrinuz reuocauit pp heresez cdem
natuz. Sed hormisda ppa felici 4o loco succe
dens grecā recōciliauit ecclaz q ex predicta
cā sub anathemate erat. Nicola9 z ppa p3 9
Imperatorez cstātinopolitanu excōicat qz igna
ciuz priarchā catholicu submouit. aliu
subrogādo. Adrian9 qz sedē ei succedēs id
ipm psecut9 misit cstātinopoliz donatu eps
hostiensez z duos dyacones rome ecce. qui
ccgregato cilio ygnaciu restituētes exortu
scisma sedauerut. ibiq3 aucte adriani statutu
e. ut electões ac cstitucões z cōsecratões epor
a clero tm fieret. nullusq3 pinceps cuiuscuq3 gra
dus hijs se itermisceat. Imperabat tuc basili9
grecis regiōis pontici pinceps. qui michael
i suu csorciuz recepisset. eclare ingratuz
bnficij huit csorez. fauēte qo bastho scisma
iterato exortu inter grecos et latinos. Iterq3 ygnaci9
expelit. alto substituto. ut ex tuc reuniti fu
erut. usq3 ad tps cilij lugdunen p anos
circa 409. asignat aut iij alias cas huius
dissidij. factu legator. cesss solucōez annaz
lxxx libr auri, diminucōnem. qz impij fitiz
p romana ecclaz. 206. c. tadem 1274 p utili
tate fre ste qua psonaliter uisitare cupie
bat. Gregori9 x9 lugdunij cilui cgcgau. ca.
131. p ij. illi cilio grecor et tartaror celebres
interfuerut. nuciij. hoc procurāte paleologo
īpatore grecor. ubi z greci alta uoce z cu
solempnitate catauerut de spu sco q ex pre
filioq3 procedit. nuciij nō tartaror i cilio
baptisati ad ppa redierut. Iohes qz ppa
xxj legatos ad paleologu misit si ipe cum
gete sua patus erat remanere pere ecclie. qui
rndit se patu ad oia q suadā ciliu lug
dunēse. madauerat qz hoc suis placuit.
calogeris, ipmptu e qz ipis reclamatibus
qi excōicat9 remanet isepult9, aut enz
i niceno csilio defiatu fuisse spm scm a
pre procedere, z i fine cilij subiunctu. qui
dicto cilio aliqu aderet uel substraheret
anathema sit. sed qd diceret hij greculi. ubi
paul9 ad galatas pº, s3 uos a angelus de celo
euāgelizet nobis pterq q euāgelizauimus
nobis āthema sit, iuiqd glosantes z ob
scura verba apti exponētis anathemate
inodantur. s3 qui scieci z doctrine apti c̄tra
pdicat sinā scriuntur i niceo ez cilio d
filio cat sermo, an ver9 de9 eet uel pura
creatura. sic ipi9 arri9 asserebat. ideoq3 i cilio
loqta sunt iqsicōe distinctuz, de spu aut
qz pncipaliter nō tractabatur facilit trāse
untes dixerut a pre procedr nequaquam
negātes qn z a filio sibi pcedat. nec obstat
qd alegant illud Johānis xv. cu uenerit pa
racit9 que e° mitta uobis. a pre spm ueritatis
qui a pre procedit zc. qz s3 ibi solu dicat
sm supficie lre a pre pcedere. tn sm vera
itellectu z a filio procedr de. cu dr mitta
uobis a pre i. sit cu pre, hr qo fili9 sup spm
scm autem nō dinij qz uni9 de9 pr z fili9
z sps scs. qo origes z sequeti ca. ait oia q
hr pr mea sut filij z fili9 sit csbalis pri
q scs sps procedat a filio, sic a pre. ut didim9
z illari9 arguut sps scs qo e. Amni9 igne9
rapid9 qz que aspexit daniel vij egredi
a facie antiqui dier i. pris facies ez pris
fili9. qz sic unusquisq3 p facie. ita p filiu co
gnoscitur pr. iuxa illud mathi xo. neo nouit
prez nisi fili9 z cui noluit fili9 reuelare
a facie qo sine a filio sic a pre pcedr. s3 grecor
nequiciaz prosequamuz. ipi ez latinor
altaria reinuut. z nisi pus qz pphanata
diliget abluat p9 eos ibi nō celebrat nc
asurge uolut qz latini pbri cor9 diucium
pstat ad coicaduz ifirmos. nc i azimo pac
cficiut dicētes qz x9 i cōnestiōe ag pascalis
tps pueit una die z qu luna 14. passus e.
ac p hoc aut cu ifermēto nō i azimo c
secrasse cu mathe z lucas illd factu expmat
pma die azimor i qua iuste erat occidi pasca
satis aut cgruo id agit misterio q nō epu
latur i azimis simplicitatis z ueritatis. sed
ifermēto malicie z neqcie. qd nō expurgat
sm monicōez apti. pa ad cor. vo. i multis qz
alijs asta romana eccla demat. aqua scisma
tici facti aucte ppa recesserut nō attedētes
v. priarchales ecclesias uijqz asie designa
tes i xij trib9 filior isrl et ut de priarcha
lib9 psequamuz Ruben q itpretat uides
filiuz ecclaz figurat Jerosolimitana u pmo

d grec

z macedon

2a vniuersalis sy
nod9 cstātinopo
li scholii

3a synod9 ephe

4a synod9 calc

c achacium

apparuerit esse filii. Gad qui interpretatur felix, ecclesiam
anthiocenam in qua iuxta damascum conversus est
ille qui fecit poetarum librum salutis coram gentibus et
regibus et filiis israel. Manasse qui interpretatur obli-
vio ecclesiam alexandrinam que oblita legis christi legi
adhesit spurcissimi machometi. Effraym que
interpretatur crescens vel augmentum ecclesiam constantinopo-
litanam que ita aucta est ut vocaretur progenita fi-
liarum. Iudas vero qui interpretatur confitens romanam ecclesiam
cum pro qua petrus quando christo fidei veram confessionem ait
tu es christus filius dei vivi cui et christus respondit ego
pro te rogavi petre ut non deficiat fides tua.
Sub ceteris ecclesiis sola romana ecclesia in fidei vera
confessione permansit. Unde et ysayas xix. de hiis
v. ecclesiis dicit in die illa erunt quinque civitates
in terra egypti loquentes lingua chanaan et iu-
rantes per deum exercituum. civitas autem solis voca-
bitur una. non certe yerosolimitana ecclesia
que rubeum coccum thorum patris fedavit amisit
progenita sua ita et hec que sub semine ubi inda-
icare fideles nolunt primogeniture primo univer-
salis prelature dignitatem amisit nec unquam
concedit que in heretica feditate participat. soli
autem iude donatur cui petro dicitur tu voca-
beris cephas a quo ceteri descendentes acephali
facti sunt cui quasi omile omnium quod unum et
non divisum committit. omnes quoque paste simpli-
citatem oves non tantum latinas iubet. cui dicitur tu es
petrus et super hanc petram hedificabo ecclesiam meam
et porte inferi non prevalebunt adversus eam
et tibi dabo claves regni celorum et quodcumque li-
gaveris super terram erit ligatum et in celis. Et quod-
cumque solveris super terram erit solutum et in
celis. Cui tu beatus efficeris simon confitens quia
vere fidei scilicet certe quia caro et sanguis non re-
velavit tibi sicut et ceteris sed pater celestis. Gentes
quoque conformes erant in terra promissionis homines dicti
suriani vel a civitate dicta sur que inter syrie civita-
tes magne erat reputacionis vel a surya. y gnisa
in suriam dicitur que in scripturis antiquis syri
nominantur. Hii autem a diebus antiquis sub
dominis grecis latinis saracenis quorum iugum servi-
tutis passi sunt. ubique servi tributarii ad terre
culturam viles ne necessitates reputati. prius
imbelles exceptis quibusdam qui inermes
et ad fugam expediti utuntur solo arcubus et
sagittis. Sunt quoque homines ex magna parte infideles
ut greci duplices, dolosi ut vulpes, amici
fortune, [illegible] quod mendaces sunt et inconstantes aliud
in ore aliud in corde gestantes. ad furta et rapinam
faciliter inclinantur et includ proditores pro modico
precio. Exploratores effecti christianorum secreta
manifesta faciunt saracenis inter quos nutriti
sunt. quorum et lingua libencius utuntur quam alia
et eorum perversos mores ex magna parte sequun-
tur. Unde et uxores suas filias linteaminibus
involvunt ne videri queant superflueque recludunt.
barbas cum multa diligencia nutriunt commixti
enim inter gentes grecas et saracenicas didicerunt
opera eorum. unde in sermone vulgari lingua saracenica
et in contractibus eorum utuntur littera. sed in divinis scripturis
et spiritualibus littera greca non intelligentes ut grece
que a sacerdotibus legitur que eadem lingua in vulgari
et in scripturis loquuntur observant quoque consuetudines
et instituta grecorum tamquam maiorum suorum latinis

a prelatis in quorum diocesibus commorantur ore sed non
corde obedire se profitentur pavore dominii secularis
unde nec eorum excommunicaciones timent nisi a fidelium
contractibus et commoditatibus separentur. aiunt enim hominem premis-
sa omnes latinos excommunicacionis sine [illegible] ideo non valent
sententiam excommunicacionis inferre. Item sicut et greci quartas
nupcias non admittunt. sacerdotes eorum et dyaco-
ni licet in talibus ordinibus matrimonia non contrahant
utuntur tamen uxoribus cum quibus ante susceptionem illorum
ordinum contraxerunt. Subdyaconatum ordinem sacrum
non reputant. pueros baptizatos simplices sacerdotes
crismate consignant. quod ad presules solos pertinere
dignoscitur. hoc enim confirmacionis sacramentum datur
ad robur et propugnatores fidei constituunt. ideo insigniunt
christianos signo crucis in quo principes populi christiani pro-
pugnant et vincunt. ad solum autem diocesanum pertinet ut
novos decenter ascribat milicie. Sabbatoque iudaizan-
tes adeo solempnizant ut et carnes comedant et eis
ieiunare non liceat excepto sabbato pasche. Cum in occiden-
te papa primus in sabbato ieiunium constituit quia illo die dominus
in sepulcro iacuit. et discipuli domini ieiunave-
runt. de consecratione di. 3a ca. sabbato 3a pars d. 2a ca.
et moribus pulanorum et maronitarum

Illustrium virorum qui ad sancte terre tuicionem
profecti quia ipsius de iugo infidelium libera-
cionem in ipsa mansurunt degeneres filii
qui ab illis descenderunt ut rubigo de
argento. amurcha de oleo, fex de vino postho-
mi illorum successores non morum pulani vocantur
pentum enim magna alia supra digesta scilicet filii
in deliciis enutriti, molles et feminati, balneis
plusquam plus assueti, mollibus muliebribus induti
et ornati et compositi ut similitudo templi
desides et ignavi contra inimicos crucis christi pusil-
lanimes et pavidi facti sunt. Unde saraceni qui
primum audaciam quasi tonitruum formidabant filiorum
desidia nisi omnino tales populos secum haberent plusquam
sexum femineum non timerent. ceperunt et abin-
vicem pro re facili desidere inter se lites et iur-
gia et bella civilia commovere. treugas cum
saracenis inire, inimicorum christi pace gaudere, plerumque
quod ab eis contra auxilium christianos procurare. vires et
expensas quas ad dei honorem et sancte terre tuicio-
nem et animarum salutem effundere debuissent ad fide-
lium destructionem in terre sancte exterminium et animarum
dampnacionem consumere non pudebat. verbis quoque
compositis et ornatis sic in corde et ore loquuntur virus
propositum palliantes ut eos salutibus merito conferas
portantibus folia sine fructu. vix deprehenderes
vanias amfibologie fallaciam qua dividunt
vel componunt. uxores superflue zelantes vix
proximorum sinunt patere obtutibus. ad balnea
sepius quam ad ecclesiam vel ubi dei predicacionem
custodia tamen adhibita ire permittunt. quidam vero inter
eos ditiores et potenciores sunt per missellos capel-
lanos vix lectulos missas celebrari procurant.
sortilegiis experimentis et maleficiis in multis que
a saracenis et surianis didicerunt eorum femine
utuntur assidue. Hiis et aliis remotis partibus causa
devocionis ad terre sancte subsidium venientes
peregrinos cum expensis et laboribus super modum
se et sua domino offerentes non modo ingrati sed et
multipliciter sunt molesti. malorum enim semper
ocio torpere et desideriis inhiare carnalibus
quam ruptis treugis cum saracenis inire certamen

Et postquam in hospiciorum immoderato precio cum mercimoniis suis cum cambio et aliis multis machinacionibus eos circumvenientes et depauperantes in immenso ditati sunt. Tunc demum Christiani milites pro Christo exulantes contemptum et derisum habentes multis iniuriis et contumeliis affligunt, filios vocantes hernadi, quod homines fatuos et insensatos sonat. Et alii Maronite a quodam suo magistro Marone vocati, quod unam tantum voluntatem atque operacionem in Christo asserunt. Cuius erroris auctor extitit quondam Macarius Anthiocenus antistes in VI Constantino-politana synodo condempnatus, et tamquam heresiarcha ab universitate fidelium est electus. Hii quidem Maronite circa montana Libani in Fenicie provincia, non longe ab urbe Biblensi et circa Bastron et Tripolim inhabitantes, expediti et edocti nimis in arcubus et sagittis, usque ad LX milia, et per annos fere 600 ab ecclesia sancta et fidelium consorcio sequestrati, sua conficiebant ad libitum sacramenta. Qui tamen postea revertentes ad cor, tempore illustris Baldwini regis in presencia venerabilis patris Armerici Anthiocensis patriarche, fidem catholicam profitentes, sancte Romane ecclesie tradiciones secuti sunt. Unde cum illis orientalium prelatorum, exceptis latinis, anulo et mitra utantur ac baculo pastorali, et tintinnabulis ad ecclesiam populus congregetur, sed percussis malleo vel baculo tabulis ad ecclesiam populus congreget, predicti Maronite prelatis omnibus in obediencie signum utuntur, et ritus omnes latinorum observabant. Ipsorum quoque antistes concilio Lateranensi interfuit sub venerabili papa Innocencio 3o. Utuntur autem caldaica littera, sed vulgari saracenico ydiomate proloquuntur. De 3a ca. ac moribus Armenorum et Georgianorum

Armenorum populus in Armenia provincia prope Anthiochiam inter Christianos et Saracenos seorsum inhabitat, inter omnes Christianos singulares ritus et proprias huius observancias. Apostolicum habent primatem, quem catholicum appellant, cui cum summo honore et reverencia omnes a minimo usque ad maximum tamquam alteri pape obediunt. Inter eos et Grecos inexorabiles sunt discordie et dissensiones implacabiles, et mutuas observancias et ritus horribiliter detestantur. Habent autem proprium ydioma et proprias litteras, et vulgari sermone divinas scripturas pronunciant, ita quod sacerdotes et clerici eorum a laicis in ecclesiis intelliguntur, sicut de grecis superius dictum est. Nativitatem domini secundum carnem non celebrant, magis autem ipsa die ieiunant. Finito autem ieiunio in die epiphanie cum solempnitate dominice apparicionis celebrant festum baptismi Christi, dicentes se festum celebrare spiritualis Christi nativitatis. Unde et ait Ambrosius in sermone: Tunc Christus natus est omnibus, hodie renatus est sacramentis; tunc eciam per virginem editus est, hodie per misterium generatus. Secundum nominis partus nova merentur obsequia. Ibi cum secundum hominem nascitur, mater eum Maria sinu circumfovet. Hic cum secundum misterium gignitur, pater eum voce dei complectitur, ait eciam: Hic est filius meus in quo michi bene complacui, ipsum audite. Unde in opprobrio eorum quod cadat fidelis: quod per sacramentum Christus ipse sit renatus, quia peccatum non fecit neque contraxit, quod probat etas et matris virginitas; quod sed facere voluit quod faciendum cunctis imparare disponit. Merito promitur: sicut Christum dico ex matre natum sic letatur pro salute humani generis baptizatum meremur et letemur de Christo nati matre intacta et Christo renati unda sanctificata. Et pene si fas est ita loqui maiori dotata est unda munere quam mater, illa eciam sibi tantum virginitatem in partu meruit, ista

in nobis contulit puritatem. Illa meruit ne peccaret, ista ut peccata purgaret. Illa unum filium procreavit et virgo est, ista infinitos generat et pura est. Illa preter Christum alium ignorat filium, ista cum Christo mater est omnium fidelium populorum. Quadragesimam quoque que dominicam resurreccionem precedit tam arto servant ieiunio quod non solum a carnibus, ovis, lacte et caseo abstinent, sed et nec pisces manducant, nec oleum nec bibunt vinum. Fructus tamen et legumina quociens placet in die comedunt. Et ut videantur emuli suis Grecos ac Surianos contingere, in quibusdam VI feriis carnes manducant. In confeccione quoque sanguinis domini aquam vino non miscent, sed licet aqua propter sacramenti necessitatem poni non debeat, quia in solo vino fieri potest, tamen nullo modo aqua debet omitti, tum propter ecclesie statutum quod nullo modo debet contempni, tum propter significacionem. Signat eciam apposicio aque ad vinum coniunctionem corporis mistici, quod est ecclesia, ad collectionem primo ad Christum qui est caput, sicut omnem ecclesiam que est corpus ipsius, ad Ephesios primo. Aut signat populum: aque eciam multe populi multi, Apoc. 17. Tum quia Christus creditur aquam apposuisse, cum mos esset non solum Iudeorum sed omnium orientalium temperato uti vino, cum puro in illis partibus illis et temperato vix uti posset. Qui ergo solo vino consecrant, inde inter ecclesiam et Christum divorcium celebrant. Sacerdotum quoque Armenorum summo pontifici romano et sancte Romane ecclesie obedienciam nituntur, quorum siquidem rex coronam ab imperatore Henrico terram suam recepit et coronam regiam ab archiepiscopo Maguntino; ritus tamen veteres et consuetas observancias mutare noluerunt. Sunt et alii Christiani Georgiani vocati eo quod sanctum Georgium in preliis contra infidelem gentem advocatum habent, et tamquam signiferum patronum suum singulari reverencia colunt. Hii sunt bellicosi valde et in preliis strenui, fortes robore et in innumera pugnatorum multitudine pollentes, valde formidabiles saracenis, persis, medis et assiriis, in quorum confinio morantur, cunctis quoque infidelibus quibus undique clauduntur, in expedicionibus frequenter valde dampnosi sunt. Utuntur autem greco ydiomate in scripturis, et grecas consuetudines in sacris observant. Clerici eorum rotundas habent tonsuras, laici quadratas. Cumque ad dominicum sepulcrum veniunt, cum vexillo erecto absque tributo civitatem sanctam ingrediuntur, nec eos saraceni molestare presumunt, ne cum repatriaverint duriora vicinis saracenis rependant. Fuerunt quoque nimium indignati et minas intulerunt principi Damasceno Coradino, quod absque voluntate eorum muros Ierusalem evertere presumpsisset, cum populus latinorum civitatem Damiate obsidebat. Crines autem et barbas fere unius cubiti longitudinem portant, et pilleos in capite. Nobiles quoque mulieres eorum more amazonum militant et armis utuntur in preliis. De moribus ac ritibus Jacobitarum et Nestorianorum

Sunt et in terra sancta et in aliis orientalibus partibus multi a latinis et grecis multum differentes, quorum quidam Jacobite vel Jacobini dicuntur a quodam magistro suo Jacob, cuiusdam Alexandrini patriarche discipulo. Hii a multis temporibus retroactis excommunicati sunt a Constantinopolitano patriarcha Dioscoro, et ab ecclesia grecorum sequestrati, in maiore parte tocius tractus orientalis inhabitant. Et quidam eorum inter saracenos, alii vero absque infidelium consorcio proprias occupaverunt regiones supra Nubiam que continuatur Egypto, et magnam partem Ethiopie et omnes regiones usque Indiam, plus quam XL regna ut asserunt, continentes omnes eciam Christianam a beato Matheo apostolo

aliisque apostolicis viris ad Christi fidem conversi iniquo
homine superseminante zizaniam lamentabili errore
longo tempore excecati et postquam quidam parvulos suos
in utroque sexu circumcidunt. non attendentes
quod ait apostolus ad galatas. Si circumcidimini Christus
nobis nichil proderit. Et iterum testificor omni
homini circumcidenti se. quoniam debitor est universe
legis faciende. evacuati estis a Christo qui in lege
iustificamini a gratia excidistis. Secundus erat sacra-
mentalem toledo confessionem. non enim sacerdoti
sua confitentur peccata. sed secreto soli deo ponentes
incensum se iuxta in igne quasi confessa talia peccata cum
fumo illo ascendant ad deum. nec advertunt quod
soli deo sufficiebat facta confessio. quando offensus
fuerat invisibilis deus nec dum homo factus
at postquam verbum caro factum est. et habitavit
in nobis. quociens peccamus offendit homo deus
et ideo non tantum corde sed ore etiam homini debet fieri con-
fessio ad salutem et quia Christus ubique esse non potest.
suos vicarios instituit sacerdotes. Pro eo iacobi
ultimo dicitur confitemini alterutrum peccata vestra sic. et
Christus leprosos ad sacerdotes transmisit. quorum
officium est inter lepram et lepram discernere. et sanando
proferre utrum absolvi debeat. vel a communione
cessare. erubescentia quoque confessionis. et pudoris
anxietas. et pudentis et confitentis humilitas.
magna pars satisfactionis est. Tertius erat plerique
eorum. etiam ante baptismum parvulos suos candente ferro
in fronte signantes. non nulli non in eis cauterio cru-
cem signantes figurant. propter id quod in hoc baptista dixerat
ipse vos baptizavit spiritu sancto et igne. minime
attendentes quod super baptisatos denuo in igne appa-
reat spiritus sanctus. demonstrans septem spiritus sancti dona
ignis enim primo purgat sic spiritus sanctus purgat per
donum timoris et cetera. ca. 139 p 2. ps 4 / certe
qualis est ignis in quo fidelis quibus baptizatur
nec reperiri posset. quod Christus eius apostolus vel aliquis
sanctorum prius illum modum posteris reliquerit
baptizandi. quidam autem Jacobitarum et Surianorum
in brachiis cruces candente ferro impressas
gestantes ad paganorum destructorem et ob
sancte crucis reverentiam eas se ferre dicebant
greci autem se illos asserunt eo maxime detesta-
ri et a suo repulisse consorcio quasi dampnatum
quod ait enim Christus. Pater maior me est. et in cruce
pendens sicio. et multa similia non potest ad
divinam. sed solum ad humanam expectat naturam.
Quod non ait ego et pater unum sumus. et antequam a-
braham fieret ego sum. et conformia hiis ad hu-
manam. sed ad divinam spectant naturam. Interrogati
tamen aliqui Jacobite timore nescio an veritate
coacti. negaverunt unam tantum in Christo esse naturam.
Et iterum requisiti cur uno digito tantum
se signarent. responderunt in tribus partibus digiti
patrem trinitatem. in uno vero digito designarent
ecclesie unitatem. sed greci eis imponunt quod
ad designandum in Christo unitatem nature utun-
tur autem quidam eorum littera caldaica. non nulli ara-
bica et que saracenica. Laici vero secundum diversas
naciones et provincias ydiomatibus utuntur diversis
in sermone vulgari. linguam autem clericorum suorum
qua in divinis utuntur scripturis minime intel-
ligunt. erant quoque in terra promissionis et inter saracenos
et in scorsum ab hiis in maiori parte indie christiani
quidam habitantes dicti nestorini vel nestoriani

a quodam nestorio de quo ca. qui ex magna
parte orientalem plagam sui erroris veneno infecit. et potissime
illos qui terram incolunt illius potentissimi principis. quem
Iohannem presbiterum vulgus appellat. dicuntur quoque hii cum superiori-
bus Jacobitis longe plures esse quam latini vel greci et de hiis
qui scorsum habitant. quorum infinitus est numerus. sileat
ideo presens plures saracenis commixti eorum subiciuntur domi-
nio [?] sit ipsi ipsis saracenis quia sed pestifera lege super-
stitiosissimi machometi recipere noluerunt dicto tamen errore
miserabiliter sunt decepti et superius condempnati non in Christo esse
unam personam quia et deus esset et homo non potest de ipso verificari
quod immediate premisimus. quorum quedam deo et non homini conveniunt
quedam non homini et non deo. unum in simbolo athanasii sic-
ut anima rationalis et caro unus est homo. Ita deus et homo unus est Christus
et ysaias ait. Parvulus datus est nobis sic et vocabitur admi-
rabilis deus fortis et in psalmo. homo natus est in ea et ipse
fundavit eam altissimus. quia Christus fuit virginis filius. et
creator quia verbum caro factum est. et habitavit in ea.
caldea autem utuntur littera. et more grecorum in azimo
altaris conficiunt sacramentum. Sunt et alii christiani qui in
affrica et yspania inter occidentales saracenos com-
morantur mosarabes vocati qui latina greca littera
et sermone in scripturis utuntur divinis subiecti tamen romane ecclesie
sicut ceteri latini cum omni devotione et humilitate obe-
diunt ab articulis fidei vel sacramentis ecclesie
in nullo deviantes eucaristia tamen dicunt ipsis septem
non nulli non in unum quia cum accidat sacramento veri-
tatem et virtutem non impedit sacramenti. quarta ca.

~~de moribus ac ritibus jacobitarum nestorianorum~~ mosarabum

[?] ca. de [?] orientalium ad terram sanctam generis pravitatem

Ad terre sancte succursum
venit fortitudo maris de mariti-
mis ytalie et fortitudo gencium
de ultra montanis partibus occidentis
et aquilonis ut ca. illi in mari potenciores
hii forciores in terris. illi in marinis plus aptiores
in navibus et galeis. Isti in terrenis congressibus prompti-
ores in equis et galeis. Illi hostes a remotis
arcubus et sagittis. Isti gladiis et lanceis mag-
is feriunt e propinquo. Italici homines graviores sunt
moribus prudentes et compositi victu parci. verbis
ornati. In consiliis circumspecti. in re publica studiosi
impacientes autem alicui subici. libertatem ante omnia
defensantes. politice viventes. communia edentes
statuta. et edita congrue observantes. erant hii
perutiles sancte terre non solum navali bello sed et
victualibus mercimoniis. et peregrinis et apor-
tantes. franci autem almani anglici et ceteri
ultra montani minus sunt compositi et magis impetuosi
in agendis minus circumspecti. et in verbis minus cau-
ti. in victu superflui. et in expensis magis profusi
in consiliis minus festini. quantum sapientis oportet tarde
consiliari. et aliud prophetarum ait velox consilium
sequitur penitencia. In ecclesia vero multum devoti.
ferventiores in elemosinis et ceteris operibus pieta-
tis. et animosiores in preliis. valdeque formidabiles
saracenis. sed propter multorum levitatem a polanis he-
nadi filii appellantur. qui qualiter et quomodo in tunica
declinaverint superius patet. ditum est ytalici quoque et
peccatores maxime maritime regionis. aprime
virtutibus declinantes insaciabili avaricia lucris
inhiantes exorta in eis emulatione mutua impla-
cabili hodio et inmortali discordia liberius contra se
pugnant quam contra impios agarenos. et qui contra erant
sua virtute terribiles saracenis. nec eos dissidio hos
letificant. ex hoc ipso reddentes ab omni perturbatione securos

e. et cum alia apponcius(?) consumere in terra sancta habitatoribus corrup/
cionem induxit. concursus hominum omnis generis criminum infectorum
transfretabat eo cottidie flagiciosi et pestiferi homines
scelerati impii sacrilegi fures latrones omicide pa/
ricide periurii adulteri cursarii proditores lusores
ioculatores crapule dediti et ebrietati. Religio/
tes qui legitima matrimonia mulierculas monas(?)
decipientes contempnebant(?) mulieres cum pueris relictis ma/
ritis lenonibus adherebant. Hii quidem et similes pravitatis(?)
iudicio qui statum terre promissionis et altitudinis(?) ipsius mu/
tacionis diligencius inspexerunt omni alia peste omniumque ho/
minum genere peiorem fomentum ad animarum dampnacionem
et subversionem fidelium in terra sancta stipendium apponebant(?)
perpetrare scelera criminibus et criminibus scelera cumu/
lantes et tanto audacius maleficia perpetrabant quanto
propinquius erat proximitatis diffugium. vel ad Sara/
cenos propinquos confugiendo baptismi fracto federe
vel ad propinquas insulas cum latronum navigiis trans/
fretando. tanto enim inverecundius quanto remociores ab
amicis propinquis et notis advectabantur. Quos sequentes
viri sanguinum et filii belial. qui in propria sua in ma/
liciis et maleficiis deprehensi pre pleraque in precio ob/
tinebant membris non mutilari vel vita privari sed
ad terram promissionis transmitti. et ibi perpetuo dampnari
exilio. Hii non penitencia non compuncti sed violencia
magis coharti celum mutantes non animum facti in colo/
nie terre sancte peiorum sarcina. quam secum tulerant impignorati sce/
lera solita pravitatis studia exercebant et hospicia
peregrinis immoderato locantes precio mores decipiebant
in nimis advenientes extraneos et incautos. sicariis etiam et
latronibus aleatoribus et publicis mulieribus spe/
lunce maioris et receptacula preparabant. et in hiis
omnibus secum erat manus principum infidelium dilige/
cium munera sequencium retribucione. quibus omnibus no/
mina rebantur in culpa qui facientes et consencientes eque
iure pari crimine iudicantur. Capitulum de pravitate(?) clericalis ac regularis status

Postquam omnis pene fidelis populus prelatis et clericis
Et regularibus terre sancte transmisit mu/
nera. divicias contulit. quasi tributarius
factus est. ceperunt pastores se ipsos pascere
et neglecta omni cura ceperunt eos tondere non
nutrire. eratque lacte lanaque contenti. fugerunt ad luporum
accessum. facti mercenarii de prelatis. Mercenarius inquit
Gregorius locum pastoris tenet et lucrum animarum non
querit. O pastor et ydolum derelinquens gregem ait
deus per Zachariam. pastor est voce preditus et commodis sed
ydolum voce neglecti officii ministerii non impleti
ydolum enim nec videt nec intuetur cum oculos habeat. nec
arcet nec comminatur cum virgam teneat. nec admonet
nec attestatur cum apparenciam habeat principis. et prelati adora/
tur tamen et colitur. Tales facti erant pastores terre illius
contra spectaculum ceti ceci et duces cecorum. contra prava corda
arguenda canes muti non valentes latrare. honorari
tamen volentes. qui vacce pingues in monte Samarie de Christi
patrimonio impinguati incrassati dilatati de eius pau/
pertate dites. ipsius humilitate superbi et ignominia
gloriosi in domum domini intrantes pompatice contra legem. intra
non resipiscunt. domini cathedras vendencium columbas erigunt.
quas Christus evertit. cum Iuda tam fure quam proditore dicentes
quid vultis mihi dare et ego eum vobis tradam. Seppe
autem apertas claves tollentes. ut Symoni mago diceret
diviciis quoque ac deliciis habundaret et catulos suos non
de micis que cadunt de mensa. sed deliciis nutriret aba/
riis turpi quoque ocio marcidi et luxu multiplici defluentes

preciosa extra in subditos transmittebant. Regulares
quoque ut clerici veneno diviciarum infecti fregerunt iu/
gum regule rupit vincula statutorum superioribus
inobedientes cum clericis altercantes et contra officium cat/
plagent nec conferunt sacramenta ecclesiastica ministrare
infirmos non expectata sed contra peracione visitare mor/
tuos sepelire recipiunt ad officia et sepulturam
interdictos et nominatim excommunicatos innodatos prelatorum
sententias contempnentes. Abbates enim et priores et mo/
nachi eorumque inhabitabiles capellam in alienam mes/
sem falcem mittere non timebant matrimoniis prius
illegitimas et furtivas illicite copulantes ener/
vato penitus rigore ecclesiastice discipline homines pesti/
lentes prelatorum sentencias contempnebant. sed et ipsi invicem
murmurantes invicem detrahentes. non sine gravi
scandalo populi christiani usque ad apertas contumelias
odia manifesta et persecuciones prius et fere usque
ad conflictus non solum verborum sed verberum prorumpebant
non solum monachi sed moniales superioribus suis inobe/
dientes excusso discipline iugo de claustris exeuntes exulan/
tes quomodo lapides sanctuarii non reperiebantur dis/
perse in capite omnium platearum. publica balnea irreli/
giose cum personis irreligiosis frequentantes. et
factum est sic populus sic sacerdos et regularis quemadmo/
dum secularis. ex adipe enim diviciarum et deliciarum
prodiit iniquitas ita ut rarus esset. qui inter sanctum
discerneret et prophanum. preciosum separet a vili
nonne scriptum est qui tetigerit picem inquinabitur
ab ea. et modicum quoque fermenti totam massam
corrumpit. quia corrupcio debuit generari ex
tanta et tam diversa multitudine hominum pravorum
ad terram sanctam convenientium. illuc convenerat multi
heretici. atque simulatrici multi. et sortilegiis
infecti. viri sanguinum omicide superbi protervi re/
bellati contumeliosi sediciosi iurgia procurantes
discordiam seminantes desides. et ignavi crapula
et ebrietate gravati. Luxuria et immundicia sordi
inspicientes et incompositi/sine affectione absque federe
sine misericordia. in medio igitur nacionis tam prave
atque perverse domini habitat populus. dominus vidit opera
eorum. et factum est ei in scandalum. quia enim sic et Iudas
et Ieremiam cap. 18. ... non repulit Gebuseum
maledictum. et mendacium omicidium et furtum
habundaverunt et sanguis sanguinem tetigit. Vi/
dens quoque deus quod multa malicia hominum esset in terra
et tota cogitacio cordis humani intenta esset ad
malum omni tempore. omnis quippe caro corruperat viam suam. tac/
tus dolore cordis intrinsecus ait. Ego delebo eos
cum terra. induxitque diluvium gentium inundarum
crassit de terra maleficos et terram illam descriptam
in mapa mundi ca. i. gloria spoliavit sepulcrum
quoque suum. ac cetera loca sacra tradidit inimicis
crucis sue. perdidit unius peregrinis quasi castis
sordere meis. excrescente itaque usque ad sydera
pravitate incolarum. terra statim domini insolentes fuit
promontorio ingrati. quasi gravis domini ad preti vomitum
reddendum. quam prius sumere elegerat. cum sumere
regnare est. Recepit duplicia de manu domini
qui repulit tabernaculum Sillo. quod libellum
repudii dedit veteri synagoge. factique sunt
hostes nostri christiani in capite ipsi in cauda quoniam cum/
dampna perseverancie suo sacrificio abstulerint
adeo eos conclusit in gladio deus populum suum. et
hereditatem suam sprevit. Ut non solum terra
promissionis amissa sit. sed et pene omnes regiones

ciuitat

ciuitates et municiones ab introitu terre egyp
ti usque mesopotamiam itinere plusquam xx dierum
et de ciuitatibus que maritimis solum reliquerunt
tyrum et tripolim antiochiam vero cum paucis munic
tionibus castrum scilicet quod cursanum dicitur iuxta antiochiam
cracum et margat et castrum album arachis et
turrem anteradi et castrum nephyn in comitatu
tripolitano/ omnes non mediterraneas ciuitates et mu
niciones suo subiecerunt imperio christianis fugatis ex
multis christianis aut morte extinctis aut circumcisis
aut carceribus mancipatis. tante autem aduersitatis
et amare tribulacionis calamitas a comitatu
edisano in factum sumpsit exordium

Bernardus abbas sancti anastasii papa eligitur et vo
catur eugenius et 1148 Remis concilium
celebrauit/ ubi sanctus bernardus gilbertum
porretanum disputando confutauit et de trinitate
eius et de unitate dei infideliter scripserat et conuicerat
cum esset pictauorum episcopus. iam tenebat quod apud senonas
petrus abalardus ei dixerat/ nunc tua res agitur
paries cum proximus ardet/ iussus igitur librum tradi
dit in quo blasfemias voluctro verborum absconditas
bernardus. Itaque post subtilibus interrogationibus abscon
dita produxit in lucem. Demum tamen sanctus rombus
quod sanctorum testimoniis biduana disputatione falsita
tem redarguit/ ille non contra destructorem resti
tuit quod scripserat. Idem quoque bernardus 1144 ma
gnas virtutes egit et in urbe spirensi. tantus ad
eum erat concursus ut conradus rex nepulis eum compri
meret/ deposita clamide in propias ulnas suscipi
ens extra eclesiam asportaret. hoc tempore liber johannis
damasceni translatus est a bogondione iudi
ce ciue pisano in quo continetur ortodoxe fi
dei tradicio. 1146/ Lodouicus rex francorum
apud uezeliacum cum regni principibus et multitu
dine innumerabili crucem sumens transmarinam
peregrinacionem agredi proponit/ Guilhelmus puer
in anglia a iudeis crucifigitur. 1147 conradus
omnesque fere eius principes sancto bernardo signum
crucis imposuit apud frachenefroth. et socii
peregrinacionis multiplicati sunt super numerum et in mense
madio virtute inestimabili peregrinacionem aggressus
transito prospere constantinopolim expugnandum yco
nium in consulte diuertit consiliis fere germa
nis et deficientibus victualibus conclusus fame reditur
et persequentibus eum turchis/ multa milia suorum
amittit/ Eodem anno veneti magnum exercitum mise
runt sub johanne polano capitaneo ad tran
stam 1148 franci per deserta syrie dolore astucia
grecorum/ et insultibus turchorum detruncata passi
et fame cruciati ita ut non nulli equorum et asi
norum carnibus vescerentur vix tandem seleuciam
venerunt et inde antiochiam et palestinam nauibus pe
tierunt/ eorum enim rex precedenti anno per ungariam
profectus transito bosforo/ occursu conradi re
gis exceptus/ ab imperatore grecorum nauibus fuerat
ierosolimam euectus. obsessa per triduum dama
sco a francis germanis et ierosolimitanis
anterioribus muris iam captis contra ortos ambiebat
cum in breui ciuitas capienda putaretur/ dolo prin
cipum palestinorum obsidio remouetur. imperator
et rex francorum cum dicto die ad obsidendam asca
lonem. Iterum iope conueniunt sed ierosolimitanis
minus conditum non uenientibus Imperator constantinopolim
nauibus euehitur/ Rogerus rex sicilie rapit insigne

ciuitatem in affrica que dicitur affricax, nullam affax
cleprea aliaque castra plura regemque tunicii sibi
tributarium fecit/ tunc suo inscripsit gladio/ apulus
et calaber siculus michi seruit et affer/ ab isto rogero
anglicus quidam in multis studiis in astronomia summus/
ossa virgilii sibi concedi impetrauit/ si inuenire posset.
et cum litteras regis neapolim detulisset et sepulcrum
in medio montis in nec scissure apparebat vestigium
cum libro ad caput. in quo cetera erat ars notoria
repperisset/ ossium deportacionem neapolitanus prohibuit quia
plura stupenda circa neapolim operatus fuerat/ loca
uitque in castro maris iuxta urbem/ litteratus autem
Ille interrogatus quid de ossibus intendebat. respondit se
per coniuraciones effecturum. quod ad eius interrogacionem
ossa virgilii omnem sibi ipsius artem panderet/ redeuntibus
igitur absque omni uictoria imperatore ac rege francie/ tur
chi quasi nichilo reputant contra illa extimare
fideles. noradinus itaque orientales conuocans turcos
contra antiochiam properat/ cui raimundus princeps ob
uiat et temere securus multitudinem non metuens
a plurimis trucidatur. transiit exercitum noradinus
usque ad mare omnia deuastans/ tripolitanus postea
comes ab assaliciadis perimitur relicto filio
reimundo annorum xii/ paruo post tempore iiii admirati
fratres qui ierosolimam se dicebat debere iure he
reditario possidere/ collecto undique exercitu usque
ad montes oliueti peruenerunt magna fuit trepi
dacio in ierusalem propter baronum absenciam/ qui erant neapo
li congregati. inuocato tamen pie diuino auxilio exierunt
obuiam turchis in cepto situ repositis/ illi vero in fu
gam conuersi gladio et precipitio usque ad v. milia
perierunt 1142/ comitissa autem antiochie matri
monio sibi copulauit renaldum de castilone mi
litem probum atque prudentem

Tundalus ex ibernia oriundus
nobilis genere crudelis actione forma egregius
fortitudine robustus/ sed de anima nichil solicitus
et verbum salutis audire nolebat/ pauperes
abhorrebat/ sua non ioculatoribus tribuebat/ hic cum igni
nie cuiusdam esset a quo debitum sine mora reposcebat
1149/ manum extendens ad cibum inuisibiliter percu
titur. et manum retrahere non valens/ quia moreretur
clamare cepit. statimque cecidit corpus eius/ uelut
exanime/ per dies autem iii naturales. ita mansit nec sepul
tus est. quia aliquid de aliquid de calore in sinistra pec
toris parte adiligeter palpantibus senciebatur. accu
rit igitur familia. exclamat armigeri. plorat
hospes. accurit clerus. miratur populus. tota ciuitas
egregii militis morte turbatur/ post hec resumere
spiritum videtur/ prius alius coronem accepit. o deus
maior est misericordia tua quam mea iniquitas quantas vidi
sti michi t. m. et ma. et con sola. es me. et de abi tre
iterum re. me. statimque professione uite abrenuncians
omnia tradit pauperibus et omniaque vidit et passus
est enarrauit

Primo quidem occurrente demonum multitu
dinem vidit/ que totam ciuitatem replere
posset. fremebant dentibus in miseriam dicentes
esto dampnata populus quem elegisti nutrix
scandali. amatrix discordie. quare modo non superbis
cur non luxuriaris/ ubi nunc vana leticia tua
moxque ut ait. quasi stella apparuit/ et cum appropinquasset
ait/ aue tundale quid agis/ cum ait/ en domine pre
circumdederunt me dolores inferni preoccupauerunt me laqueo mortis
cum angelus michi me vocans proprio nomine dominum/ quem tecum semper
habebas et numquam tibi nomine dignum vocabas/ at ille

ubi numquam te vidi ad quem angelus semper te sequebar
a nativitate tua quocumque ibas et numquam consiliis me-
is mens acquiescere volebas / et extensa manu in unum
teterrimorum spirituum qui preterit ei maledictis insulta-
bat. Ecce inquit ille cuius consilio et voluptati obtem-
perabas. Sed adheret tibi misericordia dei / quia tu non meruis-
ti et pro multis tibi debitis parum sustinebis. Viden-
tes autem demones quod animam non possent rapere
blasfemabant deum iniustum eum asserentes quod non
redderet sicut promiserat unicuique secundum opera sua
[illegible] pena homicidarum et insidiatorum

Secundo ostenditur ei ab angelo vallis terribilis
operta mortis caligine profunda et carbonibus
plena / operculum ferens habens vi cubitorum
quod ita fervebat et in fervore ipsos carbones
superare videbatur / super illud descendebat multitu-
do miserabilium animarum donec ad modum cremii
in sartagine liquescerent. Unde colari videbantur
sicut cera per pannum et iterum in carbonibus ignis ar-
dentis renovabantur ad tormenta. Hec erat pena
homicidarum / deinde vidit montem mire magnitudinis
ex una parte erat ignis putridus sulphureus
tenebrosus ex alia nix glacialis et ventus
horribilis / mons autem erat tortoribus plenus
habentibus furcas ferreas ignitas et tridentes
quibus animas trahebant / easque proiciebant a fri-
gore nimium ad calorem nimium. Hec est inquit
angelus pena insidiatorum et perfidorum 9a p(ena) de pe-
na superborum et avarorum

Postea venit ad vallem profundam et putri-
dam nimis et tenebrosam / quam visus
penetrare non poterat / ululatum
autem audiebat patientium animarum. Fumus
vero de sulphure et cadaveribus consurgebat
qui penas alias superabat / ibi erat tabula
in latitudine pedem habens porrecta de monte
per mille passus. De hoc ponte vidit multos cadere
et unum solum transire / animas quas penas anima pertransiit
solo itinere eorum ac timore concussa. Hec autem ait
angelus est pena superborum / ulterius per viam tenebrosam
et tortuosam transiens vidit bestiam incredibi-
lis magnitudinis que montes quos prius viderat
excelleret oculi eius quasi coles igniti os eius vi-
debatur posse capere x milia hominum armatorum
fetor incomparabilis ex eius ore exibat / et planctus
multitudinis de ventre eius audiebatur. Ibi
enim erat multa milia virorum et mulierum
penas lugentium ante eius quoque os multitudo
demonum animas illo plagis et verberibus intra-
re cogentium. Ait anima ad angelum domine quare appro-
pinquas. Respondit hoc tormentum non possunt eva-
dere nisi electi. Hec bestia vocatur Acheron
et devorat omnes avaros. De hac scriptum est absor-
bebat fluvium Jordanis in os eius et hac pena anima illa exper-
ta est. 10a p(ena) de pena furantium [illegible]

Longius autem eundo vidit stagnum amplissimum
et tempestuosum nimis / ita ut clamores
fluctuum non sinerent aspicere celum
ibi erat plurima multitudo horribilium
bestiarum mugientium et animas devorare cupientium
pons in plano latus / cum insuper erat acutissimis
clavis / per duo milia passuum extendebatur / et
qui transire non poterat a bestiis devorabatur tum igne
ut stagnum bullire putaretur. rapiebatur / unde tran-
sibant fures. furta portantes sanguine pedum
pontem cruentantes / huc transire iussa est anima cum

vacha quam arripuerat a vicino. et nunc corde sui
pe corde vache in stagnum cadebat. pertransitis autem
locis tenebrosis et arduis apparuit porta maxima
quasi mons rotundus / quasi furnus flamma inde exibat
et animas quas rapiebat per mille passus comburebat
ibi vidit carnifices securibus et dolabris
et falcibus et forpicibus et [illegible] et ceteris instru-
mentis ad nocendum preparatis. et hii in hostium
stabat ibi anima illa per eis instrumentis lacera-
ta per ignes revoluta est. ibi maxime puden-
da corporis vermibus scaturientia cruciaban-
tur. et hec pena luxuriantium 11a p(ena)
de pena falsorum religiosorum [illegible]

Deinde vidit bestiam ceteris dissimilem duos
pedes et duas alas habentem longissimum collum
rostrum ferreum et ungulas de eius inextingui-
bilis flamma exibat. Sedebat autem super stan-
gnum glaciatum / et devorabat animas que pre suppliciis
quasi in nichilum redigebantur. et effuse super glaciem
renovabantur ad penas. Videbantur autem quoque
anime impregnari. et per omnes sui partes serpentes parere
qui habebant ardentia capita et ferrea recur-
vata / instar hamorum [illegible]. Unde ipse cruciate
diu fuerat ut pareret. pectus ipsi exeunti non
valentes / eas more vipereo lacerabant. Hec
pena erat falsorum religiosorum. Postea vidit
vallem fabrorum et ibi fabricas in maximus
audiebatur luctus. Tunc ait angelus. Tortor iste
Vulcanus appellatur / per cuius ingenium perierunt
multi. et ab eo cruciantur. Proiciebat eam
animam cum forcipibus ferventibus in fornacem. Postea
ex multis malleorum ictibus videbatur quasi una
massa ex eis fieri / desiderabat mortem
et fugiebat ab eis / ac demones postulabant
eas sibi dari / et forpicibus eas excipientes
renovata bulliente tonsionibus compunctabant
donec penaliter distinguerentur / Deinde ap-
parens ei angelus ait illi / quomodo vales / ubi
quid fuerunt tibi tam dulcia carnis oblecta-
menta ut per eis tot et tanta tormenta deberes
sustinere. Cumque respondere non posset / confortare
ait angelus quia Dominus deducit ad inferos et re-
ducit 12a p(ena) de penis inferni et infernalibus bestiis

Postremo videbis ait angelus penam
inferni quo cum vidistis purgatorium
pene sunt / cumque anima cum angelo pergens
prolongaretur. Ecce subito horror et frigus
intollerabile fetor incomparabilis tenebre pal-
pabiles tribulaciones et angustie animam
illam invadunt ita ut omnia fundamenta terre
viderentur sibi tremere / et angelo ait. Heu
mi domine mi quid est quod stare non possum. Subi-
toque disparuit angelus. Illa autem se movere
non valens. ululatum autem audire cepit
infinite multitudinis / et tonitruum tam horri-
bile ut explicari non queat. Vidit quoque quadra-
tam foveam quasi cisternam que putredinem flamme
et fumi emittebat columpnam que usque ad celum
extendi videbatur. Et in ipsa columpna erat
multitudo animarum more favillarum cum flam-
ma que usque ad celum extendi videbatur.
Ascendentium iterumque descendentium usque in
profundum cum demonibus / volenti quoque anime se-
ne valenti se retrahere / accurrunt demo-
nes dicentes / ea michi expectanda esse. Angustie
nunc eum sine refrigerio ardere / nulla igitur

de cetero erit refrigerii spes aut venie. Cumque ea anima
vibraret mortem illi minabatur eternam. Ipsi autem
in medio spes ingerimi, oculos habebat igneos candas
scorpionum ungues ferreos acutos, et alas multorum
sed in tanto periculo assunt. angelus tenebras depulit.
et ad animam ait, Gaude et letare. quia non iudicium in cu-
res. sed misericordiam consequeris. ostenditque ei principem
tenebrarum. qui omnes quas viderat bestias magnitudine
excedebat, habebat autem formam hominis et manus non minus
mille quarum manus vicenos habebat digitos longitudinis
centum palmarum, grossitudinis x. ungues ferreos,
lanceis militum grossiores, rostrum eius asperum et
longum, caudam longam acutissimis repletam aculeis, Ja-
cet autem illud horribilissimum monstrum super cratem ferream
suppositis ardentibus prunis, ab innumerabili demonum mul-
titudine follibus sufflancium. Circumdat eum tota multitu-
do animarum et demonum. ut nullus credat ab inicio
mundi usque tunc tot animas animas creatas fuisse, Li-
gatus est autem ille hostis per singulas membrorum iuncturas
igneis cathenis ferreis et ereis valde grossis. cumque
se versatur in carbonibus et undique comburitur.
nimia cardentes ira vertit se de latere in latus, et
omnes manus multitudinem animarum extendit casque
constringendo. quasi rusticus racemos, unde con-
premit. cum nullum mustum elicere, et tunc suspirans
exsufflat. animas in diversas partes gehenne, et
statim eructuat illas puteus, ut dictum est. et cum
retrahit anhelitum dira illa bestia trahit ad
se omnes illas animas, quas sparserat ante. et cum fu-
mo a sulfure cadentes devorat, ceteras percuci-
ens aculeis caude sue. sicque miserabilis bestia
et paciendo affligit. et affligendo patitur. tunc
ait angelus anime. Hic est lucifer principium viarum dei
qui si solutus fuerit celum sit et terram usque ad
inferos conta perturbabit. ceteri vero vel angeli
tenebrarum, vel filii ade iam iudicati quorum multos
alios expectant. qui vel xpm negaverunt vel
negancium opera fecerunt// 17 p[rologus?] de paradiso

Post hec ait ei angelus, nunc convertere animam in
requiem tuam, quia dominus benefecit tibi, animo vi-
debis gloriam amicorum dei. et cum processisset
tristicia mutantur in gaudium, et
stupenti anime angelus ait. hec mutacio dextere excelsi, et
ecce vidit murum percelsum. et altum nimis totum ar-
genteum et valde decorum. et ibi chori sanctorum laudancium
beatissimam trinitatem, ibi viri et mulieres can-
didis et preciosis induti et candor vestimentorum
sicut nix recens, cum percutitur solis radio, iocun-
ditas. amenitas hilaritas sanitas unanimitas
eternitas. sine ulla molestia, sine macula sine ru-
ga. hec inquit angelus est gloria eorum qui in matrimonio
iuste vixerunt. agentes opera pietatis. deinde alius
apparuit murus ex auro purissimo, cuius nitor decem
priorem vincebat gloriam. ibi cernit sedilia
plurima. ex auro gemmis ornata in quibus sedebant
vestiti sericis et stolis candidis, omnique decore orna-
ti. qualem excogitare nullus potuisset, et erat
facies uniuscuiusque splendida sicut sol in meridie
et capillos habebat auro similes, et coronas aureas
in capitibus gemmis ornatas. et lectorilia apposita
erant aurea cum libris aureis literis scriptis, et novo
cantico cantabant domino alleluia, tam dulcis autem
et suavis erat melodia ut anima hoc solet audiens
preteritorum omnium immemor fieret, et ait angelus ei. isti
sunt sancti. qui pro testamento dei sua corpora tradiderunt
et in sanguine agni laverunt stolas suas. et continentes a seculi vita semetipsos cruci-

fixerunt cum viciis et concupiscenciis, et sobrie iuste et pie duxe-
runt. Vidit deinde curiosus explorator, castra et papi-
liones plurimos. purpura bisso serico et auro mira
varietate contextos. ibique organa tympana cythare et
omnia genera musicorum et armorum(?), vidit animas que angelis
assimilabantur. quarum splendor et honor delectabilis et
omnia instrumenta nemine tangente sonos reddebant, sed hanc
omnem dulcedinem superabant voces ipsorum spirituum, quibus
nullus erat labor in exaltacione vocum, nec labia que
videbantur moveri, ad libitum quoque unusquisque sonum red-
debant. firmamentum quoque quod erat super capita eorum
mire splendebat. ex quo pendebant cathene
auri purissimi intermixtis argenteis virgulis
ac pulcerrima varietate contextis, de quibus pendebant
cyphi. phiale tintinnabula lilia sperule auree,
inter hec multitudo maxima versabatur angelorum
aureis alis inter cathenas agiliter volantes, sua-
vissimum atque dulcissimum reddebant sonum, hec inquit
angelus religiosorum requies. qui voluntates suas aliis
submiserunt. Postremo vidit murum ab aliis
altitudine decore et splendore differentem ornatum
omni lapide precioso, interpositis metallis. ita ut videre-
tur aurum (?), ibi erat cristallus chrisolitus. be-
rillus jaspis. iacinctus smaragdus saphyrus onichinus
topacius sardius chrisopacius amethistus atque gra-
natus, vidit autem aspexit. quod nec oculus vidit nec
auris audivit nec in cor hominis ascendit, audivitque
secretissima verba. que non licet homini loqui, dixitque angelus
ad animam. audi filia et vide et inclina aurem tuam
et obliviscere populum tuum et domum patris tui, quia concupi-
vit rex speciem tuam et decorem tuum. Ecce vides quanta
sit amenitas dignitas iocunditas angelorum choris
in terra et omni beatorum ibi enim tenebat. non solum
contra sanctorum merita. sed et reproborum supplicia, et que in
terris actitabantur. debes igitur ait angelus ei ad corpus
redire et que audisti et que vidisti ad utilitatem proximorum
memoriter tenere et ab hiis, que agebas abstineas, in
eisque semper habebis patrem auxilium. Cumque illa taceret
dixisset, se mole corporis cepit sentire gravatam
et oculos aperiens et suspirans, clericos et circumstan-
tes aspiciens nil aiebat, sumpta tandem [illegible] que viderat
aperit vestimentis suis crucem affigi iussit, ver-
bum dei extunc. quod ante ignoraverat. cum multa
sancta devote et humiliter predicavit/ 14 p de sancto malachia episcopo

Eodem anno obiit
malachias in claravalle de Roma reddi-
ens, cuius vitam sanctus bernardus distribuit, di-
cens adhuc scribuntur illustres sanctorum
vite, ut sint nobis in speculum et exemplum et conver-
sacionis nostre condimentum, per hoc enim apud nos
vivunt et ad veram nos provocant vitam, Revoco
ergo ex hiis, qui empti sunt de terra malachiam
qui lucerna erat ardens et lucens nec tamen ex-
tincta est sed summota, hic in ybernia de populo barbaro
ortus, ibi educatus et literis eruditus, nichil plus bar-
barum secum trahens. quam de sale pisces maris, quando
sa quoque mater eius satagebat parvulo notas fa-
cere vias vite, gerebat senilem animum puer
expers lasciviis puerilis, et ad sacerdotem quendam
inte se contulit. formamque vite accepturus secum sed
solitarius cito autem ad similem multos suo provocavit
exemplo. tandem xxv annorum ordinatus sacerdos, seminat
in gente non sancta legem vite et discipline, cepit quoque
signis clarere, puero cum lunatico in auribus digitum
misit. et ii qui porcellos exire persensit, querula-
tem hic sororem mortuam, cuius carnale oderat.

vitam. audiunt in sompnis se nichil gustasse iam diebus
xxx hoc enim tempore per ea non celebraverat. brigida quoque consue-
ta ad orationem/ et visa est sibi usque ad limen ecclesie pervenisse
sed intrare non posse/ perseverans autem in cotidiano sacri-
ficio iam in veste candida intra ecclesiam aspexit sed al-
tare contingere non sinebatur. Tercio visa est candidatorum
cetui aggregari/ cum lector quam vix deprecacione iusta assi-
dua et sacrificium quam potens sit peccata consumere
debellare obvias potestates/ et celis inferre. Tricesimo
etatis sue anno consecratus episcopus/ cunereth introducitur
nusquam homines tales expertus est/ in quantacumque barbarie
nusquam reperit sic protervos a moribus ferales/ ad fidem
impios/ ad leges barbaros/ cervicosos ad discipli-
nam spurcos ad vitam/ christiani nomine re pagani. non decimas dare/ non primicias/ non legitima
inire coniugia noverat/ nec erat qui confessiones
peteret. vel qui daret/ ille autem ut faciat oves de
lupis/ cepit monere communiter/ secreto arguere/ nunc
aspere nunc leniter convenire/ prout cuiusque opus erat
flere pro singulis. Et licet in multis sibi iniuriatum a filiis
sceleratis. dextera tamen domini fecit virtutem/ cessit du-
ricia. quievit barbaries/ recipiuntur usque ecclesiastice
consuetudines/ ordinatur clerus confessiones fiunt. mu-
lier que nimis xv [?] quia nec leges habebat in voto eius
oracione peperit/ Visum est ei in benchor oratorium solemp-
ne construere/ ubi reedificaverat monasterium
quondam nobilissimum sub patre primo congello/ quod genuit
multa milia monachorum/ e quibus in galliis partibus
sanctus columbanus luxoviense condidit monasterium. fac-
tus ingentem magnam. ita ut succedentibus sibi choris
continuarentur solempnia divinorum/ et momentum quidem
temporis diei vel noctis. ut aiunt a laudibus non va-
caret/ cum ergo malachias oratorii gradum [?] ut alibi
conspexerat faceret fundamenta indigne mira-
batur/ hiis autem cum bencorensis cenobii tenebat
possessiones/ cepit secreto detrahere puta blasphe-
mare novitatem honere suspectus exagregare
et seductis quos potuit ait ei/ O bone vir quid
tibi visum est. cur hanc inducere regionibus levitatem/
scoti sumus non galli. cessa ergo ab hac vesania
alioquin hoc non sustinebimus/ ad quem sanctus/ miser.
opus quod in ceptum vides et vides. multi perfectum
videbunt. tu morieris et non videbis. per autem ho-
audiens. et sciens verbum eius verum et efficax perfecit
ipsum filium meum. et coram duce et maioribus illi die
mendacem vocavit. et contumelias inferens simia [?] appella-
vit/ sed revertens ad domum arreptus a demone in
igne vadit. et extrahitur semiustus/ et mente cap-
tus/ oracione autem malachie in parte liberatur. sed relictus est
spiritus malus ut eum colaphizet certis horis manens
lunaticus/ cum sacrum offerret in dyaconus ei assistens
ingemuit. sentiens apud eum latere quod
non conveniret peracto sacrificio ingreditur conscientia
confessus est sibi nocte illusum per sompnium/ iniungens
penitenciam non debuerat inquit hodie ministrasse ac
eadem humilitate purgatus/ digne Postea ministra-
vit./ mox mortem non sustinuit ut quietus ad se-
nitiaret [?] sed alios exigit. et tamen in ianuis mortem esse
dicebat. quis hunc crederet moriturum. non vultus eius
macilencior aut palidior/ vel alia signa mortis. et cum
omnes oculi fixi essent nec tamen exitum advertit/ Malachias
amicus noster dormivit. et ego lugeam/ luctus in sensu non
racione tuetur. sed dominus dedit dilecto suo sompnum
et ecce hereditas domini/ ergo flecam illum. qui fletum evasit
introductus in gaudium domini. sic cupio michi hoc/ illi
non invideo

Lodovicus Rex francorum a palestina na-
vigans a navibus grecorum imperatoris
cum solum obsidentibus piratandi dedu-
citur/ sed a georgio duce navium re-
gis sicilie eripitur/ qui usque ad con-
stantinopolim pergens in palacium regium sagittas aureas
vel igneas iecerat. et in censis suburbanis de fruc-
tibus ortorum regis violenter abstulerat. ad votum
autem regis captivos dimisit. Hugo antissiodo-
rensis moritur/ qui nocte immediate electionem
suam precedente sompniavit. mecum suam sibi imperia-
li federe copulari/ massamuti quos mohitas fuis-
se refferunt. Post usurpatum mauritanie regnum
pluribus reges affligunt. buziam quoque eius rege oc-
ciso invadunt. Eugenius pace cum romanis reforma-
ta romam reddit. Conradus iiius moritur et benedictione
imperiali caruit [illegible]

[illegible]

Fredericus primus dux suevie nepos
eius filius frederici ducis suevorum
fratris conradi 2i regis/ de progenie
karolorum postea imperavit. et ab
adriano iiii rome in ecclesia sancti
petri coronatus est/ quo anno eugenius iii sanctus
moritur. et anastasius ei successit. Alfonsus
rex hyspanie rediens ab expedicione saracenorum
de quibus magnam victoriam assecutus fuerat
moritur. cui filius sanctius successit. et illi fernandus
frater/ Sanctius rex castelle ... nobilius dictus
est. pater erat pauperum. amicus religionum de-
fensor pupillorum et viduarum/ nichil arduum
reputabat quod ad cordis magnificenciam pertinet
frater eius fernandus rex factus licet esset benignus et
pius tamen susurronum linguas superflue audiebat
quo quedam comitibus pheuda subtraxit/ qui protinus
sanctio regi castelle adheserunt. ille vero congrega-
to exercitu ad sanctum facundum pervenit. et cum cogno-
visset rex fernandus/ ait frater ad nos tamquam ad
patrem venire scivimus supplicamus ne regnum meum
invadatis confinia/ quod si facere vultis pocius
nobis omagium facere sum paratus. Rex sanctius
respondit. terras quas pater meus nobis contulit
absit/ ut meo velim subicere dicioni vel quod frater
meus filius tanti patris alieno omagio sit subiec-
tus. sed tenemus terram magnatibus ipsi que quorum
auxilio pares mei et terram tenuerunt et arabes ex-
pulerunt. reddatis ergo terras baronibus et non cre-
datis susurracionibus contra eos/ et statim recedo. Fer-
nandus non ut erat piissimus hispaniam perfecit et ab in-
vicem pacifice recesserunt/ moriens autem sanctius
ordinavit quod barones feuda/ que ab eo tenebant
usque ad annos xv retinerent. et tunc filio suo
fideliter resignarent. cui successit tenuis filius
aldefonsus/ cui tutorem pater dimisit guterium
fernandi de castro/ ad quem accedentes garsias
garsie de asta comes almaricus comes alva-
rus nunnius petrus de lara et hii tres ultimi
erant filii comitis petri de lara/ et duce comitisse
garsia non erat frater eorum ex matre tamen/ et filius comitis
garsie qui in bello velesii cum infante sanctio fuit
occisus/ et suaserunt ei ut daret puerum comiti al-
merico qui erat potens et acceptus omnibus et sic
possit terre sedicio complanari et ipsi gutterio qui
maiori in omnibus differret. Erat enim gradevus [?]
honorabilis/ qui et patris et pueri similiter curam
habuerat. [illegible] 400. mi-

lites accessisse· ille uo 9 pdictis fribus fide adhibu
isset/ puerum eis assignauit/ et illi garsie garsie
de asia custodiendum dedit· garsias aut cum cer
neret quod sumptus quos faciebat uix posset de sumptibus pro
uidere illi gaudentes uidentes ut se ab expensis
exoneret/ puerum tradit comiti almarico qui et
fecit· cum aut gutierrus fernandi percepisset hos
fres cum rege puero rebellare/ pecijt ab eis re
stitui sibi regem/ illi non eum tradiderunt sed in prodicionem dixi
runt· et inter utrasque de castro et de lara longa
concertacio orta est· ex qua occasione patruus pu
eri predictus fernandus rex legionis ferre tocius re
gni et toleti per 12 annos accepit redditus et tribu
ta/ et comes almericus ad tantam utilitatem perductus est
ut regi legionis omagium faceret de dando sibi rege
puero in uassallum/ cum aut soria cum rege puero
rebellare pecijt ab eis restitui sibi regem illi non
eum preuenisset hoc impleturi quidam strenuus miles
et fidelis petrus nunij de fonte puerum sub capa tex
et in equo uelocissimo ad castrum sancti stephani depor
tauit et sic delusus est animus inquiretis/ Rex aut
fernandus pene omnia occupauit· preter paucissimas
ciuitates· et licet multi eum sequerentur/ multi tamen pro
fidelitate adheserunt· quorum fidelitate per cuncta tempora
egregius iuuenis recuperauit de porta/ altissimus eum
in frande oreinemenem illi affuit/ et custodiuit
eum ab inimicis et aseductoribus tutauit illum do
nec afferet ei sceptrum regni et optinuit omnia que
que fuerat patris sui/ ita ut mortuo predicto eius
auunculo fernando/ filius qui fernando successit al
defonsus rex legionis a prefato aldefonso rege
castelle consanguineo suo in curia carionis suscept
dictus miliciem et manum eius affuit in plena curia osculatus
latus/ ibi et conradus filius frederici imperatoris fac
tus est miles· deinde rex legionis suasionibus more
patris auitas aperiens duxit tarasiam filiam sanctii
regis portugalis/ ex qua suscepit sanctiam et
fernandum qui mortuus est sine prole et aliam que
dulcis uocata est· in hodiernum quod regis castelle hoc
contubernium factum est/ qui dolebat se ab eo mi
licia suscepisse/ et tamen separati fuerunt iudicio ec
clesie· propter consanguinitatem/ ceperunt aut inter reges pre
lia et sediciones· sed rex legionis accepit bere
gariam filiam regis castelle de qua natus est ferna
dus postea rex castelle et legionis et aldefunso
et duas filias constanciam que fuit monacha et
beregaria que nupsit Johanni de brena· et pro
hoc matrimonium sicut et primum propter consanguinitatem
iudicio ecclesie separatum per innocentium iij· et redierunt inter
reges uastaciones ut supra· uerumtamen rex legionis in
senectute positus/ ab arabibus tulit badalocum et al
cantaram et caceres/ populauit in salua leonem· et
saluam terram· et sanbucale· et alia plura loca· sed
que regni nobiles iurauerat filio eius fernando
predicto factis insidijs prudencia regine beregarie
matris fernandi/ assignatis infantibus a preplis reddi
tibus regnum obuenit filio suo ad aldefonsum regem
castelle reuertamur· licet ab auunculo rege legi
onis semper fuit infestatus· habuit et discordiam cum
alio auunculo sanctio rege nauarre· et tulit ab
eo lucronium nauarretum antilenam granonem
cesarem et briuescam· et fere omnia usque burgis· que
in eius infancia ille occupauerat/ postea ortum est
dissensio inter eum et alfonsum regem aragone
et abstulit ei feriçam nobile castrum· post hec se conuertit
ad arabes obsedit concham nuninnetum eorum et

capta muniuit/ ita ut miraret eam antiquus incola· et in
aspectu eius pauit arabs/ munimento eius in rupibus eius
et habundancia eius in decursibus fluuiorum gloria eius in
principe suo· et testimonia eius in cathedra presulis/
/ cepit alarconem in rupibus firmissimis et firmauit seras
deffensionis in uclesio/ positus est deffensor fidei et
rubuit ensis sanguine arabum/ ripam tagi replerunt
habitatoribus et incolis deffensionis/ saltus ocanie et milicie
sancti Jacobi dedicauit terra illa ruppes aurelie mu
niuit ei/ hedificauit placenciam· et adduxit populos no
uos et exaltauit ibi thiaram pontificis/ toletana
urbe uallauit castris· et territorium suum repleuit populis
et hedificauit alarcuris uale sanguinis/ exiuerunt de
opida transituum per castra uertice et feliciter ad
propria est reuersus/ regnabat tunc in affrica Joseph
amiramomelius et gens almoadum caput gentis surrexit
princeps in multitudine et uario tumultu reple
uit campestria parthus/ arabs afer ethiops·
almoath/ et de claris motibus in exatu eius/ et in natalis
betice ad nutum illius transiuit tyrenum in freto yspalensi
applicatus eius ad yspalensem metropolim/ et processus eius ad
campestria cordube/ firmauit faciem uersus alarcuris
et auxit indignacionis ad regnum toleti/ plana tolose
nudauit pastinis/ et scopulorum semitas aplanauit
angelis fama uolatilis pulsauit yspaniam· aduentus
hostium prouocauit multos/ ignorat homo iram altis
simi et filij ade consilium celsi/ cumque congressi fuissent
exercitus succubuit xpianus/ et nobilis aldefonsus a suis
uiolenter eductus de bello eorum industria est saluatus/
hoc est bellum alarcuris· era· 1233· 14· kallas augusti
cum uero aldefonsus rex legionis et sanctius rex naua
rre simulassent uenire in auxilium regi castelle/ au
dito casu retrocedentes et cunctus rex legionis ara
bibus federatus/ cum illis regnum castelle per campos goti
cos ingressus ad nocendum et rex nauarre ex alia parte
uastauit soriam et almazanum· rex in almoadum dictus
Joseph iuit contra toletum· anno 2o obsedit deinde marga
ritam et alacalam et guadalaiaram et uclesium et in palcaracium
destructis uniuersis ex fortilicia reddijt/ Rex
aut nobilis aldefonsus federato sibi fideli amico petro
rege aragonum/ legionem ingressus obtinuit belamos
ualle arcam castrum uiridum et corancha que nunc ua
lencia carpum et paradinas/ et fugatis agarenis
auxiliarijs ad propria reddire· 3o anno iterum rex al
moadus obsedit toletum/ machedam et talaueram
sed nullam potuit optinere· euertit tamen stam eulaliam· et que
munimento pro carebat/ et in procedens· cepit placenciam
stam crucem montem· angium et turgelum· et cum sibi
reuersus est· tunc reges castelle et aragonum in
legione optinuerunt castro legionis ardon· castrum
gondisalui/ castrum terre sancte albande alint et usque
astoricam· et in per partes albe et salmache uenientes omnia
uastauerunt· montem regalem castrum nobile occu
pantes/ fecit quoque rex castelle cum arabibus treugam
ut posset regibus uicinis obuiare· aut rex legionis
suo consilio accepit beregariam filiam regis castelle·
licet sibi consanguinitate atineret/ Rex uero castelle omnia que
a genero olim hoste tulerat filie donauit· et a uasta
cionibus quieuerunt/ Post hec uolens rex castelle reg
nauarre uindicare cum rege aragonum optinuit ha
coniam et aynar· que regi aragonum peruenerunt angirra
et muradi que regi castelle remanserunt Et ad propria red
dierunt· Iterum rex castelle cepit ybidam· et alauam
in festare et uictoriam inpugnauit/ Interea sanctius
rex nauarre fortis uiribus et uoluntate propria obstinatus
regno distinuit rex aut castelle optinuit uictoria ibidem

alanam et gluppusthiam et eorum terram munitiones per
treuenium sanctum et sebastianum fontem rapidum zogluta/
ziz asluccam arcorociam victoriam veterem maza/
mone ausam acharz. penitam et sanctum innocenciam
Postea rex nauare honoratus muneribus arabibus
reddidit set exhoneratus omnibus perditis. Post hec trengua
inter reges castelle nauare et legionis firmata
est. et hedificauit rex castelle ad instanciam vxoris
alienor nobile monasterium monacharum cistercien/
sis ordinis et notabiliter dotauit. construxit et hospitale
iuxta monasterium hedificijs mirabiliter decoratum
vt omnibus peregrinis cunctis horis diei victualia ministraret
et volentibus pernoctare ibidem lectus mirabilis appa/
ratus continue preparatur et infirmis usque ad mortem
uel restitutam sanitatem in omnibus necessitatibus subuenitur
Vocauit eciam rex nobilis de galia et ytalie sapientes
et magistros omnium facultatum palencie quibus magna stipen/
dia est largitus ut numquam in regno suo deesset sapientale
studium. Postquam autem tota vasconia preter burdegalam
regulam et baionam sue subdidit dicioni, finito treu/
garum tempore cum ammiramomenio et plata noua pro
fide christi mori desiderans. Post vastaciones in terra beacie
et edigarri et gienij filius predicti regis agare/
norum maomath collecto genere suorum exercitu
castrametatus est in carcintu salue terre et tandem
machinis afflictis intrinsecis castrum christianorum ob
zobrium captum est. 1249. mense septembris dolor no/
mine christianos. set perculsit extos rex aldefonsus ma/
turo usus consilio elegit insequentem annum belli du/
bia prolongare. fecitque edictum per totum regnum ut milites
et pedites relictis superfluitatibus vestium et ornatuum
armis et necessarijs se munirent vt diuino exercitui
fieret magis gratum. Sed antequam belli tempus adesset obijt fer/
nandus primogenitus regis. quod omnibus luctum induxit deinde
per rippam fluminis qui suntaris dicitur alcala castrum ob/
sedit. cepitque sucenriam et garadem et cubas in quibus
locis multi sarracenorum capti sunt. et multa repta
spolia et ingente preme ad propria reuersus est. aduenien/
te vere facti sunt conuersus omnium apud toletum. que sola
potuit sua opulentia preparare. ceperunt ex omnibus
fere europe partibus zelo fidei multi venire cunctis
autem et urbis opulencia et regis magnificencia
victualia prouidebat. In octaua autem pentecoste rex ara/
gonie processionaliter est receptus. erant autem ultra
montani x milia equitum et xx milia peditum et primus dabat
omni die solidi xx scutiferoque v. non mulieribus et bel/
lo ineptis priuata quoque donatia. hinc autem nummus ex/
cedebat. Igitur cunctis dispositis xxij iulij exercitus
profectus est post diem 3m itineris ultramontani
duce didaco lupi de faro obsederunt presidium
malacoin. quo violenter capto interfecerunt vni/
uersaliter agarenos sequenti die regum aduenit
exercitus ibique substitit vna die. deinde calatrauam
peruenerunt. posuerunt autem agareni per fluuium
tribulos ferreos cum iiij cacuminibus a quibus dei gratia
pauci lesi sunt. In obsidione autem diebus aliquot
immorati aliqui dixit transeundo ne grauetur
exercitus. maxime quia acquisitio et recensio pendet
ex fine belli. tandem placuit non relinquere
opidum intemptatum. et sic congressu die dominico cala/
traua regi tradita est. de ibi inuentis rex sibi
nichil retinuit. sed ultramontanis et regi ara/
gonum omnia dedit. seminauit autem diabolus zizania
in cruce signatos ut omisso belli labore pene
omnes redirent. remanentes autem iuerunt alacris
et occupauerunt munimentum et castra alia in itinero

Tunc venit sanctius rex nauare qui licet prius in solitarium
se condidisset in presidio strenue egit. sequenti dominica
totus exercitus armatur et mirabilis apparuit.
quod pauidis dedit audaciam et timorem prioris
scismatis tulit. deinde processerunt ad mansionem
aliam que de fraxinita deinde ad aliam eiusdem nominis
3a uero die ad radicem montis de muradal. Interea
mahomath rex cum omnium in montanis congregauerat
gentem suam ibique prestolabatur exercitum
christianum. nec erat ei congrediendi audacia ve/
rens auxilia peregrina. sed in redditu putauit
eos agredi laboribus fessos et numero diminutos.
sed non nulli perfidi christiani transfuge discessum pe/
regrinorum et famis pericula agarenis denunciant
Ideo mutato consilio suppetamque audacia aptibus
gremium, biatia transijt saracenus et aliquos premi/
sit ad nauas tolose. ut in angustia transitus
vbi est ruppis permima alnei quorago transitum
impediret. et nisi christiani summitatem cepissent montem
ipsi in montis supercilio residissent intendentes christiano/
rum impedisse transitum ut defectu victualium
ad redditum cogeretur. capto ergo montis cacumine
4. feria circa pedem montis processit exercitus
vj feria tres christiani reges inuocato christi nomine
cliuum montis conduit occupauerunt. ibique fixe/
runt temptoria. et ipsam occupauerunt castrum
ferral. sub quo supra quedam voragines
et in ruppe aceruatus et scopulorum precipitia iuxta
losam. et tanta est ibi angustia transitus ut etiam
expeditos transire loci impediat difficultas.
ibi die illo et sequenti fuerunt plurima dum hec
agitur. reges deliberant qua via tute ad
locum belli accedere valeant. sed misit deus pauperculum
hominem qui in monte illa pascebat. qui viam
satis aptam per decliuum montis ondit. videntes
autem agareni quod transitum impedire non possent
in montis planicie que erat in eius summitate consede/
runt et reges illuc cum suis agminibus accesserunt
die sabbati summo mane castrum feral quia iam inutile
dimittentes. arabes autem putantes christianos uelle pluri/
declinare quia tolose transitum dimisissent, predictum castrum
leti susceperunt. sed dum aduertunt christianos castra/
metari, cateruam militum transmittunt transitum
vt a castrametacione pruios agminis prohiberent
sed eis repulsis feliciter castrametati sunt. Tunc
Mammeth cernens se non posse insidijs proficere
dispositis aciebus ipsa die processit ad campum et pre/
cipuam aciam ad corporis sui custodiam in quodam
promontorio collocauit. quo difficilius erat ac/
cessus ceteris aciebus a dextris et a sinistris
ordinatissime dispositis a vj usque ad vesperam
expectantes. sed deliberant christiani usque in crastinum
non committere bellum quia equi propter montis ascen/
sum fatigati erant et ipse exercitus et ut de statu
inimicorum possent plenius informari. reputauerunt
hoc timiditati aliqui agareni. non illi aute
prouidencie cernentes optime collocatos. sequenti
die dominico utraque pars similiter egit. sequenti
die circa media nocte preco clamauit ut exercitus
diuinis prepararetur. et celebratis diuinis misterijs sump/
tisque oportunis ecclesiasticis sacramentis processerunt
ad campum inter primores castellanos didacus lupi
habuit primos ictus. mediam aciem gonsaluus nunij
cum fratribus templi et hospitalis et velesij et calatrabe
collateralem habuit theodericus didaci de cabonis,
et alij in ultima acie rex castelle et rodericus archiepiscopus

C 228

toletanus et alii prelati. Rex aragonum exercitum suum
disposuit tot aciebus. Rex navarre a dextris regis
castelle procedebat. Igitur Christi nomine invocato ad coronam
martirii se disponunt. Agareni autem in summitate
quandam instar atrii firmaverunt se de catenis
sagittarum in quod erat septum peditum colligati
et in medio ipsorum rex eorum huius iuxta se eleem et alco-
ranum et super se capam nigram que fuerat abdelmu-
mi qui principium fuit almoadum. Extra atrium non erat
acies peditum quorum quidam tybiis colligatis ad
invicem tandem exterioribus ut firmius starent
in bello. Erat autem exterius autem atrium acies almo-
ade terribilis aspectus in equis et armis a dextris
autem et a sinistris ipsorum peditum quorum quidam
erant arabes cum lanceis qui agili velocitate fu-
giendo impetunt et fugantis adversus in solercius. In pla-
nicie autem in volubilitati non obest angustia
ferocius nocent. Et non tenentes ordinem adversariorum
deordinant acies, ut sine ordine sequentes pertur-
batas inveniant hostium acies. Erat autem exercitus
v lxxx^us militum, pedites non poterant computari.
Stabant agareni pene immobiles. Ascendentes autem
christianos per prerupta loca ceperunt repellere ita ut
ex congressoribus christianis difficultatibus fatigati
aliquantulum subsisterent. Tunc in aliqui ex mediis
aciebus castelle et aragonie ad primas acies con-
venerunt. Et fuit ibi magna commocio ac dubia.
Ita ut aliqui inferioris ordinis viderentur fuge inten-
dere. Collaterales et acies cum agarenis acri-
ter dimicabant. Videbantur tamen aliqui velle terga
dare. Quod attendens rex castelle cunctis audientibus
dixit archiepiscopo toletano. Ego et vos hic moriamur.
Primo hic prevalebitis inimicis. Et ait rex. Festinemus
primus succurrere in procinctu constitutus et adeo dante
vexillorum insignia usque ad atrium pervenerunt
et turba inmanabilis que immobilis apparebat et sagla-
diis pulsa lanceis fracta ictibus terga dedit.
Tunc eorum rex in iumento vario coloris fuge se
dedit et cum iiii militibus beciam usque fugiens in-
mutato iumento gyenium ipsa nocte pervenit. Et
patrata victoria archiepiscopus et ceteri Te deum
laudamus cantaverunt devote. Erat autem campus
sic plenus cadaveribus ut vix in fortissimis equis ho-
mines tute transirent. Fuitque hoc ibi mirabile
quod licet omnibus membris truncatis ibi iacerent in toto campo
nullum signum sanguinis apparebat. Per omnes quoque partes usque
ad noctem cesi sunt fugientes et sunt extra decem
cc^m milites agarenorum cesa sunt. Christianis vix
defuerunt 24. Et remanserunt in tanta spolia que non
potuerunt duobus diebus ad opus suum comburere
hastas lancearum et sagittarum quas secum portave-
rant saraceni. Et ex industria ignem ponentes
vix medietatem consumere potuerunt. Exercitus
autem procedentes quidem castrum de bilche fortissimum
obsederunt. Exercitus autem superveniens 3a die 4a scilicet
feria cepit castrum de ferral, bilnea et tolosam
et procedentes aliquantum ad civitatem biaciam vacu-
am invenerunt. Fugerant enim in ubetam. Octava
vero die post bellum aggressi sunt ubetam et ascen-
dente muro quodam armigero agareni conster-
nati se regi dederunt et pro incolumitate urbis
mille milia aureorum dederunt, quod multis placebat
sed non regibus. Nolebant tamen resistere magnatibus.
Pontifices non huiusmodi pacta irritaverunt et civitas
eversa est. Ceperunt autem iam christiani rapinis et
iniuriis intendere nimium. Ideo percussit eos deus

pestilencia ut vix unus alteri posset succurrere et coacti
sunt calatravam redire ubi invenerunt ducem au-
strie . . qui cum magno veniebat apparatu. Rex vero
ab universis toleti cum gloria est receptus. Hoc bellum
fuit era 1250 feria 2a 16 kalendas augusti. Sequenti
februario rex castelle castrum dueñas cepit et dedit fratribus
calatrave quorum fuerat in precedentibus. Cepit castrum
quod eznavexor dicitur dedit milicie sancti Jacobi et in-
veniens ad castrum famosum quod alcaracium dicitur
et in die ascensionis cepit et aliud castrum quod
riimus ope dei expulsis arabibus et in villa ecclesie
toletane que sanctus torquatus dicitur celebravit festum pen-
tecoste cum regina et filio henrico et filia berengaria
legionis regina et nepotibus suis. Accidit autem eo anno
tanta fames ut per varia loca homines pauperes in edia
morerentur. Licet rex et pontifices et magnates pro
viribus eis succurrerent. Animalium quoque fuit magna ste-
rilitas. Quo non obstante reges castelle et legionis
pariter convenerunt, ut uterque per sua confinia exercitum duceret
contra mauros. Et rex legionis cepit alcantaram muni-
cionem nobilem quam dedit fratribus calatrave. Rex autem
castelle era 1251 viii kalendas decembris et consocium
et calatravam transiens circa baeciam fixit castra et
invaluit ibi fames ita ut comederent homines iumenta
sed firmata treuga rex rediit calatravam. Completis
autem 43 annis convenerunt suum regem portugalis ad
colloquium convocavit. Et in aldea que dicitur gutierre in extrema-
tura. In morte secum castelle gloriam sepelivit et factus
est luctus omnium desolatio magnatorum et omnium plorantium
quare historie ordinem persequentes de fernando animeto
eius pertransivimus nec reputamus iste licet nepotulum in-
digne lessit tamen erga ecclesias et religiones ita fuit
devotus ut pene eis omnia regalia largiretur. Ita
liberalis ut vix aliquid mobile haberet proprium. Ideo plus
in favore quam timore in reverencia habebatur. Et fortuna-
tissimus fuit in bellis. Sed licet genero esset regis portugalis
tamen raro pacificus ei fuit. Et civitatem que dicitur roderici
populavit ex qua portugalis intulit multa mala.
Populavit et latesimam in territorio salmaticino et gra-
natam in territorio cauriensi benaventum et coyancam que
nunc valencia in territorio ovetensi villare pavonum
maschilam et maioricam in territorio legionis castrum co-
tarii in territorio zamorensi. Et cum salamantina civitas
cephas regni urbes habitatoribus et finibus superaret
in dignitati cives que eorum fines decurtaret, faventibus
sibi abulensibus contra regem sediciones moverunt electo
sibi duce qui nunmoranica dicebatur. Et in valle
munce commisso prelio contra spem omnium regi obvenit
victoria qui ducem secum percussit et urbem intor-
travit. Erat autem temporis vir nobilis fernandus
roderici agnomine castellanus qui propter feuda re-
gi restituit castelle transierat ad agarenos et cum
eorum maxima multitudine in provinciam civitatem roderici
aggressus est. Sed sanctus ysidorus hoc revelavit regi per sa-
cristam sue ecclesie. Rex vero obsidionem amovit multis
agarenis occisis et captis et genuit terra apliis multis
diebus. Ex hinc dolens rex portugalis aldefonsus quod rex
fernandus hedificaverat civitatem misit exercitum
cum filio suo sanctio per gallecia contra eam. Sed quod rex fernandus
a rege castelle infestabatur dimisit contra utrumque exercitum
et de portugalensibus victoriam habuit. Turbatus autem
rex portugalis cepit galleciam infestare et occupavit
totam limiam et toronium et alia loca multa deinde
badalocium est aggressus, que in divisione agarenorum
obvenerat regi fernando. Sed rex fernandus eius fu-
gavit exercitum. Ille vero ad illam civitatem confugit. Iamque

Vita sancti Bernhardi

duas ptes occupaverat civitatis / agareni · i arce 9 clusis / sz nec ibi qdem tutu se extimas · durz portis civitatis effugeret · q p esulo ferreo claudebatur impegit i p esulu / z fracto crure ubi req porterat residere / un cito captus z fernando pn tatus 9fessus est · se eu indebite offendisse z p satis faccoe obtulit pas z regnu / sz mansuetus fernandus 9trys 9tentus / regi portugalis sua dimisit · eu aut aldefonsus ex fractione tibie no posset militar arabes i castro ste irene / eu obsederut sz rex fernandus obsidione amovit · obiit aut fernandus / z successit illi filius aldefonsus · Bnardus q clarevalensis obiit / io omissa deco nunc recipentur · eu adhuc puerulus eet z gravi dolore capitis egrotaret · venientez ad se mulierculaz ut dolore carminibus mitigaret · eu multa i dignacoe repulit · z 9tinuo liberatus surrexit / gerardo fri suo militi pphanit · qz no 9verteretur / nisi eius latus lancea pforaret / q ad eu lanceatu z ab inimicis detetu clamat bernardus · scito fr gerarde qz cito itiri sumus / z monasteriu i traturi · eade nocte 9pedes ceciderut / z apta ianua letus aufugit · z se velle fieri monachu bernardus nuncia fact aut bernardus monachus / ult possibilitate vigilabat humana / tps se 9inuendo amitter causans / somnu ei morti 9pabat / qcqd i scripturis didicerat maxie i silvis z agris meditado et orado se accepisse dicebat / cu i canticis ut refert scriberet / z qd datu erat ei desup · mimus fidem aio resignaret / ut haret q diceret · demu tractatus audi donec illud teneas aliud no hebis / cilicium plibus annis portavit / sz postq occultar no potuit ad coia se 9vertit · volentibus religiosez i trar aiebat · si ad ea q intus sut festinatis corp foris dimittite / hinc soli sps ingrediatur / caro eiz no poterat qtq / infirmatus cu extremu iam spm trahere videretur / an tribunal iudicis visus e pntari · ubi aut sathan q eu fuerat psequutus / fateor ait no sum dignus ego / nec meis meritis possu regnu obtinere celoz · Ceterz illud duplici iure obtines dns meus / hereditate · s · patris z merito passionis / alto ipe 9tentus / alterz m donat / sic 9funditur demo · z ipe reddit ad se / a multis civitatibus eps petebatur Janu ensi scilicet z mediolanensi / ille no annuens nec ipse renuens / dicebat se no ee sui · sz alioz s · ministerio deputatu · fres aut eius 9silio sine potificis auctoritate muniti erat / nequis gaudiu suu ab eis tollere posset · Monachu ad seculu reddentem Retinere no valens / interrogat / unde victurus esset · qui rndit ad taxillos ludere scio · unde vivere potero / z · 1 · s capitale tibi cmisero / vis ad me annuatz redire / z lucru dividere / annuit monachus / z solid xx recipiens abiit · qbus amissis 9fusus reddiit / z coram bernardo · sinu expanso / ut lucru dividat petit · cu ille / n · pz lucratus sum · sz etia capitale prim amisi / me si vultis pillo accipite · bernardus aut benigne rndit / melius e ut te recipiam q utrqz amitta / ad robertu nepote q de suo monasterio ad cluniacu ierat / revocatoriaz sb divo scribens eplam / cu i opinatus se imber i funderet ad scriptorez ait / opus dei e · scribere ne formides · z in medio imbre sn imbre epla scripta e · i qua ait / satis z plus q satis dilectissime fili sustinui si forte dei pietas z tua p se z mea pte · aliaz dignaretur i visere tibi · s · i spirado salutare 9punctone · ut q de tua salute leticia · sz iaz no valeo amplius tegere dolore meu / dissimulare tristicia / ubi q iuris ordinez / cogor revocare lesus eu · qui me lesit / spretus requirere 9temptorez omitto qd factu est / cur vel quo factu e · culpas no discucio / no retracto cas · no recordor iniurias solet h magis i stigare q mitigare i iurias / no q quo cur abieris · s q iam no redieris / queror Redi tm z pax erit / reverte Revertere z satisfactu est · redi i q redi / z letus cantabo · mortuus fuerat z revixit / pierat z i ventus e / fuerunt certe mee culpe qd discessisti · delicatu adolescentulu dure nimis / i humane tractam q si infirmitatibus h ipm formidas / noveris me iam no esse / qd fui · qz nec te puto fore qd fuisti / mutatus mutatu i venies · ni formidadu q prius sum formidolosus · cui ad hunc abitu sz toto corde pstratus / totis astrictus visceribus / humanitatem exhibeo / caritatem promitto / z quis alius no magis distuleret reatu incuteret metu · no opponeret votu proponeret iudiciu · q de tunicis ad pellicias de oleribus ad delicias / ad divicias de paupertate transiens / sed quid nunc pungere bis no recalcitratem · tibi tua io nigra e · tua 9sta integra / z ingenita verecundia lex disciplie · surge miles xpi / revertere ad prelium un fugisti / audacius inimicus insistit a tergo q resistat in facie · angelos hebis a latere z audies duce belli 9fidite qz e vici mundum · sola ca q perire possis / fuga e · scripsit aut de 9temptu mundi ad clericos librum unu de gradibus humilitatis · li · j · / exortaconu de passione z resurreccoe dni · li · j · / de gra z libero arbitrio li j / de precepto · z dis · ad abbatez colu besem · li j / apologeticu ad cisterciensem z clunia e monacos · li j / ad hugone de sto victore li · j · / ad i nocetu ppam 9 hereses petri abalerdi li · j · / de 9sideracone ad eugeniuz ppam li · v · de laude milicie nove · ad milites templi li · j · / sup psalmu · Qui habitat · Omel · 18 · Sup cantica · Omel · 8z / sup missaz · omel · iiij · / Sup magnificat tractatuz · j · / eplas 244 · sermones pene i numerabiles / tandez morti feliciter appinquans fribus ait / q in stadio puti circiter pvaribus obseruavi · z nemi facere scandalu · z si incidit sedavi ut potui / meo sensui minus semp q alieno credidi · lesus delecte · nunq vindictaz expetiui · ecce vobis · hec iija · Caritate humilitatem Pacienciam derelinquo · z pus multa patrata miracula post 160 9structa monasteria q anoz 63 · obdormivit in dno

Anastacius nacoe romanus sedit ano j · mens iiij · d 23 · cess ep · d 20 / adrianus nacoe anglicus sedit annis iiij · / mens viij · cess · ep · d · 18 / hic fuit eps albanus z legatus / convertit novergienses hic fuisse dr p ppa / qui romana curia de roma ad aliaz civitatem transtulit · hic pp vulneracoem unius cardialis usqz ad 9digna satisfaccoez vrbem subponit ecclesiastico i terdicto / eo no mortuo cardiales divisi duos elegerunt · Rolandu cancellarium qui alexr dictus e // z octavianu / imperator octa

mano adhesit qui victor clamatus est. Reges
autem Francie et Anglie/ alexandro adheserunt/ Alex(ander)
natione senensis sedit annis 21 mensibus 11 diebus 19. Hic
superavit iiii antipapas 1161./ alexander videns
de patrimonium sancti petri et adiacentem regionem
occupari in galia transiit/ et 1163 concilium cele-
bravit et 1164 in ytalia reddiit cui occurrit
rex guilielmus/ et regnum ab eo cognovit. revo-
cato fidelitatis iuramento/ demum roma veniens
cum magna processione suscipitur a romanis et 1179
rome concilium celebrant/ et imperator relicto papa
scismatico/ alexandro subiectionem exhibuit. Fu-
erunt autem tres antipape cardinales et omnes male
perierunt./ Lucius natione tuscus sedit annis iiii mensibus
ii [?] d. 13. Verone mortuus est sicut in eius epi-
taphio scriptum est/ Luca dedit lucem. Luca pontifica-
tum hostia/ papatum roma. verona mori/ immo
verona dedit verum tibi vivere/ roma exilium/ cu-
ras hostia/ luca mori. Vidi privilegium istius
lucii tercii in quo tempore subscripsit ipse sic/ Ego
lucius catholice ecclesie episcopus ss. et cardinales sub-
scripserunt sub ipso pape episcopi/ ab uno latere presbiteri et ab
alio diaconi/ sub omnibus autem cancellarius sic. Datum
signum per manum alberti sancte romane ecclesie presbiteri
cardinalis et cancellarii ii nonas Julii Indictione prima
incarnationis dominice anno 1183. pontificatus vero domini
lucii pape tercii anno ii. in portu ubi datum sit.
Urbanus natione mediolanensis sedit anno i mensibus x
d. 24. Gregorius natione beneventanus sedit mensem i
d. 27. cessavit episcopatus d. 20. Clemens natione romanus
sedit annis iii d. 16. Hic fuit episcopus penestrinus.

Floruit tunc petrus lumbardus parisiensis
episcopus qui composuit librum sententiarum et ma-
iores glossas psalterii/ epistolarum
pauli/ magister et petrus dictus comestor
primas magistrorum parisiensium/ qui scolasticas
scripsit ystorias/ et hos de virgine versus composuit.
Si fieri posset quod arene pulvis et unde/ unda-
rum gutte rosa gemma lilia flamme/ ethera celi-
cole nix grando sexus uterque. ventorum penne
volucrum pecudum genus omne silvarum rami fron-
des avium quoque plume ros gramen stelle pi-
sces angues et ariste et lapides montes
cum valles terra dracones/ lingue cuncta foret
minime depromere posset. quam sis vel quanta vir-
go regina maria/ quam tua sit pietas nec lit-
tera nec dabit etas/ epitaphium eius ad mun-
di contemptum in loco sancti victoris parisius. Petrus
eram quem petra tegit/ dictusque comestor. nunc
comedor. vivus docui. nec cesso docere
mortuus ut dicat qui me videt incinera-
tum. quod sumus iste fuit. erimus quandoque quod hic
est. Petra petri cinerem tenet/ huius animam
petra xpistus. sic sibi divisit utraque petra petrum/

Millo. c. liiii. Rege yerosolimorum a-
scalonem obsidente. milites templi
civitatem se capturos putantes
ingressi trucidantur/ ceteri vero obses-
sores ante crucem domini se prosternentes dominum cum
lacrimis imploraverunt auxilium/ quod eis continuo
affuit. ita ut pagani civitatem traderent libere
abire permissi/ Rogero regi sicilie successit
Guilielmus tam in regno quam in victoriis. In egypto
tapnes civitatem diruit/ et revertens dolum

Imperatoris constantinopolitani intulit. et licet potestate
navigii esset inferior. grecorum tamen 140 naves
superavit et spoliavit/ postea massanitas qui
putheolum spoliaverat extirminavit/ autem cepit
alexandria in honorem alexandri pape hedificata
est/ rebellantibus frederico omnibus civitatibus lumbardie
preter papiam. et ideo episcopus papie cruce et pallio quibus
antea utebatur privatus est/ alexandrie vero episcopalis
titulus concessus fuit/ quo satis cito privata quia primus
ibi episcopus occisus est/ Noradinus autem damasci princeps
effectus Belinam obsidet et destruit/ Rex ierusalem illuc
properans fugato noradino eam reficit et aliquos
barones remittit/ Postea cum paucioribus rediens
super flumen securus a noradino impetitur et multis christianis
interfectis/ Rex fuga liberatus est. Postea theodericus comes
flandrie sicut alias fecerat. ad terram sanctam profectus
cum rege et baronibus antiochiam properat. tunc noran-
dinus ad obsidendum neapolim profectus periculose infir-
matur. quo cognito christiani de anthiochia cesaream
sitam super flumen ferri distantem quasi dietis xv profecti
sunt. capta autem civitate turchi ad castrum confuge-
runt/ et respiciens rex ad commune bonum consilio baro-
num civitatem disponebat committere flandrensi
comiti. Sed contradixit anthiochenus princeps petens de
hoc sibi omagium fieri/ propter quod infecto negotio amplius
procedentes anthiochiam redierunt. Signum crucis
in luna apparuit 1146. federicus per septennium fere
mediolanum obsidet. 1147. Noradinus sanitati re-
stitutus sydonem obsidet. rex vero illuc properans mul-
tis turchorum occisis et captis/ hostem repulit. Re-
naldus princeps anthiochie/ post hec ulius rages [?] profec-
tus magnam predam agens dum revertitur a turchis
capitur. fugatis sociis autem cesis 1149/ Henricus
rex anglie dux aquitanie venit contra tolosam/ sed rex
lodovicus ad defendendum eam intraverat. unde no-
lens obsidere dominum suum. recessit/ captis tamen multis
castellis. 1161./ corpora trium magorum olim per imperatorem
de perside translata in constantinopolim/ et inde a sancto eustor-
gio mediolanum miraculose fuerunt invecta/ super
concessam enim sibi a constantino imperatore archam
que in mare proiectam/ ascendit sanctus eustorgius et divino
regimine ad ytaliam archa navigavit/ archa quippe
immensi ponderis super compta careta curribus stupentibus
posita non solum sustentatur/ sed a duabus vaccis tra-
hitur usque hodie facile usque prope mediolanum/ sancto quoque
eustorgio quiescente nocte per laborem vaccarum. al-
teram lupus extinxit. sed sancti eustorgii precepto natte
vicem suppleuit/ Mediolanenses vero reliquias sanctas
susceperunt. et eidem sancto eustorgio ecclesiam dedican-
tes. sanctorum magorum ibi corpora locaverunt/ destruc-
ta autem urbe mediolanensi per imperatorem/ a reinal-
do coloniensi episcopo a mediolano/ colonia trans-
feruntur [?] 1163/ Baldwino rege ierusalem
successit frater eius almericus. hunc egypcius certam
summam pecunie. quam regi debito dare tenebatur.
Cum dare nollet/ contra daganum soldanum dux exercitus
eius in terra belbeis bello superavit/ sed fratres ipsius
vincit quia regem/ fugientes insequi non potuit/ hic autem contra
sanagetus qui prius soldanus expulsus fuerat/ per
daganum ad noradinum se contulit petens auxilium.
Ille saracenum principem milicie transmittit/ ut
daganum parta obtineat/ annuit ille et simul intravit [?]
saracenum de belbeis/ quam ceperat expellunt. interim
duo nobiles milites de francia adiunctis sibi an-
thiochenis in exercitu saladini subito irruentes/ terram ca-
daveribus repleverunt. noradinus vero undique collecto exer-
citu

secundario victor fuit. Quod audiens rex anthiochiam
properat et ordinat ut princeps pecunia redimatur.
Saracenus interea caliphe baldacensi dixit
egyptios eunuchos et inbelles et posse faciliter
superari. Calipha baronibus mandat ut illi op-
temperet et transeunt per desertum. Iam in terram statim
venerunt filii israel ad perturbandum. Quo cum rex percepisset
usque cadesbarne venit recipiens. Saracenus autem
postea intraverunt desertum inter gazzam et egyptum
transiit usque belbeis et inde usque ad rippam fluminis
et ultra pertransiit. Christiani vero reliquias inva-
hunt. Tandem ventum ad pugnam. Erat cum sara-
ceno xii milia equitum et x milia beduinis cum lanceis. Rex
374 habebat equites. Turchi in quibus securitas erat ma-
gis impedimentum prestabant. Ceciderunt ex christianis
centum et ex turchis 1600. Saracenus autem
alexandriam pergens simulataque victoria civitatem
intravit. Cum vero rex civitatem obsideret Saracenus
nepotem saladinum cum aliquibus militibus dimittens propter
victualium inopiam discessit. Sed et hunc repulit.
Rex soldanum egypti in suo regno stabiliens anno
clxviii reddiditque iherusalem. Lodowicus vero tres habuit
filias ex tribus uxoribus. Sed filio carens cum uxore et
clero ac omni populo ad orationem et elemosinas conversus
philippus nascitur. Dum autem eius conceptum habuit visionem
videlicet quod aureum tenebat calicem humano sanguine
plenum quem omnibus principibus suis propinabat et omnes
ex eo bibebant. De beato thoma cantuariensi archiepiscopo

de beato Thoma Cantuariensi

Se in iuventute valde
graciosus, cernens in regali curia castita-
ti et pietati multa contraria, tebaldo
adhesit cantuariensi archiepiscopo et contra principes
adversantes ecclesie dimicans, feliciter Rome negocia
expedivit. Unde archiepiscopus archidiaconem eum fecit
et rogavit ut regis cancellarie fieri pateretur
ad malignorum hominum maliciam temperandam. Ille vero
tam graciosus regi fuit ut moriente archiepiscopo suc-
cedere procuravit. Consecratus autem 1143 lectioni et
orationi semper intendens, ieiunio corpus macerabat
et usque ad poplices utebatur femoralibus cilicinis,
in secreciori cella xiii pauperibus cottidie pedes
lavabat et cum cibis iiii nummos prebebat. Intendebant
autem rex et consiliarii eius ad confirmandum quasdam
consuetudines promissionibus et blandiciis eum inflectere,
quibus ille resistens, contra se eorum iracundiam provocavit.
Consequenter ad locum quendam barones et episcopi conveniunt
ut urget regis instancia, ut dicte consuetudines con-
firmentur. Videns autem beatus thomas turbacio-
nis imminere periculum, magnorum virorum deceptus
est consiliis. Peticioni verbo tenus satis annuit sed
postea cernens animarum discrimine, gravi penitencia
se afflixit et ex altaris officio se expedit donec
per papam restitutus fuit. Rex deinde petit predictas
consuetudines confirmari litteris episcoporum et archiepiscoporum.
Beatus vero thomas intrepide se opponens sedi
apostolice contra prelatos appellavit, nec quicquam acceptaret
iniuste. Et inde cum cruce recessit, clamantibus
post eum impiis: capite latronem, suspendite prodito-
rem. Venerunt autem ad eius hospicium duo magni
proceres sub iuramento asserentes mortem ei
a pluribus baronibus acceptam. Unde ille cavens ecclesie quam
sibi metuens in flandriam fugit 1164. Rex
autem episcopos et proceres mittens Romam ut legati
venirent qui negocium regis contra presulem diffiniret
repulsus est, propter quod bona ecclesie diripit. A rege
contra patres albos cistercienses apud quos se reduxerat

repulsus, ad regem francie lodowicum se contulit qui
eum reverenter suscepit et donec pax fieret benigne
in certa ministravit. Interea alexander papa in galias venit
ad herede imperatore iiii scismaticis contra alexandrum
nam primus octavianus elegitur, Guido cremonensis
post hunc Johannes strumonensis, post hunc Lando-
nus. Congregata magna tempestabat in bur-
gondia transire, sed contra agentibus francie et
anglie regibus non profecit. Ad alexandrum
quoque cantuariensis archiepiscopus veniens, consuetudines
regis anglie xvi contentas capitulis ante eius pe-
des posuit dicens: ecce, sancte pater, sacre ymo sacri-
lege consuetudines regis anglie canonibus
et decretis et eciam ipsorum tirannorum principum
legibus adverse, pro quibus exilium sustinere cogimur.
ut sanctitati vestre easdem ostenderemus et super his consilium
haberemus huc advenimus. Hoc cum flexis genibus
per mare nunciis ad tartaros cuma
nos / fedus fecit cum eis et promisit mutuo quod
si abaga contra alteram ipsorum partem perderet / reliqua
eius regnum invaderet. Post hec rex armenie
ayto / linono filio prudenti viro regnum
contulit et factus est monachus et vocatus ma
charius mutato nomine fratrum more armenorum
Postquam regnavit annis 44. / hic linonus multo
studio laboravit per tartaros destruere sarace
nos. Cum enim soldanus egypti cum ingenti appara
tu intrasset turchiam / et ex parte occupasset.
et fauente tartarorum ibi capitaneo sara
ceno / abaga per linonis nuncios de hoc certior
factus in 14. diebus peragravit dietas / quod 40or quas
audiens soldanus egypti fugam iniit / nec tamen eva
dere potuit / quin tartari extrema custodia attin
geret. antequam ingrederetur egyptum sufficiat
quod ad 11m equitum / mortuo autem albendogdar
successit illi filius melech sayth / sed modicum
temporis spacium in dominio fuit pulsus / et successit
illi quidam vocatus elphi / adveniente autem tempore
quo abaga contra soldanum egypti debebat procedere
fratrem suum magodamor transmisit / et tunc tar
tari disgregerunt. et magna cede saracenorum
ceciderunt / In plano autem calamele pulcerri
mo / ubi soldanus congregaverat exercitum suum
Robur / bellum commissum est. et impetum unanimiter irruit
rex armenie cum christianis et per tres leuchas cum
fugavit / usque calamellam / princeps non milicie
tartarorum partem aliam debellavit. et per tres dietas
cedendo insequutus est. usque ad civitatem
chaza / Magodamor autem preliis ac tumulti
bus bellicis insuetus campum non tenuit. ma
gis autem ad partem suorum abscessit / Ideo christiani
ad propria redeuntes fessi atque divisi. multa
incomoda passi sunt. plurimi fuerunt interfecti
et fugerunt cum rege non amplius triginta equitibus /
princeps non milicie tartarorum. biduo dimis
sum expectans ad consumandam victoriam
ut abscessisse cognovit ad eum reddiit super
eufratem ubi suos expectaverat viij
diebus / Hoc autem audiens abaga contra solda
num babilonie suum congregavit exercitum
sed procurante quodam saraceno persa / a fa
miliaribus muneribus corruptis / fuit cum fratre
Magodamor veneno extinctus extitit est.
1282 / abage successit frater tagodamer in
puericia baptizatus / sed saracenus effectus
machometh chaam voluit appellari et
quos poterat tartaros ad similem minis
et muneribus mediabat / innumerabiles itaque ip
sorum sic per hodie saraceni effecti sunt. et
persecutus est christianos et ecclesias a fundamentis
evertit / composuit quoque cum soldano babilonie
promittit omnes christianos ad sectam suam cogere
aut trucidare. prava huius opera per fratrem ipsius
ac nepotem filium abaga vocatum argon
magno chaam cobilla denunciata sunt. a quo
redarguitur quod a progenitorum recessisset
vestigiis / hoc audito exarsit ira. Mau
meth fratremque interemit et captum in castro
argonem a proceribus iubet occulte interfi
ci sibique capud deferri sed auxilio cuius
dam magni / cum pater eius abaga beneficia
contulerat de periculo liberatus / maumethum persequens
comprehendit / et coram se trucidari fecit / imperavitque
pro eo 1284 / concessumque illi est a maga tartarorum
imperatore ut chaam vocaretur / hic fuit aspectu
pulcherrimus. fortis robore et prudens in agendis
christianorum ecclesias reparavit / redierunt ad eius obe
dienciam reges armenie atque georgie. qui
a maumetho recesserant / Rogatus quoque pro terre sancte
liberacione. respondit se velle. cum vicinis omnibus pacis
inire federa / ut securius opus illud perficiat. Sed
dum hec aguntur. iiij anno regni sui vita ex
cessit. 1289 / cui successit frater chegato. qui annis
vj. quasi brutum animal vixit / gule et luxurie deditus
propter quod a suis suffocatus est / cui successit consangui
neus baydo christianus fidelis / qui cito mortuus est.
Hic precepit ut nullus saracenus legem Maumethi
inter saracenos predicaret / saraceni itaque ad
gazanum miserunt. quod si vellet christianam fidem relinquere. et
legem sumere maumethi / dominium illi conferrent.
/ ille honoris avidus grata promittit. et baronem
hostiliter vadit. an commisso non bello. omnes sara
ceni gazano se iungunt / hic baydo captus et interfectus
est. regnavitque pro eo gazanus argonis filius
qui in regni exordio mala intulit christianis. sub
sumitque ut saraceni ecclesias christianorum destrueret
sed in dominio factus securus / christianis multa bona contulit
et multos saracenorum proceres interfecit / eo quod de
lege maumethi eum sepius molestaret. hic cum
babilonie soldano / melechnasser congrediens no
no conflicto periculum evasit. ac demum victor fuit.
Saraceni enim galeati in equis tectis coracys
cum multo vigore animati ad unam dietam tarta
ros lanceis feriunt. et non multi prostrati per iiij sa
gitte iactus retrocedere coguntur / gazanus veritus
ne sui terga daret de equo dissiliit. et suo exemplo
conformiter tartari universi / et cum se constituerent
examinalibus quoque mirum ceperunt spiculorum ym
bre transmittere / et hostes ferire / illi sua ac
equorum multiplicari sencientes vulnera ce
dunt nonnulli ac recedentes supervenit. tartari
tunc gazan / omnes caballa ascendere iubet
et aggredi hostes / tanta acies non fuit ille tartarorum
insultus. ut quod victos usque ... cederet fugientes
et interfecta sunt illo bello usque ad xxm sarace
norum. illa quidem nocte gazanus campum tenuit. se
quenti non die mandavit cuidam capitaneo
ut cum 40m tartarorum hostes persequeretur usque
ad desertum egypti. et interfectis plurimis
saracenorum / soldanus conductis quorumdam bedui
norum in dromedariis fugiens a babilonem
tandem ingrediens fuga liberatus est. gazanus
igitur post victoriam ex omnibus soldani copiis et
rebus quoque thesauris nil sibi preter decem retinuit
sed militibus grata distribuit / 1300 Postquam autem
gazanus quievit diebus quinque processit contra
damascum. damasceni timentes civitatis ex
cidium munera transmiserunt offerentes
civitatis dominium / cumque gazanus iuxta flumen
damasci diebus pluribus immoraretur quidam
gratia venit nuncius qui violenciam suam consanguinei
baydo nunciaret contra regnum perpetratam / tunc gazanus
damasci prefecit cuichap. hic saracenus erat et
damasci fuerat dominus / sed fugerat ad gazanum
qui propter quosdam excessus per metum soldanum
qui carceri mancipare volebat cum a gazano
autem graciose susceptus est / sed ammiratorum precibus
quod benefactoris cum gazanus contra soldanum procederet

vt supius dcm̄ ꝛ cu insultuz i saracenos vellet
hoīes in pratis ꝛ alia recreari/ proditor ga
zani ppositum soldano transmittit. ac super
i cautos irruere prouocauit/ Post discessum
uo soldani gasani psoldano pponit/ oes q
syria cu eo/ pp q malai qm gazanus ad
custodiaz regni syrie cu xxm dimiserat i
mesopotamiaz gaciꝰ transire/ rei gazano
nunciauit euentuz. ille transacto estatis calor
sup fluenta eufratis castramentatꝰ transuadare
fecit quo colosa pncipez milicie cu xxxm
tartaroꝝ. ꝛ cu puenisset anthiochiaz mi
sit pro rege armenie ꝛ xpianis/ qui erant
i cypro. ut venirent ꝛ cu syrie applicassent
venerit nona de grani i firmitate gazani
pp q infecto negocio. oes reddire cohacti
sut. 1301 eufratez q reddyt gazanus 1303
ꝛ inuenit gra gbusta germina a soldano. ꝛ
io ne pabula aialibꝰ defficeret i syria trans
sire no potuit/ tanta eiz erat multitudo exercitꝰ
eiꝰ q p tres dietas extendebat sup rippaz
eufratis/ vn accepto gsilio. veri tps expec
tare disposuit/ transmisit tn gatolosa cuz
xlta militu. qui cu rege armenie cepit ama
ꝛ gtos gladio percusserunt/ perexerunt cetm g
damastuz ꝛ audientes soldani apparatum
ppe esse ad duas dietas/ illuc peruenerunt
ꝛ hora vespertina superuenerunt. tunc gatolosa
g tatuz gsiliuz inuasit exercituz soldani de
lacu ꝛ montez satis tute locatuz. Nec potuit
illo sero gatolosa in extraher exercitum soldani
Sz neqz mane sequenti. cu ad hoc laborasset
usqz ad hora nonaz/ cu vero tartari saracenos
ad capud traher no posset. tedio ꝛ aq inedia
fatigati ad planu reddire damasti/ damaste
ni no colectos aquaz meatibꝰ sup tartaros
dimiserunt ita ut oportuerit eos dilecto abste
dere no sine pte ꝛ rez suaz iactura. ꝛ
i glory prom mesopotamiaz reddierunt
Post hec gazanus moritur. ꝛ successit ei fr cat
pandas. Hic filiꝰ fuit dne xane ꝛ baptiza
tꝰ ꝛ pꝰ mortez mris cultuz suscepit spurcissi
mi machometi/ Post morte itaqz gazani sa
racem armeniaz sepiꝰ distruerent ꝛ afflicto
nes multas prie i tulerent tandez 1307. d vyꝰ
usqz ad tarsuz percutibꝰ vix euader potue
runt 300. qui mortui uel capti fuerunt. nec
apliꝰ saraceni ausi fuerunt regnu i troire. sed
treugas iuicez firmauerunt

Ca. de soldanibus illius tpis

De tartaris sufficienter explicato/ ad
aliaz staz reddentes/ dicamus q
safandinus audito q multi cruce
signarentur i ptibꝰ occidentis/ minuto
damasto egypti pgit/ vt exercituz et thesauros
ggregret/ Interiz soldanus alapie gsilio saladini
q in expulsꝰ e. damastu obsidet. qua obsidione
soluit. reddies saphandinus/ accidit ꝛ tunc
vt unꝰ egyptꝰ admiratꝰ/ piratas. mx circa
quinqz homines capet in duabꝰ nauiculis.
Cu audita qrela salphandinus madauit vt
treugas solueret. ꝛ hoies redderet. ille obe
dire gtepsit. tunc rex illiꝰ admirati cepit
xx nauigia onerata victualibꝰ ꝛ ceteris ad
munitionez tyruz/ ꝛ i oppinate nocte de ptolo
maida exiens magnaz pdaz egit i distructu

saracenoꝝ et duxit vtriusqz sexꝰ copiam
multitudinez. ꝛ cu esset saphadino res dlata
/ rndit q treugas soluerat/ uel daret auxi
lij/ Coradinus aut saphadini filiꝰ cu grandi
processit exercitu. vsus ptolomaydaz ad
vna leucaz/ ꝛ exierunt usqz ad mo milites
nec i plio guenerit. Rex aut ad lucra i pn
ger agebat pdas/ et usqz ad ptes damiate
misit nauigia ꝛ plima acquisiuit 1204.
Eodz ano petrꝰ rex aragonie comes barci
none ꝛ dns montis pessulani/ roma iuit
ꝛ ab inocencio 3o coronatꝰ fuit/ ꝛ regnu suu
optulit inocencio ppe/ illo q sibi ac successoribꝰ
suis i ppetuu pro remedio aie sue ac pge
nitoꝝ suoꝝ gstituit cesuale/ ꝛ annatz d
camera ipiꝰ 240. naste mutine aptice se
di reddatur/ ꝛ ipe ac successores eiꝰ eidez
spalit fideles ꝛ obnoxij teneantur. fuit eiz
tm liberalis vt interduz creditoribꝰ mu
nicipia pro debitoribꝰ obligaret/. Hic
fuit semp aldefonso nobili regi castelle.
amiciciā fecceratꝰ/ ꝛ cu eo fuit i famosi
simo bello oberce/ Hic cepit castru abib
d prinic ꝛ castra alia d manibꝰ arabu
tulit 1204/ Rex ulacoꝝ ꝛ Rex bulgaroꝝ
g grecas ac turchis. ꝛ cumanis cu latinis
ggressi. eos vicit pertis maioribꝰ Imperato
eiz balduinꝰ andrinopolz/ a constantinopo
li. quinqz distante dietis obsederat/ q i ptez
venetoꝝ cessat ac rebellauerat. ꝛ ad hiberi
cerit. pxio citatez/ audies ipator comites
Lodoyuci ꝛ alioꝝ repetinu insultuz post
ulachos ꝛ cumanos/ quoꝝ ad leucas iij
multitudo i insidijs stabat/ cu eos sequutus
fuisset. truncato lodouico cu alijs ipator
nunq copiunt. ꝛ paucis gstatinopolz i reddi
tu cepit// redeuntibꝰ multitudo maritiam
venetoꝝ vocatuz rodosto fatigata pueniet
Et in gstatiopolz/ eodez ano magna classis
de venet. exijt/ cu priarcha gradensi d. tho
ma maurroceno ꝛ iuit gstatiopolz. et i
reddituo cepit durachiu. ꝛ ragusiu. Eod
ano philippꝰ rex francie/ ecclie btī dyonisij
multas reliqas preciosissias optulit. quas
Imperator Balduinꝰ d sta capella q dr os
ledms acceperat/ ꝛ gnetus g processione et
nudis pedibꝰ deuote eas suscepit./ eod ano
rex yerlz vites fraz bellatoribꝰ vacuaz
cu saracenis/ treugas inijt g ptolomaide
moritur/ huit aut ex ysabella regina
filiu pmuluz almaricu. ꝛ duas filias si
bilaz nupta/ ienoni regi armenie ꝛ alia
mylisat nupta Joannis pncipi anthio
chem ꝛ comiti tripolitano. ꝛ breui tpe
puer mortuus/ Postea nr ꝛ remansit
heres/ maria maior eiꝰ filia qua ex mar
chione corado gcepit. q postea nupsit
comiti brenesi 1200. / otho cu philippo
duce sueuie d i pio gtendit. sz cu sola colo
nia othoni faueret/ ipe cu expulso co
lonia capitur/ henricꝰ balduini fr. g
statiopolis Imperator efficitur/ iste cu ulachis
pace firmata/ filia pncipis ipoꝝ duxit
vxorez ꝛ vniuersa usqz thesalia restitu
ta sunt/ ꝛ illuc pperas comitez montis ferra
ti defunctu reppit/ coronato ibi p pre filio

sero

et 4or defuit c. Veneciarum dux eligitur d. petrus
ziani. Eodem anno beatus franciscus mundum
deserens perfecte sequitur christum. quod ex eo colligitur
quia 1226 transiit ex hoc mundo ad patrem et xx
annis vixit in ordine. Beatus vero dominicus sequenti
anno cum didaco episcopo contra albigenses iuit ut patet in
p. 21.

De eis Joachim super yeremiam sic ait
tales est necesse ruinam predicare et
plangere quibus voluntaria paupertas
arrideat et in future tribulacionis
aculeis et spiritualis vite ac doctrine puritas
non obsistat. Revelandi quippe sunt in proximo in ecclesia
doctores predicatores quam fideles, qui contra carna
lia quoque corda eius plaga cognoscat, ac arctis
et timendis magisteriis silencium studiis suis
ponat. Prefigurati autem sunt in caleph et iosue
exploratoribus terre promissionis. num. xiiii. in ma
nasse et effraim benedictis a iacob gen. 48. in
moyse et aaron quibus credidit populus exodi iiii. in
zorobabel et iesu filio iosedech reedifican
tibus domum domini agei i. in elia et eliseo signatis
duplici spiritu ad probandum scilicet et miracula
operandum 4 Re. 2o. In iohanne baptista et christo
inchoantibus viam novam predicando penitenciam et appro
pinquacionem regni. Math. 3o. et 4. in duobus explo
ratoribus iericho quibus crediderunt adversarii domini
Josue 4. in duobus angelis sodomam missis
ad carnalem scilicet vitam hominum dissipandam gen. 19
In duobus discipulis missis ad solvendam asinam
id est ecclesiam peccatorum vinculis alligatam. Mar. xi.
In ii euntibus in emaus quorum corda inardescunt
ardent christo reserante scripturas. luc. 24. in ii
currentibus ad sepulcrum id est sacram scripturam christum
continentem. Jo. 22. in duobus iuvenibus virtute
decoris se mutuo adiuvantibus ii Ma. 3. In
duobus leonibus troni salomonis id est ecclesiam
tenentibus 3 Re. 9. in ii tubis argenteis per sono
ritatem predicacionis. Denique sunt Joachim figu
rati in corvo et columba emissis de archa
ut cessare deinceps diluvium peccatorum. in quibus
habitu et privilegiis quociens modo discernunt pre
dicatores. Sicut corvorum nigri sunt habitu, generis
vita, loquaces doctrina. sunt enim corvus 40
noctis mutacionis secundum fulgencium. minores vero
instar columbarum sunt multiplicacione fecundi, habitu
varii, obediencia agiles, electis granis scripture
et pascuntur, per cantum dant gemitum predilacione patrie

Apparuit gracia salvatoris nostri dei diebus
istis novissimis in servo suo francisco
quem pater misericordiarum et luminum in tanta larga
dulcedinis benedictione prevenit, quod sic ex vita eius
apparet de cursu non solum de mundana quem
sacerdos eripuit, verum eciam evangelice perfectionis
professorem duce atque preconem perfectum effec
tum in lucem dedit gencium ut testimonium
perhiberet de lumine, et ad corda fidelium
viam lucis et pacis domino prepararet. nec non
et ostensis circa eum preclaris crucis misterii
ris insignibus demonstravit illustrem. Hic
nimirum de vallis spoletane partibus civitate asi
sii trahens sed in re prius nominis non amisit.
Licet enim inter vanos fuerit hominum filios iuvenili
etate nutritus in vanis, et post aliqualem litterarum
noticiam lucratis mercacionum deputatus negocio
eius supino tamen sibi assistente presidio non inter lascivos
iuvenes post carnis petulanciam abiit, nec inter cupidos
mercatores speravit in pecunia et thesauris. Erat
namque iuvenis francisci precordiis divinitus indita quedam
lenitate mansuetudinis, quedam ad pauperes miseracio
liberalis, quod secum ab infancia crescens tanta cor
illius benignitate repleverat, et iam evangelii
non surdus auditor omni poneret se petenti tribue
re maxime si divinum allegaret amorem. Semper quoque
iuventutis florem firmat se divino sponsione constrin
gens quod numquam si possibilitas afforet petentibus
pro amore dei se negaret. Quod promissum tam
nobile usque ad mortem servare non destitit, ad
copiosiora in deum dilectionis et gracie incrementa
pervenit. Verum licet hinc ingitem corde ipsius arderet ignis
ignorabat adhuc adolescens curis terrenis
implicatus celestis allocucionis archanum. donec
facta manu domini super eum, et castigatus fuit exterius
prolixi langoris gravedine, et clarificatus interius sancti
spiritus unctione, corporeis post modum viribus ut
cumque resumptis, incetero mutata in melius. cum
militem quendam nobilem quidem genere sed inopem
rebus obvium habuisset, quasi regis et pauperis christi
memor effectus. tanta fuit erga virum pietate per
motus, ut decencia que sibi paraverat indumenta
deponeret illumque protinus se nudato vestiret. noc
te vero sequenti cum se sopori dedisset, palacium specio
sum et magnum cum militaribus armis crucis sig
naculo insignitis, his propicius amore militi egeno
subvenerat, dignativa sibi revelacione monstra
vit. nec non visa omnia sua fore militumque suorum si
crucis christi vexillum constanter assumeret. sub alienc
racionis certitudine repressit. et tunc a publice nego
ciacionis tumultu se subtrahens solitaria quere
bat amica merentibus in quibus cum gemitibus inenar
rabilibus incessanter intenderet, post longam precum
instanciam quam sibi perfectionis semitam a domino postulavit
ondi, ad votum promeruit exaudiri. Una quippe
dierum dum sic sequestratus oraret, apparuit ei
ihesus christus veluti crucifixus, cuius tanta efficacia ingeres
evangelicum illud qui vult venire post me abneget
se et tollat crucem suam et sequatur me, ut mentem ipsius intus eius
a incendio dileccionis adureret, et absinthio
compunctionis impleret, iam ad premisse visionis in
tuitum liquefacta est anima eius, et memoria passionis
christi visceribus cordis ipsius impressa, adeo medullitus ut
crucifixi domini plagas oculis mentis interius quasi ingiter
cerneret et vix exterius a lacrimosis gemitibus
continere valeret. Induit ex tunc spiritum paupertatis,
humilitatis sensum, et affectum intime pietatis, certa
sua disponebat distrahere, dominoque mercandi
modo negociacionem mundanam in evangelicam
commutare, et qui prius esset remotum leprosorum
vehementer horrebat aspectum, propter christum crucifixum
et iuxta verbum propheticum quasi leprosus apparuit
Visitabat frequenter domus eorum, libenter elemosinas
erogabat, et cum multo compassionis affectu manus
eorum osculabatur. et oracionis causa apostoli petri limina
visitaret conspecta pauperum multitudine ante fores
ecclesie, partim pietatis dulcedine partim paupertatis a
lectus amore, uni ex eis magis egenti proprias largi
tus est vestes, et seminiciis contectus illius, diem illum in medio
pauperum cum insolita iocunditate transegit

Cum enim die quadam egressus ad
meditandum in agro dum se ambularet iuxta

ecclesiam sancti Damiani que minabatur pre nimia vetustate ruinam, et instigante se spiritu eandem causa orationis intrasset, prostratus ante ymaginem crucifixi, non modica fuit in orando consolationis suavitate repletus. Cumque lacrimosis oculis intenderet in dominicam crucem, vocem de ipsa cruce ad se miro quodam modo dilapsam, corporis audivit auribus ter dicentem: Francisce vade repara domum meam, que ut cernis tota destruitur. Ad cuius stupende vocis commotionem mirificam vir dei primum quidem perterritus, deinde gaudio et admiratione repletus, protinus surrexit, totum se recolligens ad perficiendum mandatum de reparanda materiali ecclesia, licet principalis intentio ad eam ferretur, quam Christus suo sanguine acquisivit precioso commercio, sicut eum spiritus sanctus edocuit, et ipse postmodum sibi familiaribus revelavit. Mox ergo ut potuit pro Christi amore distractis, ecclesie prelate sacerdoti pauperculo ad ipsius reparationem et pauperum usum pecuniam obtulit. Et quia eum ad tempus secum morari permitteret humiliter requisivit, acquievit ille de mora, sed timore parentum recusante pecuniam, verus ille iam pecunie contemptor in quandam fenestram proiciens quasi pulverem vilipendit. Sentiens autem ex hoc adversus se patris concitatum furorem, ut ire daret locum, diebus aliquibus in quadam occulta fovea orans et lacrimans latuit, ac tandem quadam spirituali repletus leticia et virtute indutus ex alto, exivit fiducialiter, prodiit et civitatem constanter intravit. Quem cum iuvenes cernerent facie squalidum ac mente mutatum, ac per hoc alienatum putarent a sensu, luto platearum impeterent et clamorosis ei vocibus insultarent, famulus domini nulla prorsus mutatus ac fractus iniuria, ut surdus in omnibus pertransibat. Quibus auditis pater ipsius furens et frendens, tamquam si naturalis esset miserationis oblitus, pertractum domum filium verberibus angere cepit, vinculis astrinxit, ut dum eius per molestias corpus atteret, ad mundi blandicias animum inclinaret. Experiencia tandem certa cognoscens, dum famulum ad quecumque aspera pro Christo perferenda promptissimum, cum liquido cerneret quod eum revocare non posset, cepit eidem vehementer insistere, ut coram episcopo eius renunciaret in manibus hereditario iuri, primo omnium facultatum. Ad quod domini servus ultro se offerens, mox ut pervenit coram antistite, nec moras est passus, nec cunctatur de aliquo, non exegit verba, nec reddidit, quin potius vestimenta sic cuncta deposuit, quod et femoralia ipsa reiecit, dicens ad patrem: usque nunc vocavi te patrem in terris, amodo secure dicam pater noster qui es in celis, apud quem omnem thesaurum deposui, et omnis spei mee fiduciam collocavi. Sicque totus coram astantibus ut ebrius spiritu, amore illius nudari non horruit, qui nudus pro nobis in cruce pependit. Episcopus non tam excellentem dei servi fervorem admirans, eum inter brachia sua cum fletu suscipiens et pallio cooperiens, iubet aliquid sibi dari ad membra corporis contegenda. Franciscus autem oblatum vile mantellum gratanter suscipiens, cum cemento quod sibi occurrit crucis signaculum, animam suam ligno salutis commisit, per quod de mundi naufragio salvus exiret. Solutus extunc mundi contemptor a vinculis terrenarum cupiditatum, dum civitate relicta securus et liber laudes domino in medio nemorum gallica lingua cantaret, occurrentibus sibi latronibus magni regis preco non timuit, nec a laude cessavit, utpote quem viator seminudus in vacuus erat, et apostolico more in tribulatione gaudebat. At illi cum interrogarent quis esset, et fateretur se magni regis preconem, in defossum loci plenum nivibus proiecerunt dicentes: iace rustice preco dei. Ille postquam exilierat, eis recedentibus altiori voce cepit laudes creatori omnium personare. Extunc totius humilitatis amator ad obsequendum leprosis se transtulit, ut sui mundique contemptum perfecte prius disceret quam doceret. Lavabat eorum pedes, ligabat ulcera, in audito quidem fervoris excessu ulcerosarum plagarum ruebat in oscula, os suum ponens in pulvere, ut saturatus obprobriis carnis superbam legi spiritus potestative subiceret, sicque domini hoste subacto domestico pacifice possideret. Accidit unum ex multis. Cum enim quidam cuius os prius et maxillas morbus orribilis depascendo corroderet, nec ei subvenire posset aliquo medicine remedio, pro devotione vellet ipsius osculari vestigia, vir humilis hoc non ferens osculari volentis pedes, osculum oris dedit, et continuo eger sanitatem recepit. Quid horum sit mirabilius nescio, an humilitatis profunditas in osculo tam benigno, an virtutis preclaritas in miraculo tam stupendo. Fundatus quippe in humilitate Franciscus ac paupertate dives effectus, reparationi ecclesie mix datum sibi e cruce mandatum adeo sollicite cepit intendere, ut corpus attritum ieiuniis honeribus lapidum subderet, et elemosinarum subsidia et ab illis non abhorreret deposcere, apud quos consueverat habundare, devotione quidem sibi assistente fidelium, quam preclaram iam in viro dei ceperant nosse virtutem. Non solum sancti Damiani, verum et principis apostolorum et virginis gloriose ruinosas et derelictas resarcivit ecclesias, ut quod in posterum per eum deus spiritualiter operari disposuerat, sensibili opere presignaret. Iuxta enim reparate triplicis fabrice ipsius ducatum, sub dicta ab eo forma regula et doctrina Christi ecclesia erat triformiter reparanda. Sic et vox ad eum facta de cruce, tercio replicans de domus sue reparatione mandatum, preambulum extiterat signum, et nunc in tribus ab eo institutis ordinibus cernimus esse completum.

De institutione religionis et approbatione regule

Ecclesiam itaque tertiam // Consummato iam opere in ea que sancta Maria de Portiuncula sive de angelis dicitur, moratur assiduus ibi, secundum angelicam visitationum frequentiam. Ibi quoque illius suffragantibus meritis, que peperit precium nostre salutis, viam perfectionis invenire promeruit, per infusum sibi divinitus spiritum evangelice veritatis. Nam cum in ea die quadam inter missarum solemnia legeretur evangelium illud in quo Christus discipulis ad predicandum missis formam tradit evangelicam in vivendo, ne videlicet possideant aurum vel argentum nec in zonis pecuniam, nec peram ferrent in via, nec duas haberent tunicas, nec calciamenta nec virgam; mox huius verborum auditu tanta eum virtute spiritus Christi perfudit et induit, ut in formam vivendi prefatam non solum noticia et affectu, verum et vita et habitu transformaret. Illico enim calciamenta deposuit, reiecit baculum, peram et pecuniam abdicavit, unaque contentus tunica, dimissa corrigia pro cingulo funem sumpsit, omnem sollicitudinem cordis apponens qualiter audita perficeret, et apostolice rectitudinis regule se ipsum per omnia coaptaret. Cepit ex hoc vir dei divino instinctu, ut alter Elias veritatis emulator existeret, aliquos ad evangelicam perfectionem inducere et ceteros ad penitenciam invitare. Erat autem ipsius

eloquia non inania nec risu digna / erat virtute
spiritus sancti plena / erant medullas cordis pene-
trancia / ut et in vehementem stuporem audientes
converteret / et obstinatorum mentes / efficacia virtuosa
molliret / cepit ergo viri quidam eius exemplo ad peni-
tenciam animari / et eidem relictis omnibus habitu vi-
taque iungi / 1207 / sane iam firmum domini vocante
consummato senario / cum pius eorum pater et pastor locum
solitudinis nactus / in multa cordis amaritudine vitam
deploraret adolescentie non sine culpa transactam
sibique et plus quam in Christo genuerat veniam postu-
laret et graciam / excellissima quadam in eum superveni-
ente leticia / certificatus de remissione omnium delic-
torum usque ad quadrantem novissimum / raptus
deinde super se et in quodam lumine vivifico / totus
absortus / que circa se et fratres futura erant
luculenter aspexit / sicut fratribus nunciavit / complete
autem octonario fratrum misit eos in iiij partes orbis / ite
inquiens dulces pater ad filios / annunciantes pacem
hominibus predicate penitenciam in remissionem peccatorum / estote
in tribulacionibus pacientes / in oracionibus vigiles
in laboribus strenui / in moribus graves / in beneficiis grati
quia pro hijs omnibus regnum vobis paratum eternum /
illi autem prosternantes se in terram / cum gaudio spiritus su-
scipiebant obediencie sancte mandatum / modico
autem elapso tempore benignus pater caro plus exoptans
presenciam cum per eos convocare non posset pro eo ora-
bat hoc fieri / qui dispersiones congregat israhelis
et illi providencia divina non sine administracione
ipsorum pariter convenerunt / paucis autem elapsis
diebus cum ad duodenarium numerum excrevissent
disposuit disposuit domini famulus / cum illo sim-
plicium cetu apostolice sedis adire presenciam / ut
pro ostensam sibi a domino normam vivendi / quam et
brevi sermone conscripserat confirmaret / properatque
ipse cum sociis iuxta propositum / apparere conspectui
summi pontificis / preveniunt eum dignacione
clemencie dei virtus et sapiencia / Christus summum per visionem
commonefaciendo vicarium / ut supplicanti pau-
perculo et placidum daret auditum et benignum
preberet assensum / vidit namque in sompnis pon-
tifex ipse romanus lateranensem basilicam / rui-
ne fore iam proximam / quam quidam homo pauperculus
modicus et despectus / proprio dorso summisso ne caderet
sustentabat. Cum ergo in famulo dei sapiens conte-
plaretur antistites innocenciam / simplicitatem animi
puritatem / mundi contemptum / paupertatis amorem
propositi perfecti constanciam / animarum zelum / ignitique
voluntatis sancte fervorem / vere inquid hic ille qui
opere et doctrina Christi substentabat ecclesiam. Proinde ad
ipsum perpetuam ex tunc devocionem concipiens / ac pe-
ticionem eius per omnia se inclinans approbavit / re-
gulam dedit / de penitencia predicandi mandatum. Postu-
lata tunc concta concessit / ac plura se concessurum
in proximum liberaliter repromisit /

Hectus exinde gracia superna franciscus
summi auctoritate pontificis / cum fiducia
multa versus vallem spoletanam iter
arripuit ut perfeccionem evangeli-
cam quam mente conceperat et professione devoverat
facto perficeret et verbo doceret / in hac via
collacione contracta super regula sincera suadenda hora
pertransijt et laxati ex diuturnitate laboris
esurientes in quodam loco solitudinis substiterunt
et cum omnia deesset ad providendum de necessario victu
statim affuit providencia divina nam subito affuit homo
deferens panem in manu quem pauperculis Christi dedit / su-
bitoque disparuit / incognitus unde venerat vel quo
iret / sic fratres magis dono libertatis divine quam cibo
carnis prope refecti / firmiter statuunt / nullius
inedie aut tribulacionis impulsu a sancte paupertatis re-
silire promisso / mota quadam questione utrum inter
homines conversari / an ad loca solitaria se confer-
re deberet / Christi famulus cum per oracionis instanciam super
hoc divinum beneplacitum requisisset / superne illu-
stratus revelacionis oraculo / intellexit ad hoc
se missum a domino / ut Christo lucraret animas quas
dyabolus conabatur auferre / ideoque magis omnibus quam sibi
soli vivere in omni religionis districtione cum fratribus vi-
veret / et ubi diu pro loco et tempore predicaret / factus
ergo evangelicus preco / civitates circuibat et castra
non in doctis humane sapiencie verbis / sed in virtute spiritus
sancti annuncians verbum dei / domino dirrigente loquen-
tem / revelacionibus previjs et sermonem confirmante
sequentibus signis. Cum sabbato quodam ad huc
ibidem morantibus fratribus civitatem intrasset
assisij / mane predicaturus ad populum et iuxta morem
pervigil in oracione persisteret. circa mediam noctis ho-
ram quibusdam orantibus / currus igneus miri splen-
doris super quem residebat globus ad modum
solaris aspectus / per lucidus per hostiolum habitaculi fratrum
ingrediens / huc atque illuc per domicilium ter se con-
vertit ad cuius mirabilem et preclarum contractum
stupefacti sunt vigilantes / excitati simul et
exterriti dormientes / nec minus senserunt cordis
claritatem quam corporis / dum ex virtute mirandi
luminis alterius alteri conscientia nuda fuit / intellexerunt
namque concorditer omnes videntibus invicem universis et cor-
dibus singulorum sanctum patrem franciscum / in tali transfigu-
ratum effigie sibi demonstratum a domino. tamquam qui
in spiritu veniens. et virtute helie / spiritualis esset
milicie effectus princeps / ut currus israhel et auriga
eius / reversus nempe vir sanctus ad fratres cepit confortare
illos de ostensa eis celitus visione / cepit conscienciam
ipsorum secreta rimari / nec non et futura predicere
adeoque chorruscare miraculis / ut pateret clare
steterit duplice helie spiritum in tanta super eum pleni-
tudine sancti quievisse / Post hec ad sanctam mariam
de porciuncula duodenarium fratrum reduxit / ut
ubi meritis matris dei / minorum sumpserat ordo inicium
ipsius illic auxilijs susciperet incrementum. Ubique
annunciat regnum dei videbat intuentibus homo alterius
seculi / quippe qui mente et facie in celum semper intentus
omnes sursum trahere conaretur. tum predicacionis
eius fervore succensi quam plurimi. secundum formam a viro
acceptam novis se penitencie legibus vinciebant
et hunc vivendi modum ordinem fratrum de peni-
tencia nominavit / et quanti apud deum existat meriti
ex patratis in eo miraculis innotescit. Contexeba-
tur et virginum ad perpetuum celibatum / inter quas
virgo carissima clara / ipsa plantula prima tamquam
flos vernans / et candidus odorem dedit. et tamquam stel-
la prefulgida radiavit. Multi quoque devocione compuncti
ipsius sequebantur vestigia. qui cottidianis succre-
scentes virtutibus perfectibus. usque ad fines orbis terre
celeriter pervenerunt. Eo tempore religiosus quidam
de ordine cruciferorum morico nomine tam gravi
morbo tamque prolixo laborans. ut mortis iam proximus
putaretur. viro dei supplex factus per nuncium
postulabat instanter ut pro se apud deum intercedere
vellet Cum vir pius benigne assentiens oracione premissa

clara

panis micas arripit, et cum oleo sumpto de lampade que coram Virginis ardebat altari commiscens, quoddam electuarium infirmanti transmisit dicens: medicinam hanc fratri nostro deferto Morico, qua ipsum Christi virtus non solum plene sanitati restituet, verum et robustum bellatorem effectum acici nostre perseveranter adiunget. Gustato antidoto sanus surrexit, et ordinem ingressus longo tempore loricam portavit ad carnem, et crudis dumtaxat contentus cibariis, non vinum sumebat poculum, nec coctum aliquid gustabat, crescentibus quoque virtutum eius meritis et opinione circumquaque diffusa. Quidam secularium cancionum curiosus inventor, qui ab imperatore propter hoc fuerat coronatus et inde rex versuum dictus, virum Dei adire proposuit. Cumque eum predicantem reperisset, duobus transversis ensibus valde fulgentibus in modum crucis signatum, quorum unus a capite usque ad pedes, alter a manu in manum transversaliter tendebat, et verborum ipsius virtute compunctus, beato viro professione cohesit. Hic postea in omni sanctitate proficiens, antequam fieret minister in Francia, meruit magnum thau in fronte Francisci videre, quod colorum varietate distinctum faciem ipsius miro venustabat ornatu. Hunc ab inquietudine seculi ad Christi pacem conversum sanctus fratrem Pacificum appellavit. Multiplicatis iam fratribus cepit eos in sancta Maria de Porciuncula ad generale capitulum convocare, ubi fratrum multitudo ultra V milia convenit; aliquando tamen divina opitulante clemencia et victus sufficiencia liberaliter et salus confabatur corporea, et spiritualis iocunditas affluebat. Capitulis vero provincialibus quibus corporalem presenciam exibere non poterat, precum instancia et benedictionis efficacia spiritu presens erat. Dum enim egregius predicator Antonius de titulo crucis Iesus Nazarenus rex Iudeorum in Arelatensi capitulo fratribus predicaret, angelicus vir Monaldus in hostio capituli vidit beatum Franciscum corporeis oculis in aere sublevatum, extensis velud in cruce manibus benedicentem fratres, qui tanta et tam insolita consolacione spiritus se repletos esse senserunt, ut de vera sancti patris presencia certum eis intra se spiritus testimonium perhiberet; quod et beati Francisci fuit attestacione compertum.

Habuerunt autem XII primi fratres et socii eius: Bernardus primogenitus tempore et privilegio sanctitatis; Petrus; Egidius sepe raptus; Sabatinus; Moricus parvulus; Johannes de Capella apostatavit, de quo dictum est: Johannes de Capella cum Iuda est sine sella; Philippus longus visitator sororum minorum; Johannes de sancto Constancio; Barbarus; Bernardus de Violante; Angelus Tancredi; ... de Asisio; Johannes de Apulea. Ceteri autem spirituales et familiares eius socii fuerunt: frater Rufinus de Asisio, homo humilis, cui beatus Franciscus testimonium reddidit quod hic vivens erat canonizatus in celis; Angelus de Reate homo curialis; Leo de Viterbio homo venerandus. Hic fuit cum beato Francisco quando recepit stigmata, et postea scripsit regulam fratrum minorum. Hic mandavit fratri Guilhelmo de Anglia sepulto in ecclesia beati Francisci et miris coruscanti miraculis, ne amplius faceret miracula dicens: cum non veneris meliore te premium. Et statim cessavit a miraculis. Masseus fuit cum beato Francisco quando impetravit graciam a beato Honorio tercio apud Asisium. Petrus Catanii hunc beatus Franciscus cum venisset ad locum Porciuncule defunctum invenit, quem multum dilexerat; et quia multis coruscabat miraculis, propter quod populus concurrebat, et maxime mulieres offerentes linum, et huius beatus Franciscus accessit ad locum sepulture et dixit: frater Petre, obediens fuisti in vita, et nunc etiam in morte debes obedire mandato et per obedienciam, quod cesses ab istis miraculis, quia multum molesta sunt astantibus. Et statim cessavit. Et cum beatus Franciscus faceret transferri corpus eius, iacens et flexis genibus in sepultura quam reverenter suscepisset mandatum patris. Gerardus de Mutina ibidem sepultus, ubi multis fulsit miraculis. Hic fuit cum beato Francisco quando predicavit avibus, et frater Masseus similiter. Frater Pacificus in episcopatu Brixiensi veneracioni habetur. Hic et frater Masseus sepe magnas revelaciones habuerunt de beato Francisco.

Dominicus predicator dux et princeps inclitus ex Yspania villa Caloroga Oxomiensis diocesis extitit oriundus. Cuius mater ante eius ortum vidit in sompnis se gestare catulum ardentem faculam baiulantem in ore, qui egressus ex utero totum mundum accendere videbatur. Cuidam et matrone que ipsum ex sacro fonte levavit. Adhuc etiam sub nutricis custodia positus deprehensus est lectum deserere, qui iam delicias horrescens, et accubare super terram. Deinde adolescens missus ad studium cepit diligenter attendere, et ut animum transferret ad sapienciam per decennium a vino abstinuit. Post hec ad studium theologie se totum transtulit et divinis eloquiis inhiare cepit, quorum mellea dulcedine delectatus hausit unde quod postea effudit habunde. Cum fames valida ingrueret, venditis libris et omni supellectili precium dedit pauperibus, quo facto multos divites et magnos ad opera misericordie provocavit. Cumque honestatis eius late patens preconium Oxomiensis episcopi diocesani attigisset auditum, accersitum eum fecit in ecclesia sua regularem canonicum. Qui statim inter canonicos velud singulare iubar emicuit et de virtute in virtutem progrediens a canonicis subprior ordinatur. Continue lectioni et orationi vacabat, flagrans se totum aliorum posse saluti impendere. Patrum collaciones patrum studiose legens magne perfectionis apicem apprehendit. Pergens cum predicto episcopo apud Tolosam hospitem suum deprehendit hereticum, et tam affabili persuasione quam racionabili inductione ad fidem convertit. Anno autem quo beatus Franciscus ordinem inchoavit in 1207 missi sunt XII abbates Cisterciensis ordinis ab Innocencio papa cum uno legato ad terram Albigensium, ut in hereses pro viribus extirparet. Concilio autem episcoporum et ecclesie prelatorum convenientes quo acceptata perficere commode posset, superveniens Didacus episcopus consuluit ut dimissa pompa expensarum equitatuum et vestium in paupertate Christi pauperem predicarent. Primusque incepit quod docuit, retinens secum paucos ex clericis, ut fratrem Dominicum, qui tunc cepit frater Dominicus non subprior appellari. Petrus autem de Castro novo domini pape legatus a comite Tholosano, quem propter hereticorum defensionem excommunicaverat

occiditur, ideoque terra eius expugnata regi Franco-
rum applicata exponitur.

Porro ibidem agitatis sectis dispu-
tationum conflictibus, apud Fanum Iu-
ionis disputatio solempnis indicitur
sub iudicibus agitanda, et tandem catho-
licis conscriptis libellis, et in commune redac-
tis, quam etiam ab hereticis ex alia parte
inter catholicos libellus, quem scripserat beatus
Dominicus coram laudatus disseruit. Procedente
vero iudicibus inter se distrepantibus, tandem fuit
consensus eorum summa, ut ambos libellos flammis
inicerent, et qui ab igne non combureretur conti-
geret. Ille procul dubio rectam fidem contine-
ret. Combusto autem hereticorum libello, libellus
beati Dominici illesus de igne prosilivit primo, secundo et tercio.

Eodem anno 1207 Ianuenses exierunt
xxxi galee, et ceperunt Corphon et
destruxerunt Mothonum. Eodem
anno Azo marchio Estensis regi-
men Verone suscepit de communi voluntate duarum
partium, scilicet comitis sancti Bonifacii et Monticulorum.
Sed Monticuli favore Ezelini de Romano
eum de Verona expulerunt. Ille vero convoca-
tis amicis et exercitu preparato Veronam ag-
greditur, fautoribus sibi Mantuanis et parte
comitis sancti Bonifacii. Ezelinus autem alteri parti fa-
vens cum exercitu copioso venit, sed diu prevalere
non potuit, cum omnibus de parte sua fractus fugit.
1208 pars Monticulorum cepit castrum Pischerie
necnon Veronensem districtum circuens ra-
pinis et incendiis omnia devastabat. Sed
marchio et comes predicti parato exercitu
eos obsederunt, et captos in compedibus posu-
erunt, qui ad mandatum sequentis Othonis
cum in Ytaliam venit dimissi sunt. 1208 Veneti
ceperunt Coronum et Candiam et totam insulam
Cretensem. Eodem anno mittuntur solempnes
nuncii ad Philippum regem Francie, ut de
apto viro ad defendendum terram sanctam pro-
videat, marie iam nubili heredi regni. Et
providit de Iohanne comite Breniensi, qui
tunc comitatum a nepote tenebat. Et sponte spon-
dit rex grande consilium auxilium. Comes
autem biennium transfretare.

Otho filius ducis Saxonie et
nepos ex filia Henrici secundi regis
Anglie postea imperavit. Post
mortem enim Henrici fratrem inno-
centius autem papa causam supra allegatam contra volun-
tatem regis Francie, qui coniunctus erat cum
Philippo, ut de comite Flandrie et aliis bu-
rgis suis commodius triumpharet, contradi-
centibus quamquam pro magna parte Romanis,
multis et ex magnatibus ipsis dissentien-
tibus, Othonem coronavit. Cuius pater dux Sa-
xonie de crimine lese maiestatis ab imperatore
Frederico convictus et universo baronum iudi-
cio condempnatus fuit, et patrio ducatu
deiectus. In ipsa autem coronatione primo iuravit
domino pape, et accepit ab eo se primo modo et iura sancti
Petri intendens esse quoslibet defensando

sed ipsa die qua venit, quod propter hoc et propter expensas quas
ab imperatore Romani petebant orta discor-
dia, Romani cum eo conflixerunt. Multique de Theo-
tonicis occisi sunt. Imperator quoque cum de dampnis re-
sarciendis ageretur, dicebat se 1100 equos
amisse, reddiens vero sic aliud occupat castra et
municiones occupavit. Que erat iuris beati Petri
patriarcha Foriiulii, montem Flasconis ac pene
totam regnanam. In transiens in Apuleam oppug-
nat terram Frederici filii Henrici imperatoris, cepitque
multas urbes et castella in regno Apulee, quod
totum est de feudo beati Petri ... missis quoque hic
in nunciis cum imperator eaque occupavit designare
nullatenus vellet. Insuper Romipetas a fine qui
in castris posuerat expoliari faceret. Papa excommuni-
cationis sententiam promulgavit in eum. Deinde cum nec
sic resipiscere vellet, et in predictis procederet,
papa subditos ipsius ab eius fidelitate absolvit,
sub anathematis interminatione prohibens ne quis
imperatorem haberet eum aut nominaret. Sicque reces-
serunt ab eo rex Boemie, dux Turingie, lan-
gravius, dux Austrie, multique alii tam seculares
quam ecclesiastici. Tunc quidam Almaricus de territorio
Carnotensi, qui semper in artibus et in sacra pagina
disserendi atque docendi modum et opinionem privatam
atque iudicium ab aliis separatum habuit, ausus est
constanter affirmare quod quilibet tenetur credere se
membrum esse Christi, et unum esse de articulis fidei, sine quo
nemo potest salvari. Contradicit ei Parisiensis univer-
sitas. Unde ad summum pontificem coactus accessit,
et condempnatus revertens ex Parisius compellitur
ore profiteri quod predicte opinioni sentiret contrari-
um. Tedio et indignatione affectus egrotare cepit
et in brevi decessit. Post mortem vero eius venenosa
doctrina ipsius quidam infecti surrexerunt, asserentes
quod patris potestas duravit quamdiu viguit lex Mo-
saica. Christo autem adveniente absoluta sunt omnia ve-
teris sacramenta testamenti, et viguit nova lex
usque ad tempus quo talia predicabat. Tunc autem no-
vi testamenti sacra cessasse et spiritus sancti tempus incepisse.
Et ideo sacramenta ecclesiastica locum de cetero non
habere, sed unumquemque per gratiam sancti spiritus, tamen interius sine
aliquo exteriori actu inspiratam, salvari posse.
Caritatis quoque virtutem sic ampliabat, ut quod alias
peccatum esset, si in caritate fieret, non peccatum careret.
Et simplicibus quos decipiebat permittebat impu-
nitatem peccati, dicens deum divites bonum tamen nono et non
iustum. Capti sunt ergo multi secte illius clerici et
layci utriusque sexus, et adducti Parisius in congre-
gato concilio condempnantur, et combusti crematur excep-
tis quibusdam simplicibus ac mulieribus seduc-
tis. Almaricus hic quoque in pace sepultus ab
universo concilio condempnatur et excommunicatur, ac de
sacro cimiterio eiectus. Presterchilina phisica
reprobatur quoque eius doctrina. Ex de summa trinitate cum marginem
1210. Iohannes comes Breniensis Ptholomaidam
applicuit, pergitque Tyrum, cum prelatis et baronibus
ubi reginam desponsat et coronatur. Philippus
rex Francie cepit castrum in septentrionali la-
tere miceris Britannie, unde erat in Anglia finalis
transitus, et circumiacentem provinciam multum
dampnificabat. Coradinus autem qui Meleddi-
maddam Ptholomaidam aggressus, Ptholomenses
extra urbem peritos invenit, et cum nimis appropinquaret,
equus illius subante percussus succumbens se iactans
illum deiecit. Facta autem vespera ad propria reversus est.

Rex ptholomaytam rediens felix pacem magnam egit /
et cum suis salvus rediit / ex tunc christianos qui obsessi
essent numquam exibant. Saraceni autem videntes
eum inferioris esse potencie quam putabant / fir-
maverunt castrum in monte tabor et cum ptholo-
maydam sepius distruebat. propter quod multi pegri-
ni repatriabant dites et potentes

In territorio belvacensi floruit beli-
nandus frigidi montis monachus
vir religiosus et facundia disertus
qui versus vulgares secundum unitatem de
morte composuit et cronica a mundi inicio usque
ad tempora sua et librum de regimine principum
et alium qui platus monachi lapsi dicitur compi-
lavit / Othone quoque dampnato ut dictum est barones
alemanie regis francorum consilio mediante / Fre-
dericum henrici quondam imperatoris filium inaminiter
elegerunt imperatorem / rogantes papam ut eius confir-
maret electio. quamvis satis hoc vellet. quia tamen
romana ecclesia tarditate et gravitatem in magnis
rebus observare consuevit dissimulabat et etiam
quia illam progeniem non amabat / fuit autem elec-
tus 4us othonis anno

Fredericus postea imperavit vocatus
a baronibus de consilio regis francie
Romam venit / et a cardinalibus honori-
fice susceptus est. in intrando ale-
maniam / et veniens constanciam. cum
adventum sentiens otho sequebatur eum cum 200 militibus
Jamque premiserat famulos et equos in eadem urbem
ipsa die venturus / Itaque cum fredericus urbem intrasset
othone per tres leuchas distante / otho ipse cum
suis repulsus est / dicunt autem quod si fredericus
per tres horas tardasset alemaniam non intrasset
otho quoque a constanciis sic repulsus accessit brisach
unde non minori dedecore est repulsus. Sed fredericus
ibi sic ab aliis imperii baronibus est receptus / Eo-
dem anno fredericus iniit fedus cum rege francorum
sicut extiterat inter predecessores eorum / Eodem et
anno virgo clara deo devota preclaris in urbe vita sce Clare
asisii orta parentibus reliquit seculum / ut impleret
mundi finem oraculum. / Nam cum eius ortulana.
dum eam gestaret in utero / devote ante crucifixum
orans / ut eam salubriter deo partu periclo eriperet audi-
vit vocem dicentem sibi / ne paveas mulier. quia
quoddam lumine salva parturies / quod ipsum mundum
clarius illustrabit. Ideoque natam puellam claram
vocavit / edita quoque in lucem clara ac moribus
et divinorum carismatum luce clarescens in tenera
ad huc etate / nam et manum ad hunc extendebat
libenter ad pauperes / et delicata suo subtrahebat
corpusculo. et sub vestibus delicatis cilicium gere-
bat absconditum / ac virginitatem suam deo commenda-
bat / vicinorum ore nescie laudem cepit / audiens autem
celebre nomen francisci / qui velut novus homo
missus adeo perfectionis viam / crucifixi sectando ve-
stigia renovabat. conspirante deo ubi oportunitas
societatis et temporis affuit. ad eundem se contulit. sui-
que cordis patefecit archanum / suadente itaque ei viro dei
mundi contemptum et more fidelissimi paranim-
phi dulcia christi connubia virgineis auribus
instillante non traxit per longum virgo preclara consensum. di-
vino eam igne succensa mundi contempnens gloriam

et carnis illecebras perhorrescens / thorum in delicto se nesci-
turam proponit / ac eiusdem patris francisci consiliis to-
taliter se committit / Videt ergo ille ut solempnitate
in nundete palmarum / cum frequencia populorum ornata
procedat / nocte vero sequenti cum christo exiens
extra castra mundanum gaudium commutat in luctum domini-
ce passionis / Relicta domo civitate et consanguineis
derelictis / ad sanctam mariam de angelis festinavit.
Ubi post crinium tonsionem ante altare virginis matris
dei / habitum religionis suscepit. deinde ad quoddam
vicinum monasterium deducta est / Cum autem post hec
consanguineorum persecucione deo sacratae virgini ab
hoste humani generis suscitata / sed celestis gratie
superata virtute / ad ecclesiam sancti damiani una
cum sorore eius virgine nomine agnete / per ipsius preces
et lacrimas ad consilia nota consilia de eiusdem patris
consilio transmigravit. ibique pro celestis amore
sponsi a mundi tempestate se celans / quasi in carcere
se conclusit. In hac quoque caverna materie.
velud gemebunda. simplex quoque columba nidificans
virginum christi collegium genuit / pauperumque dominarum
ordinem inchoavit

Honorius natione
Romanus sedit annis x mensibus vij diebus
[illegible] cessavit episcopatus diebus 23 / Hic renovavit ecclesiam
sancti laurencii extra muros et basilicam
que dicitur sancta [illegible] et composuit decretales et
confirmavit ordinem predicatorum / Gregorius
natione de anania sedit annis xiiij hic fuit
episcopus hostiensis. et per fratrem Raymundum ordinis pre-
dicatorum penitenciarium suum / compilavit volumen
decretalium / aggravavit sententiam quam hono-
rius tulerat contra fredericum 2um / Hic fuit protec-
tor ordinis minorum / cum esset episcopus hostiensis. et
astitit beato francisco in condendo regulam. / et
beatus franciscus illi predixit / quod esset papa futu-
rus / unde ordinem tantum dilexit quod locucione predu-
ca per summos pontifices fieri solet / in habitu fratrum
minorum faceret / et in ipso habitu ut esset incogni-
tus pia loca in urbe alma visitabat. Hic
canonizavit beatum franciscum 1228. et beatum
antonium eiusdem ordinis 1232 et beatam elisa-
beth et privilegium fecit de stigmatibus beati
francisci et provincialibus predicatorum scripsit. ut
fratrem euchardum predicatorem contra stigmata beati
francisci / suspensum a predicationis officio sibi
mittat pro meritis puniendum et olonothono
episcopo mandavit / quod de cetero contra stigmata beati fran-
cisci nichil / prohibuerat ea enim depingi.
Huic fuerunt guelphus et frater eius gebelinus
Imperatores / / Celestinus natione mediolanus sedit
diebus 17 cessavit episcopatus 22 diebus 14. Innocencius cardinalis
natione ianuensis de comitibus lavanie se-
dit annis xj mensibus vij de eius creacione in curia
frederici exultacio magna fuit / quia eius
esset amicus. sed imperator asserit eum de cetero
non amicum / Hic notabiles cardinales fecit
othonem cancellarium parisiensem / magistrum ugonem
ordinis predicatorum / qui totam bibliam utiliter Capella rubea
postillavit. et constituit ut cardinales dum equitant
ut capellum rubeum portent / ut ab aliis discer-
natur. insignum ut pre ceteris cum omnibus pro fide
et ecclesia caput ad cruciatum exponant. Romanam
ecclesiam a tempore pape Gregorii multis debitis
oneratam summa industria exoneravit. Fere
annis duobus quesivit modum pacis cum imperatore

ut finem imponeret tantis malis/ considerans
vero quod in tractatu nil proficeret. venit in galliam
circa festum beati andree/ fredericus autem romam
in circuitu vastat/ papa vero concilium celebravit
lugdunense 1244. ante Johannis bap. usque ad
octavam beate virginis/ que octava tunc instituta
est/ concilium autem consilium congregatur. Imperator et summus
pontifex per suos legothetas invicem scribunt
hinc inde apologeticis et questionibus motis/ ubi inter
cetera papa tunc similiter tunc/ fata monent stellarum
docent. aviumque volatus. quod fredericus ego malleus
orbis ero. roma diu titubans variis erroribus
acta cadet. et mundi desinet esse caput. quibus
rescriptum est. fata silet stellarumque tacet. nil predicat
ales. solius est proprium scire futura dei/ in fluctibus
in cassum navem submergere petri/ fluctuat et
nunquam mergitur illa ratis/ quod divina ma
nus possit sensit Julianus. tu succedis et te
tenet ira dei. In processu autem concilii sexdeci
bellas augi/ papa Imperatorem tamquam hostem ecclesie
dampnat. ipsum tam imperio quam sicilie regno/ et omnes
vassalos eius absolvit/ a fidelitatis prestito
iuramento. sicut apparet in vi decretalis/ de sententia
et re iu/ sacro presente et inde aplice ubi iiij
de deposicionis assignatur/ prima periurii/ quia non servavit
iuramentum quod prestitit ecclesie tam de ipso
quam de regno sicilie racione pheudi/ 2a fuit sa
crilegii in capcione platorum/ tam in tempore gre
gorii/ 3a quod notatus est de heresi. iiija quod xj annis
non solvit censum de regno/ quod ab ecclesia
tenebat in feudum. quod innocencius ibidem ait
esse spale patrimonium sancti petri/ obiit autem
Innocencius neapoli in festo beate Lucie
sepultus in ecclesia maiori

[illegible]

Eodem anno rex philippus parisius
amplians a parvo ponte usque ad stratam
zenonetam in circuitu circumscripsit/ et
de iure scripto pro publica regni co
modum in alieno fundo possit muros erigere
et fossata facere tamen iuri proferens equitate dannage
homines in circuitu de fisco proprio compensabat/ Rex quidam
saracenus nomine memilinus i. rex regum collecto
exercitu paganorum infinito fines hyspanie aggres
sus in superbia magna contra christianos loquens/ optulit
eis bellum qui pugnantes contra eum in fide et nomine
ihesu christi vicerunt illum/ ubi fuerunt viri de
regno francorum et miles probatissimus rex
aragonum/ qui et in signum victorie roma
misit lanceam et vexillum memelini/ que in
eminenti loco in ecclesia sancti petri stare consueverunt
Eodem anno simon comes cepit castrum sancti mau
ri. ubi iiijc heretici capti combusti sunt/ et nobiles
qui eos defendebant suspensi vel gladio
percussi/ vulgus autem sub condicionibus servatus est
castrum autem quod de mons vivus subvertit
ubi interfecti fuerant quidam cruce signati. et
cum ad locum accederet crucesignati/ vide
runt super defunctos socios columpnam ignis
descendere/ qui resupini iacebant cancella
tis manibus in modum crucis/ Eodem anno cruce
signati obsederunt tholosam et comitem tho
losanum/ sed victualium inopia non perfecerunt op
tatum intentum/ capto quodam hereticorum ca
stro/ data oppressione multi se mutuo cohor
tantes/ rogum intrant comburi malentes quam
deserere pravam sectam/ 1212 Reginaldus co

mes bolonie diruit fortalicium quod belvacensis episcopus in
pago belvacensi erexerat/ episcopus vero fortalicium quod
ille erexerat similiter diruit/ propter hoc comes et quia
castrum inexpugnabile construxerat in confinio
britannie minoris Regi factus suspectus et quia in
regni preiudicium nuncios mittebat ad othonem
et Johannem regem anglie/ Rex vi eius comitatum
occupavit/ ille autem excommunicatus ad excommunicatos se
transtulit Othonem. s. et Johannem regem anglie
quem papa excommunicaverat/ quia Johannem sine opinionis
virum a se consecratum in cantuariensem non permitte
bat archiepiscopatum suum intrare/ omnesque episcopos a re
gno suo eiecerat. omnesque ecclesiarum et monasteriorum
redditus regio fisco applicaverat/ Eodem anno
azo marchio estensis moritur et similiter comes
sancti bonifacii patrinus relinquit filios aldrevandi
num et azonem/ comes ricardum et azelinum. eodem
anno pro recuperando clero et divino officio quod
7 annis vacaverunt/ Rex philippus in angliam
transfretare disposuit. omnesque barones congre
gatos eum sociare permittit/ excepto comite fla
drie qui iam confederatus erat regi anglie licet
alia pretenderet 1213/ Petrus rex aragonum
cum comitibus tholosano et fluxensi obsedit
castrum moreti/ non longe a tholosa/ Comes
autem symon multis obsidentibus castrum intravit
ut fratribus succurreret/ et confisus potencia qui
potest in paucis salvare cum quingentis pugnatoribus
i. c. irruit/ et xx.m dicitur cecidisse/ Philippus
flandriam occupat/ comites bolonie et flan
drie sociatos superat/ minorem a sua depellit
curia/ obsides autem accepit de cadano ypra
brugis insula et duaco et in franciam duxit
tunc et Lodowicus filius eius regem anglie in aquita
nia fugavit/ Rex anglie timens ad papam pro
reconciliacione misit nuncios legatos/ ad hoc re
misso iurat rex possessiones et ablata resti
tuere. De 2o plurimus Eodem anno Mediolanen
ses per hodium frederici ex communicacione supposita con
papienses/ qui eum sociaverat. et cremonen
ses autem eorum carrocium vexilla et scuta acci
pientes/ suum palacium ornaverunt eisdem. Eodem
anno Johannes rex anglie/ de communi baronum consilio
optulit sanctis apostolis petro et paulo et sancte romane
ecclesie ac domino innocencio pape 3o/ eiusque successo
ribus totum regnum anglie atque ybernie/ et iu
ravit facere omagium/ obligans se ad cedendum
pro regno anglie viic marchas/ pro regno
ybernie iijc annuatim ultra denarium sancti
petri/ salvis sibi et heredibus suis iusticiis et li
bertatibus regalibus et hoc pro remissione peccatorum
suorum. totiusque generis sui/ tam vivorum quam mortuorum
Eodem anno paduani thurre esten aldrevandino
marchione estensi ceperunt/ tunc et sub regimine
domini Marini zeno/ pacificaverunt monticulos
cum illis de parte comitis sancti bonifacii/ apud ver
bez bitherrim/ lxx heretici negantes matrimo
nium et esum carnium/ et huius a catholicis
occisi sunt/ demum a viic lx militibus et 1200
peditibus alibi 17m occisi sunt/ inter quos periit
rex aragonum petrus/ comitibus fuxensi et tholo
sano fugientibus/ mortuo rege filius eius parvulus
Jacobus tutele comitis symonis relictus est.
et eius filie desponsatus sunt quod in bello regi de
derat mortis occasionem/ precepit sedes a
plica/ ut puer suis naturalibus redderetur
et per legatum rex Jacobus fuit suis fidelibus

restitutus & accepit coniugem alienor/ m de i lineis
de peregrinis vno solum octo defecerat/ 1214 franco
rum rex in flandriam parat exercitum contra Iohannem
regem anglie & othonem contra filio pugnatur
vtrimque virtute mirabili/ theothonici solito
furore regem petunt/ putantes eo omisso francos
facile superare/ habebant autem cutellos hactenus
inauditos longos scilicet graciles triacumines qualibet
acumine a cuspide/ usque ad manubrium equaliter
sequante/ francorum tamen virtus indefessa preualuit
fugit otho inter ceteros/ comes bononie capitur
Eodem anno comes symon cepit iiij castra fortillia
hereticorum/ ubi scilicet manebat per annos C. & vltimo
tunc legatus cardinalis de magno platorum. et
baronum consilio comite symone preficit tholo
se/ qui tantis obsidibus ad mandatum eius vene
rat. ceteraque regioni que per cruce signatos
fuerat capta/ Eodem anno in castella henricus
successit patri nobili aldefonso cum esset annorum
xj/ & mortua matre eius post dies 24 remansit tu
tela pueri in manibus beregarie regine legionis
sororis eius. Rex tres comites fernandus. aluarus
gundisaluus comitis filij nunij/ ceperunt ad tutel
lam pueri anellare/ vt concepta odia vindicaret
sicut pater eorum fecerat 228 per ... / aliquamdiu quibus regina
Beregaria se credebat consensit eisdem sicut
mediante quodam milite palentino/ qui garsias
laurencij dicebat. et de mandato regine erat pu
eri custodie deputatus. cum ab aluaro promissa
erat villa que dicitur tabuleta. tandem attediata
regina precibus magnatum/ verens & ne regnum
sub eius regimine turbaretur/ assensit prestito prius iu
ramento per comitem aluarum in manu potiffias(?) to
letani. quod absque regine nutu. nulli terra daret nec
tolleretur/ nec vicinis regibus guerra moueret
nec mulctam imponeret in aliqua regni parte. et
si contrarium facerent/ proditionis infamia notarentur
Comes autem cum sibi fauentibus continuo egrediens
cepit peruersa agere. potentes humiliare diuitias
tollere ecclesias grauare/ decimas occupare. post
excommunicationem iurauit ecclesiis ablata reddere/
et permittere homines ecclesie suis immunitatibus gau
dere/ Rex cum apud vallem toleti/ curiam celebras
set. multi hoc extimmo(?) condolentes/ regine
supplicant vt obuiet tanto periculo. Sed addidit
aluarus reginam pellere de regni finibus/ Illa
vero cum sorore sua domicella elienor/ que postea
fuit regina aragonum/ in castro gundisalui go
derici. quod aptelum(?) dicitur se recepit/ ibique mansit
vsque ad mortem fratris/ aluarus substitutus vn
dique in regno stadalis(?) dum puerum male custodi
ret/ quadam die tum tegulam quidam homines capud ludentis
percussit pueri/ qui mortuus est/ Regina hoc
audito pro fernando filio mittit qui cum patre
in legione erat. & regina cum palentibus magnatibus
palenciam iuit. & cepit magis cum comite alua
ro de concordia tractare/ sed nichil audire voluit
nisi infans fernandus eius custodie traderetur
quo sibi negato & regno per reginam filio tradito
anno etatis sue 18/ comitis aluari complices se regi
legionis dederunt suadentes vt filio guerram moue
at nono regi/ cum regina per ij episcopos supplicat vt
a molestatione filij se temperet. ille ad impium inchoas
transiuit pisoricam & venit latinam & direxit
faciem contra burgis/ loca plura & domos militum
demoliens/ sed cum audisset lupum didaci &
multos nobiles burgis congregatos/ spe sua fru

stratus/ & contra consiliarios indignatus reddijt/ post
hec rex nouus cum matre de burgis iret pa
lestiam. & inter sarazolam transiret ubi se
aluarus cum suis receperat. Comes fernandus
dispositis aciebus separauit collaterales acies
acie alfonso telij & suerom telij/ ne exercitus
lederetur/ & ceperunt aluarum qui extra villam cum
aliquibus erat. vt posset exercitum contemplari
& detinetur/ donec redderet omnia que tenebat
qui vj mensibus quies data est regi nouo post
hec videntes comites suam confusionem qui amittatam(?)
ceperunt in valle nimpij(?) territorij palentini re
bellare/ et rapinas in campis gotorum exercere
veniens autem rex comitum insolencias re
strinxit. videntes autem comites se non posse
resistere/ regi legionis suaserunt vt legionis
moueret guerram filio. suasit & cum vtrique
exercitus conuenisset/ & comes aluarus cepisset
caligis ferreis calcari percussus adeo cepit
infirmari et infirmata treuga inter pa
trem & filium ab inuicem discesserunt. Aluarus
autem ex dolore infirmitatis & treuge mili
cie sancti Iacobi se dedit. & ibi vitam finiuit.
Cuius frater comes fernandus in affricam transiens
& varias Iactitas/ amiramomerino mu
neribus honoratus/ longa mora trahens
vt mos est arabum/ infirmatus est & susce
pit in medio prope maroccum ubi xanij habitabat
habitum hospitalis/ & rex fernandus 24. in pa
ce regnauit. & accepit beatricem neptem
frederici electi imperatoris/ gratam & pru
dentem. Deinde cepit agere contra arabes. et
per beatiam et vbetam vastationes exercens
vrgente yeme reuersus est/ Iterum exercitum
congregauit & abano mauneth principe
arabum/ filio abalatele filij abdelmumi per
deditionem accepit beatiam andugarum
& marthos castrum nobilissimum/ quod
dedit fratribus calatrauensibus & destructis
municionibus reuersus est/ & 3o egressus
terras arabum cepit sinoch xodarum et
gaziem a bellatoribus munijt. et actis
vastationibus toletum reddijt. Iterum postea
cepit ezenato raph thurez de alep.
eileas sancti stephanum. & thcra..nam
& alia inter transijt per gienum. quod propter sui
fortitudinem non potuit expugnare/ inde
procedens cepit pecam & funditus omnibus
habitatoribus destruxit/ Iterum contra mauros pro
cedens cepit capellam & reddijt. tunc
iecerunt fundamentum ecclesie toletane que
in moschede forma adhuc erat/ Hoc tempore
surrexit quidam abenuth in castro rethoth
in territorio murciensi/ & cepit contra almoades
rebellare/ asmarinos arabes fortiter opprimere
& de facili ei consenserunt. & optenta murcia
& finitimis opidis/ & eiectis omnes lamoades
inuentos decapitauit/ & omnes mosthetas qui
prophanatas ab eis asinis sacerdotibus reco
ciliarij/ et in modico tempore obtinuit vniuersalem
hispaniorum preter valenciam/ & confinia in quibus
zaen de gene regio rebellauit/ erat enim
de gente aboageth. olim regis cesar auguste
et cum pene monarcus & asmarina vna
dalia heretur/ audacia largitate et
iusticia preeminebat. sed a quodam suorum
qui ab euroma dicitur in iuratus post epulas & delicias

ceciditur/ Ingelaut/ z tunc invaluit arabs quidam
dictus mauimeth abenalaginaz/ qui paulo ante
bruz z arati sequebatur vestigia/ hic arione
z giem granate uase z actio z locis alijs prin
cipatum accepit/ z post mitituz abenuichi
vnadalia finuarina in plures regnos est diuisa/
z abalmoadibus separata/ qd fuit vltra xamis/ In
terea rex obsedit geminz. Sed qr inexpugna
bile videbatur magnatum consilio recessit/ z cum ad
daria ferciam peruenisset/ de morte patris audiuit
et qd sibi obuiam ci veniret/ ut ad primiz regem
accipiendum/ exinde regnum adeunt legionis/ et
in multis locis fauorabiliter sunt recepti/ Sorores
autem regis a magnatibus seducte/ qui regnorum
vnionem nolebant repugnare. In principio
vise sunt/ sed industria nobilis regine cautis
sibi annuis redditibus xxx^m aureorum regno omnia
dimisit/ Rex vero ultra percds iuit zemora
salamaticam letesinam ciuitatem rodericam/ z albaz
in toto regno honorifice susceptus est/ tunc rex
calscataz que reparabat a saracenis dedit ar
chiepo tholetano/ et expulsis illis iam reti
nuit pro ecclesia tholetana/ Postea rex ob
sedit vbera oppidum populosum/ qd conclusi saluis
corporibus oppidum reddiderunt/ Et rex ad ci
uitatem regionis est reuersus. Biennio autem
a morte patris/ obsedit cordubaz z patriciam
ciuitatem. saracenis et aliqui ostensi a portis
ciuitatis/ xamis militibus promisit vnum abi
tum ciuitatis/ hi milites quos almoganares
arabice vocat in nocte ad murum cum deuenirent
vigiles peruenerunt/ z per scalas muros ascendunt
quo annunciato xamis qui in frontaria morabatur
z regi qui in expertato exercitu cito aduenit
cepit corduba cohartari/ et tandem saluis cor
poribus eam regi dederunt. Mosthecam autem gentes
mosthecas arabum precelebat/ plati in ecclesiam
beate virginis conuerterunt/ z fuit eps institutus
tunc campane sancti Jacobi/ quas almacor illuc de
tulerat ad sanctum jacobum reportate sunt/ Mortua
autem regina beatrice rex accepit joannam prep
te regis lodouici/ regis francie filiam regis de
pontermo/ Multa autem castra arabum volentium
in pace colere terras suas se regi dederunt/ de qua
ystoria. era 1281. 1243 regis fernadi 26 12
14/ Innocencius congregauit concilium quod lateranense
sic dicitur Eodem anno lodouicus progenitus regis fran
cie cum multis nobilibus prius cruce signatis votum
legati muros narbone z tholose destrui fecit/
et aliquorum castrorum z postea repatriauit. le
gatus autem ad concilium lateranum iuit. ubi presenta
to iam Raymundo comitatu tholose/ donatio sup
dicta comiti symoni facta/ confirmata est. z in
uestitus est a rege francie de eo presente/ tota erat
terra supradicta. Ante vero quam comes symon
rediret de francia Raymundus filius raymundi
olim comitis tolosani facta coniuratione cum aui
nionensibus tarasconensibus massiliensibus terram
occupat/ ultra rodanum. z belicardum ex alta
parte fluminis. quod fuerat comitis tholosani
/ multi hoc audito rebellant z tholosani
maxime ad cabath excutere iugum z cum temp
tauerit comes symon tholosam habere
eam igne ferroque deuastans/ non preualuit.
Raymundus autem olim comes qui per yspanias
vagabatur tholosam autem tandem occulte intrauit

et cum in galia crux denuo predicatur/ comes autem symon
in obsidione cuiusdam castri machina percussus occubuit
cui successit filius almaricus/ quando proceres regis anglie
contra regem suum Johannem insurgunt/ propter quasdam consuetudi
nes quas obseruari precepat. sed nolebat eos sicut jura
uerat obseruare/ fauitque eis pedestris mangnus z vrbes
plurime/ mittunt. ergo ad lodouicum progenitum regis francie
z datis obsidibus promittunt expulso rege ei dare
insule monarchiam/ propter quod ille multitudinem militum
destinauit. Legatus autem cardinalis prohibuit lo
douicum ne transiret in angliam. z sibi fauentes comitates
interdixit singulares personas. que eum receperant excommunicauit.
Interea rex Johannes moritur/ cui successit filius henricus
decennis. z coronatur a predicto legato. quod cernens lodo
uicus de anglis confidens liberauit obsides. z dimisso
exercitu in franciam rediit. vt alium maiorem congre
garet. Deinde in angliam rediens aliquos inuenit de
sibi iuratis ad nouum regem transisse z quorundam
proditione omissum/ comitem pacta z legatum pro omnia sibi
contraria/ vnde facta compositione rediit

Tholosanus eps dictus fulcho summum ponti
ficem adiens virum dei dominicum secum duxit
qui tunc ab Innocencio peciit confirmari
ordinem/ qui predicatorum diceretur. at ille
supplicatione hesitans. Audit de lateranensi eccla
sic. ca. 129 p. 28. Regressus ergo post lateranense
concilium vir dei dominicus verbum summi pontificis fratribus
patefecit. que post deliberatione habita/ cum eisdem fratribus
pari uoto regulam sibi aliquam approbatam eli
geret. super quam incohandi ordinis per innocentem
firmaret. erant autem fratres circiter 16. qui mox
inuocato spiritu sancto beati augustini doctoris z predicatoris
egregii regulam vnanimiter elegerunt/ quasdam
arctioris vite consuetudines assumentes quas sibi
statutorum nomine statuerunt/ sed 12 16. confirmatus est
ordo predicatorum. siquidem innocentio per mortem sub
lato honorius ei successit/ ad quem accedens famulus
dei dominicus confirmationem quam ei promiserat Innocen
cius impetrauit

Cum autem vir dei dominicus rome esset/ orans
in basilica sancti petri pro conseruatione z di
latatione ordinis/ apostolos petrum z paulum
ymaginaria visione ad se venientes
aspexit. z petrus. quidem baculum paulus uero librum tra
dere dicebat/ quasi vade predica quia adeo ad hoc mi
nisterium es electus/ moxque videbat ei/ quod filios
suos per totum orbem dispersos aspiceret/ binos in ce
dentes z verbum domini predicantes/ qua propter tholosam
veniens vbi iam fratres in ecclesia sancti romani quam sibi
predictus eps contulerat claustrum construxerat/ et
manebat. aut sumi esse propositum. vt in diuersas
mundi regiones dispergerentur/ fratres quasi semina
dispersa fructificant. congesta putrescunt/ voluit z
vt sibi quedem per electione preficeret penes quem
super omnis subipso tamen regendi z corrigendi autori
tas resideret/ Hoc autem faciebat quia ad predicandum
saracenis/ ire disponebat. vnde z barba aliquanto tempore
nutriebat. electus est ergo frater matheus z vocatus est
abbas. Placuit autem postmodum fratribus. vt qui toti
preest ordini non abbas sed magister ordinis diceretur/ esset
itaque fratres misit in yspaniam/ quosdam parisius. quosdam
bononiam. ipse vero romam profectus est. vbi erat magister
reginaldus sancti amani aurelianensis decanus. qui iure
canonico rexerat annis v. virtute z officio prelatus
congregaui aurelianensi qui venerat mare transiturus

hui9 quide cor tali de9 inspiracoe tetigerat. Vt relictis oib9 pdicacois officio se totalr macipa ret/ Cu vero aquoda cardiali didicisset ad huc nouu ordieu institutu. z istitutore ei9 i vrbe predicacoe istar. Vir dei dnicu adies/ z collo cucois ei9 dulcedie atract9/ z sititatis aspcu ipsius ordis deliberauit igressu/ sz mox gravi ifirmitate corripit ut tadm ois defficeret spes salutis/ Vt vir dei dnic9 di aures z regie mie cordis clamorib9 interpelas/ orabat ne pvaret 9solacoe 9cepti fily nuidu/ infirmo e regina mie affuit/ duab9 sponsis coitata puellis/ et de vnguento qd vnxit/ z renes i iuges ait stringat tur renes cingulo castitatis ad pedes tuos i pparacoe euuagely pacis. ondit qz ei hitu pdica toz. d. iste est hit9 ordis tui subtracta aute ab oculis visione/ egrot9 lagore 9pulserto sanat hoc sensibile. Vidit fr quidaz d ordine hospitalior corpe pns/ sz i spu redit ho ipm abns vir dei dnic9/ illa aut celestis punctio ita 9cupiscentie refrigeravit ardore ut sic ipe post modu testabat. nc pm9 quide inco mot9 libidis pululauit/ hic bononie suscepto hi tu feruetissie predicauit

Um die quada dns stephan9 car dialis ad stu sixtu/ vbi tuc dnic9 cu frib9 suis morabat venisset nepos ei9 equo pcipitat9 i foveaz/ plangecium maib9 ferebat exanimis/ tuc vir sanct9 ortate sto tancredo approbato viro atqz dnte. quid agis pr/ casus iste tue vtutis expime tur expectat/ iuia res agitur supna vtute qi certus de futuro signo effect9/ defuctu i qdaz camera semotu ab alys itroduci fecit/ z oroe pmissa icolume reddidit/ In eode loco a chitet tur a frib9 9ductu subcripta ruina 9triuit dolent fres/ tumultuat pplis. sed pi9 pr dnic9 fi ducia hns i dno de solacoez filior no sustines erept9 cor9 ad se deferri iussit/ z oroe sanitati et vite restituit. Ibide deficiete frib9 pane. iubet vir dei dnic9 modicu illud/ qd fres medicando ivenerant. qui fres 40. dividi z bndictoe parta bucella panis/ qua vnusqsqz cora se repit cuz gaudio fregit. et ecce duo iuvenes hitu forqz 9siles refectoriu intraverut/ palior sinu9 qcatolo pendebat plenos panib9 deferentes. qb9 i capite mense iux qua vir dei dnic9 residebat silet oblatis/ tam subito disceshut. vt vnde venerit a quo iret/ nlls scire potuit. Alia qz vice i eadem vrbe sti viri meritis panis silr pcurat9 est. 9t tristatis frib9/ pro morte cuiusdaz fris pcura toris z extrema vnctione exhibentib9/ 9pati ens pi9 pr exclusis oib9 sup fratem istar elisei i cubuit. z oracb spm egredietem retinuit/ suo qz officio icolume restituit/ eo i itiner 9stituto co densus iber pcaceutu fraz infunderet/ signu crucis edidit. z sic i vdiccoez pluuie 9pulsauit. vt nec guta ad tuz spaciu cubitor/ nel fibriaz vestimetor 9tingeret/ seppe qz 9tingit. ut madefac tus i via socys ad igne post cibu manetib9 pro stratis tunicas/ ad eulaz solito more iret. z vestes ei9 mane erant penit9 exsiccate/ manetu ad ig nem vestimetis ad huc madefactis/ In ptib9 tholosa nis du euuageczdo discurreret/ aqua nauigio tra sijt/ z naute pmercede denariu iportune pceyt. cu

vir dei p exhibito obsequio regnu celor pmittebat addens q fius z discipls xpi esset. nec ei secum pecuniaz defferebat. Ille qz prouocat9 p capa violeter trahens aiebat aut capa dimittes. et denariu m solues. tuc vir dei oculis in celu erectis paulu lu intra se orans. dem i traz 9spiciens denariu vi dit z illi ait. tolle qd postulas z liberr me i pace dimitte. 9tingit aliu religiosu virr altri9 lingue ei sociari. dolens itaqz q divins eloqys se invicem recreare no possent oroins istantia ipetrau vt p triduu quo sit ambulauerit se mutuo Intelligeret/ duos qz a demonys obsessos liberaut/ apd castru qd dr fanu iouis. i pdicacoe catholi cam fidem pbans hrticor fide o2 ipbauit. z cu iu certa p9 predicacionez more solito remansisset viij matrone nobiles ad pedes ei9 procideret dntes. Sue dei istos qs hrticos vocas nos bonos hoies appellam9. toto corde eis adhesim9. nuc aut i modico fluctuam9 ora pro nobis deu/ vt notaz nobis faciat fidem vera inqua vivim9 moriamur. et saldio fluctuam9 ora pro nobis deu/ saluemur tuc vir dei int se orans. Postea ait 9fido i dno. qui nemines vult pire. qr iaz videbitis cui dno adhesistis/ statiz qz viderut i medio catu teterrimu. ad qtitatem magni canis hntez oculos magnos z iflamatos. lingua saguino letam usqz ad vmbilicu ptensaz z lataz cauda curua z sursum elevatam. z postqz se p locuz aliquociens vertit p corda capanili se trahes fedo relicto vestigio euanuit. Ille uo i fide ca tholica stabilite sut. quaz no nulle i monaste rio dno suierut

In partibus —
tholosanis quosdaz 9uicit hrticos sed cu nolent 9uerti/ Iudicio seclary Iubentur 9buri. Intuens aut quedam cor officialib9 curie ait/ hunc reservate ne cuz ceteris 9burat. atqz blande ad eu/ scio fili in scio qr ad huc tarde bon9 eris z sts/ ille vero tadm 9uersus ordiem pdicator intrauit z laudabilem vitaz duxit. In yspania i vi sione aspexit immanissimu dracone suos socios devorar/ quo itellexit frib9 gravis temptacois imminere discrime. vn eos ad 9stanciam aians/ pro palata visioe ait/ nul luz ab illo dracone nisi volutatum absorbes Breui aut spacio tpis/ a sto viro os q cu eo erant suadete dyabolo recessurut/ quos tn nouitis retinere no potuit/ oronib9 reuo cauit. In capto frib9 9uocatis pala fribus iudicauit. iiij fres ex ipis duos s. i corpore z duos i spu morituros/ nec multo post duo fres migraverut ad dnm z duo ad seculuz reddierunt

Um cerneret fir sinstra suo exo ceteros macer carne sua crucifiges 9 vicys z 9cupiscecys/ tata discipline rigi ditate sensuales appetitus arce bat vt/ vix sumeret necessaria sustetacoi ne/ difficile naqz fore dicebat necessitati corpis satisfacere. z pruritati sensuu non parce/ pp quod cocta cybaria sanitatis tpe vix admittebat/ z raro/ ad nulla vero vini meris nel aque ad mixtoe reddebat i lipida/ z aqua

cum estuaret sitis ardore ad sufficienciam vix bibebat. egrediens tamen exterius, propter verbum evangelii conformabat se suscipientibus ipsum in qualitate ciborum, sic se austerum sibi, humanum proximo, subiectum evangelio reddens, et abstinendo et manducando proficiebat hedificacionis exemplum. Nuda humus ut frequencius lassato corpusculo erat lectus, cervical lapis vel lignum, vestis rugosa et inspida. Experiencia enim certa didicerat, duris et asperis hostes malignos in fugam converti, delicatis autem et mollibus ad temptandum forcius animari. Rigidus in disciplina super custodia sua stabat, attencius curam gerens de inpreciabilis custodicione thesauri castitatis, quem in fictili vase quod possidere studebat in sanctificacione et honore. Pro utriusque hominis interima puritate, quapropter circa conversionis principia tempore yemalis algoris spiritu fortis et fervidus in foveam glacie aut nive repletam se ipsum plerumque mergebat. Ut et domesticum hostem sibi perfecte subigeret, et candidum vestimentum pudicicie a voluptatis incendio preservaret. Tanta quoque per exercitaciones huius fulgere cepit in sensibus venustate pudoris. Ut plenum iam assequutus carnis dominium, fedus cum oculis pepigisse videretur, quod non solum carnalem aspectum procul refugeret, sed et curiosum vanitatis cuiusque contuitum omnino caveret. Verum licet cordis et corporis puritatem adeptus, sanctificacionis quotidie proximaret ad apicem, non cessabat tamen lacrimarum imbribus iugiter oculos expiare mentales, celestium claritatem concupiscendo mundiciam, cum autem ex continuo fletu infirmitatem oculorum incurrisset gravissimam, suadente medico quod abstineret a lacrimis, si corporei visus cecitatem vellet effugere, nequaquam assensit, malens se asserens corporalis visus lumine amittere, quam lacrimas quibus oculus mundatur interior, ut deum videre prevaleat, repressa devocione spiritus impedire. Suasus tandem a fratribus ut medicinam consilio pateretur sibi remedium subveniri, cito assensit humiliter. Vocatus itaque venit cirurgicus, ferreum instrumentum igni submittens ad faciendam cocturam, Christi autem famulus corpus horrore concussum confortans sic amicum cepit ignem alloquendo. Mi frater ignis ceteris rebus emulandi decoris, virtuosum pulchrum et utile te creavit altissimus, esto mihi in hac hora propicius, esto curialis. Precor magnum dominum, qui te creavit ut tuum mihi calorem temperet, quo suaviter urentem valeam sustinere. Et edito crucis signo profundatus est, crepitans ferrum in tenera carne et ab aure usque ad supercilium coctura protracta. Dolorem vero sanctus ait: Laudate fratres altissimum, quia nec ignis ardorem sensi, nec carnis ullum dolorem. Quia enim ad tantam pervenerat puritatem ut caro spiritui, et spiritus deo, armonia mirabili concordarent, divina ordinacione fiebat, ut creatura factori suo deserviens, voluntati et imperio eius mirabiliter subiaceret. Alio tempore egrotans cum defectum nature sentiret, nec vinum posset haberi, iussit aquam afferri quam crucis signo edito, mox efficitur vinum optimum ad cuius gustum protinus vir sanctus convaluit. Iterum ex concursu multarum infirmitatum aggravato corpore ad iocunditatem spiritus excitandam, audiendi armoniaci soni desiderium habuit, et cum id fieri honestatis decencia per ministerium non pateretur humanum,

affuit angelorum obsequium, sonuit ei cythara armonie mirabilis et suavissime melodie, spiritu autem in deum directo tanta sunt consolacione perfunctus, ut aliud putaret seculum commutasse. Alio tempore predicacionis causa iter agentem super padum, cum tenebrosa noctis supervenisset obscuritas ac socius, orare patrem ut de instantibus periculis liberentur fluminis et paludium, cum vir dei confidencia multa respondit: Potens est deus si placet sue dulcedinis fugatis tenebris beneficium impendere lucis. Vix sermonem compleverat et ecce tanta lux affuit, ut non solum viam videret sed et plurima circumquaque, donec ad hospicium cum hymnis et dei laudibus perveniret. Sic sanctitatis viri dei sensibus omnis mundi machina deserviit.

Licet in eo fulgeret prerogativa virtutum humilitas, tamen in ipso precipuum videbatur assequuta dominium. In propria reputacione non erat nisi peccator, cum in virtute speculum esset et splendor omnimode sanctitatis, dona dei pectoris archano celabat, ne pateret glorie quod occasio posset esse ruine, studebat summopere in oculis suis aliorum vilescere et defectus in se latentes publica confessione detegere, cum enim semel infirmitate gravatus, rigore abstinencie pro recuperanda sanitate modicum relaxasset, convalescens verus sui contemptor, ad proprie carnis animatus contemptum. Non est enim conveniens ut populus abstinentem me credat, et ego carnaliter reficiar in occulto, surrexit ergo et in platea civitatis Asisii populo convocato, solempniter cum fratribus multis, maiorem ingressus ecclesiam, funeque ad collum ligato nudum cum femoralibus suis nudum in oculis omnium se trahi precepit usque ad lapidem ubi malefactores puniendi consueverant collocari, super quem conscendens licet quartanarius esset et debilis, acerbi frigoris tempore cum multo vigore animi predicavit sequentibus assistentibus, non tamquam spiritualem honorandum, sed tamquam carnalem et glutonem ab omnibus contempnendum, qui autem convenerant et eius austeritatem noverant, humilitatem huius magis admirabilem quam imitabilem predicabant. Ut autem totum tempus constaret in meritum, generali cedens officio guardianum pecyt, cuius voluntati per omnia subiaceret, asserens quod verus obediens nullum tempus sine lucro transiret, unum et fratri cum quo erat solitus erat obedienciam promittebat quam novicio obedire patiens, quanto inquiens contemptibilior residet, tanto magis humilitatis obedientis placet, agebat enim in placacione casus in laude paupertatis in humilitate subditi autem lucrum est, cum ego precatus, plus quam lucris intendimus cum ante prius tempus ad lucrum, quia non in se et in aliis humilitatem cunctis preferebat honoribus, amator humilium altis dignum iudicavit fastigiis, cum enim vir eximie sanctitatis frater pacificus, cum beato francisco ferventer oraret, assertu in quadam ecclesia derelicta in extasi factus vidit inter multas in celo sedes unam ceteris digniorem, preciosis ornatam lapidibus miratusque multe precelsi refulgenciam throni, anxia cepit cogitacione perquirere, quis ad illum deberet assumi. Audivit interea hanc vocem dicentem sibi: sedes ista una de ruentibus angelis fuit, et nunc humili servatur francisco, memor deinde visionis in via ab eo quesivit, quid de se ipso sentiret, ad quem humilis franciscus, respondit videor mihi esse maximus peccatorum. Cum cum frater diceret ex adverso quod hoc non posset sana conscientia nec dicere nec sentire, subiunxit: Si quantumcumque sceleratum hominem tanta secutus fuisset Christus misericordia prosequutus, arbitror sane quod multo plus quam ego gracior deo foret, apud ymolam episcopum addiit et humiliter postulat

ut cum ipsius beneplacito possit populum ad predicacionem vocare, cui episcopus dure respondens. Sufficit inquit, frater, quod ego predico populo meo. Inclinavit frater caput verus humilis, et foras egressus, post modicam horam regreditur. A quo cum episcopus quasi turbatus inquireret, quid iterato vellet, humili tam corde quam voce respondit. Domine si pater filium uno expulerit hostio, alio sibi reintrandum est. Humilitate victus episcopus alacri vultu eum amplexatus est dicens. Tu et omnes fratres tui de cetero in episcopatu meo generali mea licencia predicetis, quia illud humilitas sancta promeruit. Abhorrebat sanctus cum superbia inobedienciam pessimam prolem. Cum enim semel in fratrem quendam qui contra legem obediencie fecerat, sibi pro correctione ablato capucio vere compunctionis signa videret, ad indulgendum ei amore sancte humilitatis inductus est. Verum ne facilitas venie incentivum esset aliis delinquendi, ablatum fratri capucium in medio flammarum proici iussit, ut omnes adverterent qualiter vindicanda sit inobediencia proterva. Postquam autem per horam fuit capucium in medio flammarum, precepit cum igne detrahi reddique fratri. Mirabile dictu, extrahitur capucium de medio ignis, nullum habens adustionis vestigium. Hoc namque deus miraculo sibi virtutem et humilitatem penitencie commendans.

vii^a de amore paupertatis et [illegible] defectu[illegible]

Paupertatem filio dei vir sanctus familiarem attendens, et iam quasi toto orbe repulsam, caritate sibi studuit desponsare perpetua. Nemo tam auri quam iste cupidus paupertatis, in hoc precipue suus offendebat aspectus, si quando videret in fratribus quod paupertati non per omnia consonaret. A principio religionis usque ad mortem, tunica, cordula et femoralibus dives, hiis contentus fuit. Christi Ihesu paupertatem et matris frequenter cum lacrimis revocabat ad mentem. Hanc virtutem asserens esse reginam, quare in rege regum et in regina matre eius tam prestanter effulsit. Nam et fratribus in consilio querentibus que virtus magis amicum redderet Christo, quasi secretum sui cordis aperiens respondebat. Paupertatem fratres specialem [medicus] noveritis viam esse salutis, humilitatis fomentum, perfectionis quoque radicem, cuius est fructus multiplex sed occultus. Hic enim est evangelicus ager thesaurus absconditus, pro quo emendo vendenda sunt omnia. Tanta in loco sancte Marie de Porciuncula inopia convenit, ut non posset supervenientibus fratribus secundum necessitatis exigenciam provideri. Adiit virum dei vicarius suus, allegans penuriam fratrum, et petens ut ingredientium noviciorum res aliquas reservare liceret, ad quas recurrere possent tempore opportuno. Ad quem vir fratrum consilii non ignarus. Malo te altare virginis glorioso nudare, cum necessitas id requirit, quam contra paupertatis votum et observanciam evangelii vel modicum aliquid attemptare. Gracius enim habebit virgo beata sui evangelii perfecte servato consilio, suum altare detegi, quam altari vestito filii sui promissum consilium pretermitti. Transiens per Apuleam iuxta Barum invenit fundam in via, que plena esset denariis tumefacta. Monetur a socio et instanter inducitur ut bursam tollat et pecuniam pauperibus eroget. Renuit homo dei, commentum affirmans esse diaboli, et frater suadere rem meritoriam, sed peccatum aliena scilicet surripere et donare. Recedentes autem opportune molestatus frater inaniter pietate delusus, qui quasi condolenda pauperum penuria non curaret. Acquievit tandem vir humilis reddire ad locum, non ut voluntatem fratris perficeret, sed ut detegeret diabolicam fraudem. Consistens quasi post oracionem iubet socio illam levare. Tremens factus frater obstupuit, diabolicum iam presentiens monstrum.

Propter obedienciam tamen manum extendit ad bursam, et ecce serpens non modicus de bursa exiliens simul cum ipsa evanescens, diabolicam fratri decepcionem monstravit. Tunc ait vir sanctus ad socium. Pecunia servis dei, o frater, nichil aliud est quam diabolus et coluber venenosus. In paupertate ceteros cupiebat excedere, qui ex ipsa didicerat inferiorem se omnibus reputare. Si quem pauperiorem se quicquam secundum exteriorem habitum cerneret, semetipsum protinus arguens excitabat ad simile, tanquam si emula paupertate concertans se timeret vinci ab illo. Accidit ut pauperculum quendam obvium haberet in via, cuius cum nuditatem aspiceret, compunctus corde lamentabili voce dixit ad socium. Magnam verecundiam intulit nobis huius inopia, quia nos paupertatem pro magnis diviciis elegimus, et ecce relucet in isto. Elemosinis hostiatim quesitis utebatur multo libencius quam oblatis. Si quando a magnis personis invitabatur, per vicinos prius panis fragmenta petebat. Sic ditatus inopia discumbebat. Et cum id aliquando fecisset invitatus a domino Hostiensi, qui Christi pauperem precipuo amplexabatur affectu, conquerenti episcopo quod suo derogasset honori, respondit. Magnum mi domine vobis honorem exhibui, qui maiorem dominum honoravi. Fratres autem exhortans ad mendicandum aiebat. Ite quia hac novissima hora fratres minores commodati sunt mundo, ut electi in eis impleant unde audire queant. Quod uni ex fratribus meis minimis fecistis, mihi fecistis. Iocunde proinde dicebat sub fratrum minorum titulo mendicare, quem in retribucione iustorum Christus tam signanter expressit. Dicebat quoque in sanctis pauperibus propheciam esse impleri. Panem angelorum manducavit homo. Illum sane panem angelicum esse dicebat, quem pro dei petitum amore, et sanctis suggerentibus angelis pro eius caritate largitum, sancta paupertas colligit hostiatim. Tempore quo infirmus iacebat apud Arelate, opportuno eum frequentabat obsequio. Cum autem Christi pauper impotens esset ad impendendam mercedem, pius deus vice eius pauperis compensavit. Medici enim domus, quam ex omni suo lucro de novo construxerat, a summo scissa usque deorsum minabatur ruinam. Ille vero de sancti meritis plene confidens petivit aliquid sibi concedi, quod vir dei manibus contrectasset. Cum igitur modicum de capillis ipsius posuisset de sero intra muri scissuram, mane eam invenit tanta soliditate conclusam, ut nec reliquias ibi positas posset extrahere, nec scissure vestigium aliquod invenire. Alio tempore pauperis cuiusdam subvectus asello, cumque vir ille asperioris vie et estus sitis ardore deficeret, cepit clamare post sanctum. Ecce morior inquit siti, nisi poculi alicuius beneficio continuo refocillet. Absque mora vir sanctus prosilivit de asino, et flexis in terra genibus palmas tetendit ad celum, orare non cessans donec se intellexit auditum. Demum festina inquit vade ad petram, et illic aquam vivam invenies. Stupenda dei dignatio. Poculum hausit homo de saxo durissimo. Aque decursus ibi ante non fuit, sed nec deinceps a diligenter querentibus potuit inveniri.

viii^a de pietatis affectu [illegible]

Pietas que ad omnia valet, adeo cor Francisci repleverat et penetraverat viscera, ut totum videretur virum dei sibi dominium vendicasse. Hec est que ipsum per devocionem sursum agebat in deum, per compassionem

transformabat in xpm/ p compassionem inclinabat ad p/
ximum · p universalem conciliationem/ ad singula
refigurabat ad innocentie statum/ specialiter uero pre
mouebatur ad animas/ sanguine xpi redemptas quas
cum cerneret inquinari/ aliqua sorde peccati tanta
miseracionis teneritudine deplorabat · ut eas qui
ui i xpo cottidie parturiret/ et hec precipua ipsum cau
sa precipua venerandi verbi dei ministros · qui semen
fructum suo defuncto · xpo scilicet crucifixo/ pia sollicitudine
suscitent · afflictis quibuscumque/ mira affiniebatur
compassionis dulcedine suaue clemencia habebat inge
nitam/ quam duplicabat super infusa xpi pietas
liquescebat animus eius ad pauperes et infirmos
et quibus non poterat manum/ exhibebat affectum
in eis effigiem xpi perspiciens/ huic semel matellum occa
sione infirmitatis/ occurrit pauper quidam cuius inopia
oculo clementi conspecta · ait ad socium · oportet matellum
reddere pauperi isti · quia istius est/ mutuo igitur ipsum
accepimus · donec pauperiorem invenire contingeret,
socius autem pii patris necessitatem considerans/ pertinaciter
obsistebat ne prouideret alii se neglecto/ at
ille/ pro furto mihi ait reputo/ a magno elemo
sinario imputandum · si hoc quod fero non dedero
magis egenti/ nulli prorsus rei parcebat · nec tu
nicas nec matellis/ nec libris/ nec paramentis
altaris · quin hec omnia ad implenda pietatis officia
indigentibus largiretur/ sepius cum oneratis in via
pauperibus imbecilles humeros/ oneribus supponebat
consideratione quoque oppressione originis/ hudinariori pie
tate repletus/ eas ceterum libet pura fratres ut so
rores appellabat nominibus · pro eo quod sciebat eas
unum secum habere principium/ illas autem visceroso
complexabatur et dulci · que xpi mansuetudinem pia
similitudinem naturali pretendunt/ vel figure significa
tione figurant/ redemit frequenter agnos · qui
ducebantur ad mortem · illius memor agni
mitissimi/ qui ad occisionem duci voluit pro
peccatoribus redimendis/ Hospitato viro dei apud
monasterium sancti vereiundi/ in episcopatu eugubii/
oviculam agniculum peperit/ aderat sus ferocissima
que rapaci eum morsu necauit/ quo audito pius pater
mira compassione commotus/ et agni sine macula
recordatus lamentabatur pro morte agniculi · o
heu mi frater agnicule/ animal innocens xpm hominibus
representans maledicta sit illa impia · que te interfecit
nullusque de ea comedat homo vel bestia/ statim
cepit infirmari porca malefica/ et tribus diebus
corporea pena exsolvens/ ultricem tandem pertulit
necem · proiecta autem in vallum monasterii · ibique
longo tempore iacens ad modum tabule desiccata/ nulli
fuit esca famelico/ iter faciens iuxta ciuitatem
senensem magnum ovium gregem invenit in pascuis
quas cum salutasset iuxta morem/ relicto pastu
cucurrerunt omnes ad eum/ et leuantes capita sua/ erectis
in eum luminibus intendebant et tum fecerunt ei applau
sum ut non solum pastores sed fratres et mirarentur/
apud portiunculam oblata oue/ amore suscepit simplicita
tis et innocentie · monebat eam vir pius/ ut di
uinis intenderet laudibus/ et ab omni fratrum offensa
caueret · illa uero quasi sancti pietatem perpenderet/ audiens
fratres in choro cantare ecclesiam ingrediens/ sine
alicuius informatione flectebat genua/ balatum
emittens ante altare virginis/ matris agni/ ac si eam
salutare gestiret/ insuper cum eleuaretur sacratissi
mum xpi corpus flexis curuabat poplitibus · tanquam si
reuerens pecus de irreuerencia indeuotos argueret/

xpi deuotos ad sacramenti reverentiam inuitaret/ i urbe agnicu
lum quem tenebat ob reuerentiam agni dei/ nobili matrone
domine scilicet Jacobe de septem soliis/ in suo recessu commendandum
commisit · agnus uero quasi in spiritualibus eruditus a sancto · domine
ad ecclesiam sancti eunti · stanti et reuertenti sociatus
inseparabiliter coherebat/ si matutinali hora domina tar
daret exsurgere agnus consurgens impellebat eam
cornulis/ et balatibus excitabat gestans gestibus
ad orans et nutibus/ ut a certo apparet/ sic agnus
francisci discipulus/ magister deuocionis effectus · ut
mirabilis et amabilis domina seruabat/ apud grecium
oblatus ei lepusculus/ qui libere in terra positus
ut posset quo vellet effugere · vocante se patre be
nigno in sinum illius properato cursu saltauit · quem ipse
pio cordis affectu circumfouens eidem compati quasi ma
dulcique allocutione commonitum/ ne se iterum capi per
mitteret liberum abire permisit · cumque pluries in terra
positus · ut abscederet semper in sinum patris rediret
iussit eum deferri ad loca solitudinis vicinora/ cu
niculus item captus cumque oblatus cum ceteros fugeret
manibus eius et sinum se domestica securitate commi
sit · in lacu rateno aquaticam auem/ piscator ei
attulit · quam cum libenter susceptam apertis invitaret
manibus ad recessum/ nec ita vellet abire/ erectis
in celum oculis diu in oratione permansit · demum quasi a
longe ad se reuersus/ dulciter iterato mandauit
auicule ut diuinum laudatura recederet · tunc suscep
ta cum benedictione licencia avolauit/ in eodem lacu simi
liter oblatus est ei piscis magnus/ quem solito more
fratrem vocans in aqua reposuit/ iuxta nauem piscis
uero · coram viro dei in aqua ludebat · et quasi amore illius
allectus nullatenus recessit a naui/ nisi prius ab eodem
cum benedictione licencia sibi data · deambulans quodam
iuxta paludes venetiarum/ invenit maximam auium mul
titudinem residencium et canencium in virgultis · quibus
visis dixit ad socium/ sorores aves laudant creatorem
suum · nos quoque in medio earum/ se mutuo audire non
poterant/ conuersus vir sanctus dixit/ ad aues/ sorores
aues/ a cantu cessate · donec laudes deo debitas per
soluamus/ at ille continuo tacuerunt/ dei uero laudibus
persolutis cantum/ cantare de viro licencia resumpserunt/ apud
sanctam mariam de portiuncula/ apud cellam eius cicada
residens et decantans/ cum seruum dei qui et in paruis
rebus magnificenciam creatoris admirari didice
rat · ad diuinas laudes frequencius excitaret · ab
eodem quadam die/ vocata velut edocta celitus super
manum volauit ipsius · cui cum dixisset canta soror
mea cicada et dominum creatorem iubilo tuo lau
da · canere cepit nec destitit donec iussu patris
ad propria revolauit/ mansit autem octo diebus ibidem
die quolibet veniendo cantando et recedendo eius
iussa perficiens/ eidem seruus infirmo fasianus quidam
de nouo captus transmissus est viuus · qui ingt tunc
ut virum sanctum audiuit et vidit tanta illi affabili
tate cohesit · ut nullo modo pateretur ab eo segrega
ri · a pluribus manibus extra locellum fratrum in vinea positus
ut abiret · rapido semper cursu/ redibat ad patrem
tanquam si ab eo omni fuisset tempore educatus · deinde cuidam
sancti viri deuoto collatus/ velud sibi molestum
foret a pio patris absentari conspectu/ escam recusa
uit omnino · reportatus tandem ad famulum dei/ sta
tim ut conspexit eundem alacritatis ostensis gesti
bus auide manducauit/ cum ad heremum peruenisset
aluerne pro quadragesima celebranda/ ad
honorem michaelis diuersi generis aues circa
ipsius cellulam volitantes cum cantu sonoro et letitie

gestibus qui de eius adventu gaudentes / prez piu in-
tare ac alicere videbatur ad moram / quo viso dixit
ad socium eterno fratri voluntatis esse divine, quod hic aliquan-
diu commoremur / tum sorores aviculae de nova vi-
detur provincia consolari, cum quo cohereret ibi moram
falco ibidem nidificans / magno se illi amicitie
federe copulavit. Nam semper nocturno tempore in quo
vir sanctus ad divina officia surgere solitus erat, cantu
suo preveniebat, et sono / cum vero servus Christi infirmita-
te plus solito gravaretur / parcebat falco nec tam
tempestivas indicebat vigilias / moram faciens
in territorio Grecii / cernens luporum multitudinem
non modo bruta vorare sed et homines / grandinem quoque
blada et vineas devastare dixit ad eos / ad hono-
rem et laudem omnipotentis dei fideiubeo vobis quod
pestilencia hec omnis abscedet, si vera confessione
premissa dignos faciatis penitencie fructus
faciunt quod iubetur. nec molestie quoque luporum in-
tulere vel grandines. ymo quod magis est si qua
vicinorum arva grando preteriret / istorum fines
appropinquans finiebat ibidem vel in partem aliam
divertebat

Amicus sponsi
Franciscus / totus quasi quidam carbo ignitus
divini amoris flamma videbatur ab-
sortus / subito enim ad auditum amoris
divini excitabatur / afficiebat et inflammabat quasi plectro
vocis extrinsece / corda cordis interior tangeretur
talem pro elemosinis censum / offerre nobilem pro-
digalitatem dicebat. et eos qui minus ipsum quam denarios
reputarent esse stultissimos. pro eo quod solius divini
amoris inestimabile precium / ad regnum celorum sufficit
ad comparandum / et eius qui nos multum amavit
multum sit amor amandus. Ut autem ex omnibus exci-
taretur ad amorem divinum / exultabat in cunctis operibus
plasmatoris. et per iocunditatis spectacula in vivifi-
cam consurgebat rationem et causam. contuebatur in pulchris
pulcherrimum. et per impressa rebus vestigia pro-
sequebatur ubique dilectum / de omnibus sibi scalam
faciens. per quam conscenderet ad apprehendendum eum
qui est desiderabilis totus. inaudite namque devotionis
excessu fontalem illam bonitatem in creaturis sin-
gulis degustabat. et quasi celestem concentum perciperet /
in consonancia virtutum et actuum eis datorum / ad deum ipsas
ad laudem domini more prophete David dulciter horta-
batur / Ihesus Christus crucifixus intra mentis sue ubera ut mirre
fasciculus iugiter morabatur / in quem optabat per
excessivum amoris incendium totaliter transformari /
videbatur enim sibi quasi iugi poculis ipsius salvato-
ris sentire presenciam / sicut sociis aliis familiariter reve-
lavit / flagrabat ergo situm divina corporis. fervore
omni medullarum / stupore admirans. per maxime
illam clarissimam dignacionem et dignissimam cla-
ritatem / sepe communicabat et tam devote ut alios
devotos efficeret / dum ad immaculati agni degus-
tacionem suavem quasi spiritu ebrius in mentis plurimum rapi-
ebatur excessum / matrem domini indicibili complecteba-
tur amore. eo quod dominum maiestatis nobis fratrem
effecerit. quam per ea sumus consecuti misericordiam / ad hono-
rem quoque ipsius a festo apostolorum Petri et Pauli
usque ad festum assumpcionis / devotissime ieiunabat.
/ angelicis spiritibus igne ardentibus / ad excedendum in deum
et electorum animas inflammandis inseparabili erat amore
coniunctus / et ad honorem ipsorum ab assumpcione virginis
xl^ta diebus ieiunans / oracioni iugiter insistebat. sed
archangelo Michaeli specialiter erat amore devocior

eo quod animarum representandarum haberet officium / et fervidum zelum
/ ad salutem omnium salvandorum / ex recordacione sanctorum omni-
um tamquam lapidum ignitorum in deificum recalescebat incen-
dium. omnes apostolos et precipue Petrum et Paulum propter fervi-
dam caritatem qua habuerunt ad Christum / summa de-
vocione complexans ad eorum honorem specialem quadrage-
simale ieiunium domino dedicabat. non habebat aliud Christi
pauperculus / nisi duo minuta corpus scilicet et animam
que posset liberali caritate largiri et cottidie
offerens. per rigorem ieiunii corpus / per ardorem desi-
derii spiritum ymmolabat / exterius in atrio sacrifi-
cans holocaustum. et in templo interius concremans
thimiama / salutem animarum nichil preferendum esse
dicebat. id maxime probans. quod unigenitus
dei pro animabus dignatus fuit in cruce pendere /
unde nec se Christi reputabat amicum / nisi animas fo-
veret. quas ille redemit. hinc sibi in oracione luc-
tamen in predicacione discursus. in exemplis dandis
excessus / fervente quoque caritatis incendio.
gloriosum martyrum emulabatur triumphum. in quibus
nec amoris flamma nec fortitudo potuit in-
firmari / desiderabat proinde et ipse per martyrii
flammam domino se offerre viventem ut Christo pro
nobis morienti rependeret vicem amoris / Sexto
namque conversionis sue anno ut Saracenis. et
aliis infidelibus predicaret fidem / navem ascen-
dit. et ad partes Syrie transfretaret. ad partes
autem Slavonie contrariis ventis impulsus et de-
fectu navigii suo fraudatus desiderio / nautas
Anconam tendentes / ut amore dei eum secum duce-
ret exoravit. at illis propter expensarum defectum
recusantibus pertinaciter. assumit quendam victus
necessaria secum ferens. et quendam timentem deum
de navi ad se vocatum sic allocutus est.
Hec omnia pro pauperibus fratribus navi latenter
ingressis conserva fideliter / ac necessitatis tempore
ministra. sicque factum est. ut propter ventorum im-
petus nusquam applicare valentibus consumptis
cybariis. sola superessent pauperi collata Fran-
cisco / que cum essent permodica diebus plurimis
sufficere. in tantum divina virtute susceperunt
augmentum / deinde versus Marochium secundo iter arri-
puit / ut Mamolino et genti eius Christi euangelium
predicaret. si quo ad concupitam palmam vale-
ret attingere. tanto desiderio ferebatur. ut quam-
vis esset imbecillis corpore / peregrinacionis sue preiret
comitem. sed in Yspania gravissima egritudine impeditur. Ter-
tio tandem conversionis sue anno ad partes Syrie pergens
multis se periculis constanter exposuit. ut Soldani Ba-
bilonie posset adire presenciam. exierat enim a Soldano
crudele edictum / ut qui caput Christianum afferret
bizancium aureum pro mercede reciperet / at intrepidus
Christi miles castris hinc inde in campo locatis / iter
arripuit. mortis pavore non territus sed deside-
rio provocatus procedente itaque eo cum fratre
Illuminato viro utique luminis et virtutis / occur-
rerunt satellites Saracenorum. et servos dei feraliter con-
prehensos crudeliter ac contemptibiliter per-
tractant / afficientes contumeliis affligentes ver-
beribus et vinculis alligantes / adductos vero
coram se Soldanus interrogat a quibus et ad quid et quali-
ter missi essent / Sed intrepido corde respondit Christi famulus
Franciscus. non ab homine. sed a deo se fore transmissum
ut ei et populo suo viam salutis ostenderet / et annunciaret
euangelium veritatis / tanta vero mentis constancia
tantoque fervore spiritus predicto Soldano predicavit deum

trinum et unum et salvatorem omnium Jhesum Christum. Quem solda-
nus admirandum in viro dei fervorem conspiciens
et virtutem libenter ipsum audiebat et ad moram fa-
ciendam cum eo instancius invitabat. Christi vero servus superno
illustratus oraculo: si vis inquit converti tu cum populo tuo
ad Christum, ob ipsius amorem vobiscum libentissime
commorabor. Quod si hesitas pro fide Christi legem Maco-
meti dimittere, iube ignem accendi permaximum
et ego cum sacerdotibus tuis ignem ingrediar, ut vel
sic cognoscas que fides certior et sanctior sit te-
nenda. Ad quem soldanus: non credo quod aliquis de sacer-
dotibus meis se vellet igni pro fide sua defen-
dendam exponere vel genus aliquod subire tor-
menti. Viderat enim quendam de presbiteris suis virum
autenticum et longevum hoc audito verbo statim
de suis aufugisse conspectibus. Ad quem vir sanctus: si
michi velis promittere pro te et populo tuo quod
ad Christi cultum si igne illesus exiero veniatis, ignem
solus intrabo. Et si combustus fuero meis imputetur
peccatis; si autem divina me protexerit virtus, Christum dei
virtutem et sapienciam verum deum et dominum cognoscatis.
Soldanus autem optionem hanc accipere non audere
respondit, quia sedicionem populi formidabat. Obtu-
lit autem ei multa munera preciosa, que paupertatis a-
mator sprevit omnia quasi lutum. Ex quo soldanus ad-
miracione permotus maiorem erga ipsum devocionem
concepit. Rogavitque devote famulum Christi ut predicta
susciperet pro salute ipsius christianis pauperibus vel ecclesiis
eroganda. Ipse vero quia pondus fugiebat pecunie
et in animo soldani vere pietatis non videbat ra-
dicem, nullatenus acquievit. Videns et se non proficere
in conversione gentis illius, ad partes fidelium divina
revelacione premonitus remeavit. Sicque factum est
ut Christi amicus mortem pro ipso viribus totis exquire-
ret et tamen nullatenus inveniret, ut et merito non
careret optati martirii et insignitus servaretur
in posterum privilegio singulari.

[illegible] de studio et virtute oracionis beati francisci

Senciens quia famulus franciscus corpore iam
ad terrena pro Christi amore totus esset in-
sensibilis factus, ne foret absque consola-
cione dilectissime sine intermissione
orans spiritum deo contendebat habere presentem. Erat quidem
oracio contemplandi solacium dum supernarum circuiens
mansionum angelorum concivis iam factus fervido desi-
derio querebat dilectum, nullatenus credebat sine ipsa in
dei prosperari. Hunc ideo [illegible] modis quibus poterat fratres suos
ad eius studium excitabat. Nam ambulans et se-
dens, intus et foris, laborans et vacans, oracioni a-
deo erat intentus, ut illi videretur non solum quicquid erat in eo cor-
dis et corporis verum eciam operis et temporis de-
dicasse. Solitus erat nullam visitacionem spiritus cum negligencia
preterire, sique cum offerebatur sequebatur eam et quamdiu
dominus concedebat dulcedine perfruebatur oblata. Suspen-
debatur multociens tanto contemplacionis excessu, ut
supra semetipsum raptus, ut ultra humanum sensum
aliquid senciens, quid ageretur circa se exterius penitus
ignorabat. Transiens namque per burgum sancti Sepul-
chri castrum utique populosum pro debilitate corporis
subvectus asello obvias habuit turbas in eum pro devoci-
one ruentes. Tractus autem et detentus ab eis compulsus
quoque ac multipliciter attractus insensibilis videbatur
ad omnia et velud exanime corpus de hiis que fiebant circa
ipsum nichil penitus advertebat. Unde cum iam diu tran-
sito castro turbisque relictis pervenissent ad quandam domum

alium leprosorum, quasi aliunde rediens celestium contemplator so-
licite requisivit quando appropinquaret ad burgum. Mens quidem
ipsius in celestibus fixa splendoribus varietates non senciebat
locorum nec temporum nec occurrencium personarum. Quod ipsi accidisse
frequencius sociorum eius experiencia multiplex compro-
bavit. Et quia in oracione perceperat sancti spiritus desiderata presenciam
tanto familiarius se offerentem precantibus quanto plus in-
venit elongatos a strepitu mundanorum, ideo loca
solitaria querens ad solitudines et ecclesias derelictas
oraturus nocte pergebat. Ubi demonum pugnas horri-
biles frequenter sustinuit, qui secum sensibiliter confli-
gentes nitebantur ipsum ab oracionis studio perturbare.
Sed quanto forcius impetebatur ab hostibus tanto ferventior
reddebatur in prece fidenter dicens ad Christum: sub umbra ala-
rum tuarum protege me a facie impiorum qui me afflixerunt. Ad demones
autem: facite quicquid in me valetis maligni spiritus et
fallaces. Non enim potestis nisi quantum vos manus superna
relaxat, et ego ad perferendum omnia que ille infligenda
decreverit cum omni iocunditate paratus assisto. Quam
mentis constanciam superbi demones non ferentes absce-
debant confusi. Vir autem dei solitarius remanens et paca-
tus nemora replebat gemitibus, loca spargebat lacri-
mis, pectora manu tundebat et occulciora secreta-
rum nactus confabulabatur cum domino suo. Ibi respondebat
iudici, ibi supplicabat patri, ibi colloquebatur amico, ibi
quoque a fratribus pie eum observantibus aliquociens auditus est
clamorosis gemitibus apud divinam pro peccatoribus inter-
pellare clemenciam, deplorare et alta voce quasi coram
positam dominicam passionem. Ibi visus est nocte orans
manibus ad modum crucis protensis toto corpore sublevatus
a terra et nubecula quadam fulgente circumdatus,
ut illustracionis mirabilis intra mentem mira
circa corpus perlustracio testis esset. Ibi et sicut certis est
comprobatum indiciis incerta sibi et occulta divine sapiencie
pandebantur, quamvis illa non vulgaret exterius nisi quantum Christi
urgebat caritas et proximorum utilitas urgebat exige-
bat. Dicebat enim: pro levi mercede rem inprecabilem
contingit amitti et illum qui dedit ad non dandum faci-
le provocari. Cum a privatis reddibat oracionibus, quibus
pene in virum alterum mutabatur summopere stude-
bat conformare se ceteris, ne forte quod foris ostenta-
tura favoris nutus [illegible] evacuaret. Cum in
publico subito afficeretur visitatus a domino, semper aliquid
obiciebat adstantibus, ne sponsi familiares a-
tactus forinsecus vulgarentur. Exercaciones gemi-
tus ductos anhelitus extrinsecos nutus orans
inter fratres devitabat omnino, sive quia diligebat se-
cretum, sive quia adulteriora revertens totus fere-
batur in deum. Sepe familiaribus dixit: quando servus dei
orans visitatur divinitus dicere debet: istam conso-
lacionem michi peccatori et indigno de celo misisti, domine,
et ego illam tue committo custodie, quia thesauri
tui me sencio esse latronem. Orante viro dei in loco
de porciuncula contingit Asisinatem episcopum venire
ad eum ut erat solitus visitandum, qui mox ut
locum fuit ingressus ad cellam viri dei presumpcione debito
fidentius accessit, pulsoque hostiolo intraturum
se ingerens cum caput immisit sanctumque orantem
aspexit. Repentino tremore concussus obrigescen-
tibus membris et loquelam amisit, subitoque volun-
tate divina compulsus foras propulsus retrogrado
pede procul abductus est. Stupefactus episcopus ad fratres
festinavit ut potuit, deoque sibi restituente loquelam
primo verbo confessus est culpam. Contingit abbatem sancti Iustini de
comitatu Perusii obviare famulo Christi de salute anime

collationem facere, et suam allocutione completa orationis suffragium impetrare. Pace itaque discedente abbate, dixit fidelis Franciscus ad socium: Expecta frater modicum, quia debitum volo solvere quod promisi. Orante autem illo, subito abbas insolitum calorem et dulcedinem hactenus inexpertam sensit in spiritu, itaque in excessum mentis effectus totus a seipso in deo defecit. Parva morula destitit, et ad se reversus virtutem orationis sancti Francisci cognovit, et multis retulit novitatem miraculi. Solitus erat vir sanctus horas canonicas non minus timorate quam devote persolvere. Nam licet oculorum, stomachi, splenis et epatis egritudine laboraret, nolebat tamen muro vel parieti inherere dum psalleret. Si quando esset in itinere constitutus, figebat gradum, nec hoc propter pluviarum inundantiam omittebat. Dicebat enim: Si quiete comedit corpus cibum suum, futurum cum ipso vermium esca, cum quanta pace ac tranquillitate accipere debet anima cibum vite. Graviter se putabat offendere, si quando in oratione deditus vanis fantasmatibus interius vagaretur. Fecerat vasculum unum ut minutias temporis ne omnino excideret occuparet. Quod cum dicenti quandam in memoriam veniens paululum ipsius animum distraxisset, motus fervore spiritus vasculum igne combussit dicens: Sacrificabo illud domino, cuius sacrificium impedivit. Psalmos cum tanta mentis ac spiritus attentione dicebat, quasi deum presentem haberet, et cum nomen domini in ipsis occurreret, pre suavitatis dulcedine labia sua lingere videbatur. Fratribus quoque persuasit aliquando ut omnes cedulas scriptas ubicumque repertas colligerent, mundoque loco reponerent, ne forte sacrum illud nomen contingeret conculcari. Nomen autem Ihesu cum exprimeret vel audiret, iubilo quodam repletus interius, totus videbatur exterius alteratus, ac si mellifluus sapor gustum vel armonicus sonus ipsius immutasset auditum. Contigit anno tertio ante ipsius obitum, ut memoriam nativitatis Christi Ihesu ad devotionem excitandam apud castrum Grecii disponeret agere, cum quanta magis solempnitate valeret. Ne vero hoc novitati posset ascribi, a summo pontifice petita et obtenta licentia, fecit preparari presepium, fenum, bovem et asinum ad locum adduci. Advocantur fratres, adveniunt populi, personat silva voces, et venerabilis illa nox luminibus copiosis, laudibus sonoris ac consonis splendens efficitur et solempnis. Stabat vir dei coram presepio pietate repletus, respersus lacrimis et gaudio superfusus. Celebrantur missarum solempnia super presepe, levita Christi Francisco sacrum evangelium decantante. Predicat deinde populo circumstanti de nativitate pauperis regis, quem cum nominare vellet, puerum de Bethleem pre amoris teneritudine nuncupabat. Miles autem quidam virtuosus et verax, qui propter Christi amorem relicta seculari militia viro dei magna fuit familiaritate coniunctus, dominus Johannes de Grecio, se vidisse asseruit puerulum quendam valde formosum in illo presepio dormientem, quem beatus pater Franciscus ambobus complexans brachiis excitare videbatur a sompno. Sic excitata sunt corda in Christi fide torpentia, et fenum presepii reservatum a populo mirabiliter sanavit bruta languentia, et alias repulit pestes diversas.

De intelligentia scripturarum et spiritu prophetie

Ad tantam autem mentis serenitatem indefessum orationis studium cum continua exercitatione virtutum virum dei perduxerat, ut quamvis non haberet sacrarum litterarum peritiam per doctrinam, eterne tamen lucis irradiatus fulgoribus, scripturarum profunda miro intellectus scrutaretur acumine. Et ubi magistralis scientia foris stat, affectus introibat amantis, et penetrabat mysteriorum abscondita. Legebat quandoque in libris sacris, et quod animo semel iniecerat, tenaciter imprimebat memorie, quod continue ruminabat devotionis affectu. Et circa studium fratrum: Volo, inquit, fratres meos discipulos evangelicos esse, sicque in notitia veritatis proficere, quod in simplicitatis puritate concrescant, ut simplicitatem columbinam a prudentia serpentina non separent, quos magister eximius ore suo benedicto coniunxit. Interrogatus semel a quodam religioso viro theologie doctore de quibusdam questionibus difficilibus, intellectu tanta claritate doctrine divine sapientie patefecit archana, ut ille peritus stuperet, et cum admiratione referret: Vere theologia sancti patris istius puritate ac contemplatione tanquam alis in altum subvecta est aquila volans, nostra vero scientia ventre graditur super terram. Licet enim imperitus esset sermone, scientia tamen plenus enodabat dubia questionum, et abscondita producebat in lucem. Nec absonum scripturarum accepit intellectum, cum per imitationem Christi perfectam veritatem earum descriptam gestaret in opere, et per sancti spiritus unctionem plenariam doctorem earum apud se haberet in corde. Adeo in ipso claruit spiritus prophetie, ut previderet futura, et cordium contueretur occulta, absentia quoque velud presentia cerneret, et se presentem absentibus mirabiliter exhiberet. Tempore enim quo Damiatam christianorum obsidebat exercitus, dum christiani pararentur ad pugnam, Christi servus vehementer ingemuit, dixitque socio: Si belli fuerit attentatus congressus, non cedet prospere christianis. Verum si hoc dixero, fatuus reputabor. Cui socius respondit: Frater, pro minimo tibi sit ut ab hominibus iudiceris, quia non nunc incipis fatuus reputari. Exonera conscientiam tuam, et deum magis time quam homines. Quo audito exiliens Christi preco salutaribus monitis christianos aggreditur, prohibet bellum, denuntiat casum. Fit veritas in fabulam, induraverunt cor suum et noluerunt reverti. Congreditur, committitur et bellatur, totaque in fugam convertitur acies christiana, finem belli obprobrium reportans, non triumphum. Tanta vero strage christianorum imminutus est numerus, ut circa vj milia fuerint inter mortuos et captivos. In quo evidenter innotuit, quod spernenda non erat sapientia pauperis, cum anima viri iusti enuntiaret aliquando vera, quam septem circumspectores sedentes in excelso ad speculandum. Alio tempore cum post reversionem ipsius de ultra mare Celanum predicaturus accederet, miles quidam supplici cum devotione cum instantia magna invitavit ad prandium. Et cum tota familia ad eius exultasset ingressum, antequam cibum sumeret, iuxta morem vir mente devotus offerens deo preces oculis stabat elevatis in celum. Oratione completa hospiti ad partem vocato ait: Ecce, frater hospes, precibus victus ut manducarem domum tuam intravi. Meis nunc cito monitis acquiesce, quia tu non hic sed alibi manducabis. Confitere nunc peccata tua vere penitentie dolore contritus, nec in te remaneat quicquam quod veridica confessione non pandas. Reddet tibi dominus vicem hodie, quod tanta devotione suos pauperes suscepisti. Acquievit ille sermonibus sancti, et confessione facta et domo disposita, intravit ad mensam, et incipientibus aliis manducare hospes

subito spiritum exalavit / sicque prophetam recipiens in nomine
verbum veritatis / prophete mercedem recepit / Tempore quo
Reate iacebat infirmus / prebendarius quidam nomine
Gedeon lubricus et mundanus infirmitate gravi
correptus et lectulo decubans / cum ad eum fuisset dela-
tus lacrimose rogabat / cum hiis qui adstabant ut ab
ipso crucis signaculo signaretur / ad quem ille cum
vixeris olim secundum desideria carnis / non veritus
iudicia dei. quomodo te cruce signabo / verum propter
devotas intercedentium preces / signo te crucis signa-
bo in nomine domini / tu tamen scito te graviora passu-
rum si ad vomitum rediens liberatus. propter peccatum
ingratitudinis semper peiora prioribus inferuntur / Signo
itaque crucis super eum facto. statim qui contractus iacuerat
surrexit sanus. et in laudem dei prorumpens. ego inquit
sum liberatus. Insonuerunt autem ossa renum eius audien-
tibus multis veluti cum manu ligna sicca franguntur
Paucis tamen interlapsis temporibus dei oblitus / corpus impudi-
cicie tradidit / cumque sero quodam cenasset in domo
cuiusdam canonici / noctemque illa dormiret ibidem subito
super omnes corruit tectum domus / ceteris autem eva-
dentibus mortem. solus miser ille interceptus atque inter-
emptus est / Nobili mulieri querelanti quod virum
haberet crudelem et adversarium in christi famulatum /
ait Vade in pace in dubitatem expectans de viro tuo
consolacionem de proximo affuturam / et adiecit
dices ei ex parte mea / quod nunc est tempus clemencie
postmodum equitatis / benedictione accepta revertitur
mulier. invenit virum. denunciat verbum et ru-
detem audit / domina serviamus deo et salvemus animas
nostras. suadente igitur sancta uxore pluribus annis celibem
vitam agentes / eodem die ambo ad dominum migraverunt
Demum cuidam familiari suo. cum quandam superventuram fi-
nalem predixisset. et vir ille peritus de quo supra mencio
facta est quod de scripturis conferebat cum eo / hiis au-
ditis ab eodem patre sancto perquireret / an ipse hec que illius
viri relacione cognoverat. non solum illa dixisse
asserit. verum et querenti alienum eventum proprium
exitum comprehendendo predixit / quod ut certius cordi eius
imprimeret / quoddam secretum conscientie illius scrupulum
quem nulli unquam expresserat et mirabiliter revelando
explicuit / et salubriter consulendo reseravit.
et sicut vir sanctus ei predixit sic finaliter consummavit / Tempore
etiam quo de ultra mare rediit fatigatus et laxus
conscendit asellum / subsequens autem socius frater Leonardus
de asisio non modicum fessus / cepit dicere intra se
humanum aliquid passus / non de pari ludebant parentes
huius et mei / ecce ipse equitat et ego pedester asinum
eius duco. Hec illo cogitante protinus de asino descen-
dit vir sanctus et ait. non frater convenit ut ego equitem
tu venias pedes. quia nobilior et potencior in hoc seculo
me fuisti. obstupuit illico frater / ad pedes eius
procidit et lacrimis rigatus exponit cogitatum
veniamque postulat / Frater quidam deo devotus et famulo
christi frequenti cogitacione versabat in pectore suo
fore gratia dignum / quem vir sanctus familiari complecte-
retur affectu / quem non tamquam extraneum reputaret ex
numero electorum reputandum / adeo quod cogitacionis
huius crebrius vexatus impulsu / viri dei familiarita-
tem vehementer optaret / nec tamen cordis sui secre-
tum revelaret alicui. ad vocans eum ad se dulciter
pater pius sic locutus est. nulla te turbet cogitacio fili
quia te karissimum habens inter precipue michi caros
libenter tibi munus mee familiaritatis et dilec-
cionis impendo. miratus frater et factus devocior ex devoto

in christi amore et viri sancti devocione excrevit / cum in monte maneret
Alverne / cella reclusus. unus ex sociis magno desiderio cu-
piebat habere de verbis domini aliquod scriptum manu ipsius bre-
viter annotatum / existimans eam temptacionem qua vexabatur
non carnis / sed spiritus vel hoc credebat evadere. vel certe
levius ferre / tali desiderio langwens vexabatur interius / quia
verecundia victus reverendo patri rem pandere non audebat
sed cui homo non dixit / spiritus revelavit / et dum frater accepit mu-
nus illud optatum / omnis illa temptacio effugatur / Frater quidam
erat. conspectu a foris videbatur sanctitate preclarus / in conversacione
insignis. tamen ad modum singularis / omni tempore oracioni vacans / tan-
ta districtione silencium observabat quod confiteri consueverat non
verbis sed nutibus / commendantibus igitur cum fratribus
venit vir dei / Sinite fratres ne michi in eo dyabolica figmenta lau-
detis / in veritate sciatis quod dyabolica temptacio est.
et deceptio fraudulenta / Docere accipientibus hoc fratribus. non
post multos dies ordinem egressus est / Vicario suo tene-
te capitulum ipse in cella orans sequester erat / et medius inter fratres
et deum / cum igitur unus ex ipsis defensionis quoddam contectus
pallio. non se subderet discipline / Videns hoc vir sanctus
in spiritu vocavit quendam de fratribus et dixit ad eum. Vidi
frater dyabolum super illius fratris dorsum / collum eius tenentem
astrictum / qui tali sessore subactus obediencie freno
spreto / instinctus eius sequebatur habenas. et cum rogarent
deum pro fratre / subito demon confusus abscessit. Vade
igitur et dic fratri. ut obediencie sancte iugo collum sine mora
summittat / monitus per internuncium frater. statimque conver-
sus ad deum. ad pedes vicarii humiliter se proiecit / Con-
tigit duos fratres de remotis venire. ut virum dei cer-
nerent. et benedictionem diu desideratam acciperent
sed cum iam de privato cellam intrasset / ecce recedentibus
illis. cum de ipsorum adventu vel recessu nil sensu
humanum scire potuisset. preter solitum
morem. egressus e cella clamavit post eos. et ipsos
quod optaverat / signo crucis facto in christi nomine
benedixit

Ffidelis famulus christi franciscus /
illis potissime virtutum exerciciis intendebat /
qui sacro dictante spiritu deo suo magis pla-
cere cognoverat. qua de re contingit
in magnam dubitacionis cuiusdam agoniam incidere
quam intus diebus ab oracione rediens terminandam /
fratribus sibi familiaribus proponebat / quid fratres inquit
consulitis quid laudatis. an quod oracioni vacem. an quod predi-
cando discurram. Ergo ego pusillus simplex et imperitus
sermone / maiorem accepi graciam quam loquendi videtur
Et ex oracione lucrum et cumulacio graciarum in predicacione
distribucio donorum celitus acceptorum. in oracione
purificacio interiorum affectuum / et unio ad unum verum
et summum bonum cum vigoracione virtutis / in predicacione
spiritualium pulverizacio pedum distractio circa multa
et relaxacio discipline / Tandem in oracione deum alloquimur
et audimus. et quasi angelicam vitam agentes / inter angelos
conversamur. in predicacione multa oportet condescensione uti
ad homines / et humane inter eos vivendo humana
cogitare. videre. dicere. et audire. Sed unum est
in contrarium quod videtur preponderare hiis omnibus apud deum
quod videlicet unigenitus dei filius. pro animarum salute de sinu
patris descendit / et verbum salutis hominibus loquens
suo mundum informaret exemplo / cumque huius per dies mul-
tos ruminaret cum fratribus certitudinem / nequibat perci-
pere / non erubescebat a minoribus parva querere qui ma-
gna didicerat a magistro summo. Hec eius summa
philosophia ut quereret a sapientibus et simplicibus perfectis
et imperfectis parvulis et grandevis / que ad perfectionis culmen

virtuosius pervenire valeret. Assumens itaque duos fratres misit ad fratrem Silvestrum, qui in monte supra Assisium iugiter orationi vacabat, ut divinum super hoc responsum perquireret. Hoc ipsum mandavit sacre virgini Clare, ut cum ceteris sororibus super hoc perquireret divinam voluntatem. Concordaverunt autem mirabiliter in idipsum, superno eis revelante spiritu, venerabilis sacerdos et virgo Deo dedicata, beneplacitum scilicet esse divinum, quod Christi preco ad predicandum exiret. Recepto nuntio, exurgens continuo succinxit se, nullaque protinus interiecta mora iter aggressus est. Ibat autem cum tanto fervore ut divinum exequeretur imperium, ac si facta manu Domini super eum novam induisset ex celo virtutem. Cum igitur Bevanium ad quendam locum pervenit, in quo diversi generis avium multitudo convenerat, quas cum sanctus Dei vidisset, alacriter cucurrit ad locum, et eas velut rationis participes salutavit. Omnibus autem expectantibus et convertentibus se ad eum, ita ut que in arbustis erant inclinatis capitibus, dum appropinquaret ad eas, insolito modo in ipsum intenderent, usque ad eas accessit, et omnes ut verbum Dei audirent admonuit, dicens: Fratres mei volucres, multum debetis laudare creatorem vestrum, qui plumis vos induit et pennas tribuit ad volandum, puritatem concessit aeris et sine vestra sollicitudine vos gubernat. Cum autem hec et his similia loqueretur, avicule modo mirabili gestientes ceperunt extendere colla, protendere alas, aperire rostra, et in illum attente respicere. Ipse vero in spiritus fervore mirando per medium earum transiens tunica contingebat easdem. Nec tamen de loco aliqua mota est, donec signo crucis facto et licentia data cum benedictione viri Dei, omnes insimul avolarunt. Hec omnia contuebantur socii expectantes in via. Ad quos reversus vir simplex et purus, pro eo quod non hactenus avibus, cepit se de negligentia inculpare. Exinde predicando per loca vicina procedens venit ad castrum nomine Alvianum, ubi congregato populo et indicto silentio, pre hirundinibus nidificantes ibidem magnisque garritibus perstrepentes audiri vix poterat. Quas vir Dei audientibus omnibus allocutus est dicens: Sorores mee hirundines, iam tempus est ut loquar et ego, quia vos usque modo satis dixistis; audite verbum Dei tenentes silentium, donec sermo Domini impleatur. At ille tamquam intellectu capaces subito tacuerunt, nec fuerunt mote de loco, donec fuit predicatio consummata. Quo multos ad sancti reverentiam et fidei devotionem accendit. Parisius scolaris quidam studio cum sociis aliis diligenter intentus, dum importuna garrulitate cuiusdam hirundinis infestaretur, dicere cepit ad socios: Hec hirundo una de illis est, que virum Dei Franciscum predicantem aliquando, donec silentium eis imponeret, molestabat. Et conversus ad hirundinem fiducialiter ait: In nomine servi Dei Francisci precipio tibi ut ad me venies continuo et conticescas. At illa Francisci audito nomine quasi viri Dei disciplinis edocta, et statim conticuit, et ipsius manibus tamquam tute custodie se commisit. Stupefactus scolaris statim eam libertati restituit et eius garritum amplius non audivit. Alio quoque tempore cum Gagete in maris littore predicaret, turbis pre devotione ruentibus ut eum contingerent, horrens Christi servus populorum applausum, in unam herentem littori naviculam prosiliit solus. Illa vero tamquam si rationis participe motore moveretur, intrinseco sine aliquo remige

cernentibus et mirantibus cunctis, se longius a terra protraxit. Cum autem aliquanto spatio in maris altitudinem se recessisset, stetit inter fluctus immobilis, quamdiu vir sanctus turbis expectantibus in littore predicavit. Cumque audito sermone et viso miraculo ac benedictione accepta multitudo recederet, ne ipsum amplius molestaret, navicula proprio ductu ad terram reversa est. Sic Francisco adherebat is, qui eum unxerat Spiritus Domini, et ipse Dei virtus et sapientia Christus, ut sane doctrine verbis afflueret et magne potentie miraculis coruscaret. Erat enim verbum eius velud ignis ardens, penetrans intima cordis, omniumque mentes admiratione replebat, cum non humane inventionis ornatum pretenderet, sed divine revelationis afflatum redoleret. Nam cum semel predicaturus coram papa et cardinalibus ad suggestionem domini Hostiensis sermonem quendam studiose compositum commendasset memorie, stetitque in medio ut verba proponeret, sic oblivioni tradidit omnia, ut effari aliquid omnino nesciret. Verum cum hec veridica humilitate narrasset, conferens se ad sancti Spiritus gratiam invocandam, tam efficacibus cepit subito verbis affluere, tamque potenti virtute illorum mentes virorum sublimium ad compunctionem inflectere, ut aperte clareret, quod non ipse, sed Spiritus Domini loquebatur. Et quoniam prius sibi suadebat opere, quod aliis suadebat sermone, reprehensorem non timens veritatem fidentissime predicabat. Nesciebat aliquorum culpas palpare, sed pungere; eademque mentis constantia magis loquebatur et parvulis, eademque pariter iocunditate paucis loquebatur et multis. Omnis etas omnisque sexus virum novum mundo celitus datum properabat et cernere et audire. Quod ipse per diversas regiones procedens evangelizabat ardenter, Domino cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis. Eiciebat demonia, sanabat infirmos, obstinatorum mentes ad penitentiam molliebat, simulque sanitatem corporibus reddebat et cordibus, ut quibus diffuse prosequitur.

Mos erat angelico viro Francisco numquam otiari a bono, quin potius instar spirituum supernorum in scala Iacob aut ascendebat in Deum aut descendebat ad proximum. Nam cum secundum exigentiam locorum et temporum aliene condescendisset procurande saluti, inquietationibus derelictis turbarum, solitudinis secreta petebat, locumque quietis, quo Domino liberius vacans extergeret si quid pulveris ex conversatione hominum adhesisset. Biennio itaque antequam spiritum redderet celo, divina providentia duce, post labores multimodos perductus est in locum excelsum seorsum, qui dicitur mons Alverne. Cum igitur iuxta solitum morem quadragesimam ibidem ad honorem sancti Michaelis archangeli ieiunare cepisset, superne contemplationis dulcedine habundantius solito superfusus, ac celestium desideriorum ardentiori flamma succensus, supernarum cepit immissionum cumulatius dona sentire. Ferebatur quidem in altum, non ut curiosus maiestatis perscrutator opprimendus a gloria, sed tamquam servus fidelis et prudens investigans beneplacitum

dei cui se conformare omnimode summo peroptabat
ardore / immissum est quod menti eius per diuinum oracu/
lum. quod in apertione libri euangelici reuelaret
ei a xpo. quid de eo in ipso & de ipso magis fo/
ret acceptum. oratione itaque tam multa deuotione
premissa. sacrum euangeliorum librum de altari
sumptum. in sancte trinitatis nomine aperiri fecit / per
socium virum utique deo deuotum & sanctum. Sane
cum in trina libri apertione domini passio semper
occurreret. intellexit vir deo plenus / quod sicut
xpm fuerat imitatus in actibus vite / sic confor/
mis ei esse deberet in afflictionibus & doloribus
passionum / antequam ex hoc mundo transiret / & licet
propter multam austeritatem vite preterite / crucisque dominice
baiulationem continuam / imbecillis esset iam de/
corpore nequaquam est territus / sed ad martirium tolerandum
vigorosius animatus / excreuerat quippe in eo insupera/
bile amoris incendium boni ihesu / in lampades
ignis atque flammarum / ut aque multe caritatem eius
tam validam extinguere non valerent / cum ergo sera/
phicis desideriorum ardoribus sursum ageretur
in deum. & cum passa dulcedine in eum transforma/
retur / qui ex caritate nimia voluit crucifi/
gi. Quodam mane / circa festum exaltationis sancte
crucis / dum oraret in latere montis. vidit sera/
phim sex alas habentem / tam ignitas quam splendidas
de celorum sublimitate descendere / cumque volatu
celerrimo peruenisset ad aeris locum / viro dei
propinquum / apparuit inter alas effigies hominis crucifixi
in modum crucis manus & pedes extensos habentis
& cruci affixos / due ale super caput ipsius ele/
uabantur. due ad volandum extendebantur / due
uero totum velabant corpus / Hoc videns vehementer
obstupuit / mixtumque merore gaudium cor eius in/
currit. letabatur quidem in gracioso aspectu / quo
a xpo sub specie seraphim / cernebat se conspici.
sed crucis affixio eum passionis doloris gladio
ipsius animam pertransibat / admirabatur quam plurimum
in tam inscrutabilis visionis aspectu / sciens quod passi/
onis infirmitas / cum inmortalitate spiritus seraphi/
ci nullatenus conueniret / intellexit tandem ex hoc
domino reuelante / quod ideo huiusmodi visio sibi fuerat
presentata aspectibus / ut amicus xpi prenosceret
se non per martirium carnis / sed per incendium mentis
totum in xpi crucifixi similitudinem transforman/
dum / disparens igitur visio / mirabilem in
corde ipsius reliquit ardorem sed in carne non
minus mirabilem signorum impressit effigiem.
statim namque in manibus eius et pedibus apparere ce/
perunt signa clauorum / quemadmodum paulo ante
in effigie illa viri crucifixi conspexerat / manus
enim & pedes in ipso medio / clauis confixe vide/
bantur / clauorum capitibus in interiori parte ma/
nuum in superiori pedum apparentibus / & eorum acu/
minibus existentibus ex aduerso. erantque clauorum
capita in manibus & pedibus rotunda & nigra
ipsa non acumina oblonga retorta & quasi reper/
cussa / que de ipsa carne surgencia carnem reliquam
excedebant. dextrum quoque latus quasi lancea trans/
fixum / rubra cicatrice obductum erat / quod sepe
sanguinem sacrum fundens / tunicam & femoralia
respergebat / cernens autem seruus xpi quod stigmata
carni tam luculenter impressa socios familiares la/
tere non possent. timens nichilominus pu/
blicare domini sacramentum / in magno positus fuit

dubitationis agone utrum videlicet quod viderat di/
ceret vel taceret / dubium proinde coram aliquibus fratribus
proposuit / & consilium requisiuit. Quidam uero ex fratribus
gracia illuminatus & nomine Illuminatus / intelligens quod aliqua
miracula vidisset / pro eo quod videbatur ad modum
stupefactus / ait / frater non solum propter te verum et propter alios ti/
bi ostenduntur aliquando sacramenta diuina / timendum propterea
videtur ne si quod pluribus profuturum accepisti cela/
ueris / pro talento abscondito reprehensibilis iudi/
ceris / ad cuius verbum motus vir sanctus / licet alias
dicere solitus esset / secretum meum michi. tunc tum
cum multo timore seriem retulit visionis prefate
addens / quod ille qui sibi apparuerat aliqua dixerit que
numquam dum viueret alicui homini aperiret. postquam
uero verus xpi amor in eandem ymaginem transforma/
uit amantem / xl dierum numero iuxta quod decreuerat
in solitudine consummato / superueniente quoque solempni/
tate archangeli michaelis / descendit angelicus
vir de monte / secum ferens crucifixi ymaginem
non in tabulis lapideis uel ligneis / manu fi/
guratam artificis. sed in carneis membris descrip/
tam / digito dei viui et quia sacramentum regis
abscondere bonum / bonum est. ille secreti regalis
vir conscius signacula illa sacra pro viribus
occultabat. Iterum quia dei est ad gloriam suam magna
reuelare / que facit / dominus ipse qui signacula illa secrete
impresserat / miracula quedam aperte per ipsa monstrauit
ut illorum occulta & mira vis stigmatum manife/
sta pateret / claritate signorum / in prouincia namque
reatina pestis inualuit valde grauis que boues
& oues omnes sic consumebat crudeliter / quod nullum
poterat remedium adhiberi. Vir autem quidam
timens deum / nocte fuit per visionem commonitus
ut ad heremitorium fratrum festinanter accederet
& loturam manuum ac pedum sancti dei francisci qui
tunc temporis morabatur ibidem / accepta super animalia cun/
cta respergeret / mane itaque surgens venit ad locum
loturam quoque huiusmodi per socios sancti viri latenter obtentam
oues & boues languentes extra aspergit / mirabile
dictu statim ut aspersio animalia languida & in terra
iacentia / contigitque paululum attingebat pristino
recuperato vigore surgebat continuo. & tamquam nil
mali sensissent / ad pascua festinabat. sicque aqua
que sacras plagas contigerat / omnis pestis plagam
fugabat. circa montem aluerne antequam vir sanctus
ibi moram traheret / nube ex ipso monte surgente
grandinis violenta tempestas fructus terre consu/
etudinarie deuastabat / sed post illam apparicionem
felicem non sine incolarum admiratione / grando ces/
sauit. Viderunt quoque stigmata sacra illa dum
viueret fratres quam plurimi. viderunt & ex familiari/
tate qua cum viro sancto habebant / aliqui cardinales lau/
des sacrorum stigmatum prosis & ymnis ac anti/
phonis ad ipsius ediderunt ueraciter inserentes que
tam verbo quam scripto perhibuerunt testimonium veri/
tati. summus & pontifex cum populo predicaret affir/
mauit se dum sanctus viueret stigmata sacra illa
suis occulis conspexisse. viderunt in morte plus quam quinquaginta
fratres. virgo quoque deo deuota clara cum ceteris sororibus
& seculares innumeri. vulnus autem lateris tam solici/
te occultabat ut illud nemo posset nisi
furtim conspicere dum viueret. Vnus enim eius frater
qui ei sedule ministrare solitus erat cum pia
cum cautela ut ad excuciendum exueret tunicam
induxisset / attente respiciens vidit plagam cum

in ipsius loci contactu digitos applicans, tam visu quam
tactu vulneris quantitatem agnovit. Consimili cau-
tela vidit et frater ille qui tunc temporis erat vicarius
eius. Frater vero socius eius mirandae simplicitatis, dum infirmi-
tatis causa languentes scapulas confricaret, manum
per capucium missam et manualiter casualiter vulne-
ri sacro illapsam magnum ei dolorem inflixit. Pro-
inde ex tunc portabat femoralia ita facta ut usque
ad ascellas pertingerent, ad vulnus lateris contegen-
dum. Fratres quoque qui illa lavabant vel tunicam ex-
cuciebant pro tempore, quia inveniebant ea sanguine
rubricata, indubitanter per evidens signum in cognicio-
nem sacri vulneris pervenerunt. Eya nunc stre-
nuissime Christi miles ipsius fer arma invictissimi
ducis, quibus munitus insignitus omnes adversarios
superabis. Fer vexillum regis altissimi, ad cuius in-
tuitum omnes pugnatores divini exercitus animentur.
Fer nichilominus bullam summi pontificis Christi, quo
verba et facta tua tamquam irreprehensibilia et aute-
tica merito ab omnibus acceptentur. Iam enim propter stigma-
ta domini Ihesu, quae in corpore tuo portas, nemo tibi debet esse
molestus, quin pocius quilibet Christi famulus omni debet tenere
affectione devotus. Iam per haec signa certissima non
duobus aut tribus testibus ad sufficienciam, sed quam plurimis
ad superhabundanciam comprobata, testimonia dei in
te et per te credibilia facta nimis omnem tollunt infi-
delibus excusacionis velamen, dum credentes in fide
stabiliunt, spei fiducia sursum agunt et igne ca-
ritatis accendunt. Iam vere impleta est prima visio
quam vidisti, videlicet quod dux in milicia Christi futurus
armis deberes celestibus signoque crucis insignibus
decorari. Iam in principio tuae conversionis cruci-
fixi visio compassivi doloris gladio mentem te
transfigens, sed et auditus vocis de cruce tamquam
de throno Christi sublimi et secreto propiciatorio procedentis,
ut tuo sacro firmasti eloquio, vera in-
dubitanter fuisse creduntur. Iam in tuae conversacionis
progressu et cruce quam vidit frater Silvester ex ore
tuo mirabiliter procedentem, et gladios in crucis
modum tua viscera transfigentes, quos frater
vidit Pacificus, teque sublimem crucis figuram in aere
sublevatum, cum de crucis titulo sanctus predicabat Anto-
nius, ut quod prospexit angelicus vir Monaldus,
non fantastica visione, sed revelacione celica fuisse
conspecta vere creditur et firmatur. Iam denique circa
finem quod simul tibi ostenditur et sublimis similitudo
seraphim et humilis effigies crucifixi interius
te incendens et exterius te consignans tamquam
alterum angelum ascendentem ab ortu solis, qui signum
in te habeas dei vivi, et predictis dat firmitatem
fidei et ab eis accipit testimonium veritatis. Ecce
iam septem apparicionibus crucis Christi in te et circa te
secundum ordinem temporum mirabiliter exhibitis et monstra-
tis quasi sex gradibus ad istam septimam in qua finaliter
requiesceres pervenisti. Crux namque in tuae conversionis
exordio tam proposita quam assumpta et deinceps in conver-
sacionis progressu per vitam probatissimam baiula-
ta in te ipso continue et in exemplum aliis demonstrata
tanta certitudinis claritate ostendit, evangelicae
perfectionis apicem te finaliter conclusisse, ut demon-
stracionem hanc christianae sapienciae in tuae car-
nis pulvere exaratam nullus vere devotus abiciat, nullus vere
fidelis impugnet, nullus vere humilis parvipendat, cum sit
vere divinitus expressa et omni acceptione condigna.

17a de confirmacione [illegible]
[illegible]

[H]o gesta pape Honorii reddentes di-
camus quod anno 1216 pontificatus
sui primo confirmavit ordinem predica-
torum, minorum vero anno VIII, ordinem
et de Valle Scolarium, cuius institutor
fuit Guilelmus de scolaris Parisius. Postea rexit
in Burgondia et tandem cum quibusdam scolaribus
suis ad heremum convaluit et formam vivendi
ex diversis religionibus elegit. Carmelitarum
quoque ordinem habitancium in monte Carmeli, qui
cum brevibus observanciis regularibus a patriarcha
Ierosolimitano eisdem traditis. Postea autem
Gregorius eandem regulam confirmavit et ne
possessiones vel redditus perciperent distric-
te eis prohibuit. Sed 1238 per paganorum in-
sultus compulsi sunt a loco illo per varias partes
dispergi. Mortuo quoque Henrico dicto imperatore
Constantinopolitano, Petrus comes Altissiodoren-
sis et Yoles uxor eius pro imperio Constantinopolita-
no coronantur a papa Honorio 1216 in ecclesia
sancti Laurencii extra muros. Cumque recessissent
de Roma et cum eis legatus apostolice sedis Iohannes
de Columpna cardinalis, de Brundusio in Dura-
chium transiit. Imperatrix cum filiabus duabus recte
te per mare, ipse imperator cum cardinali et toto
comitatu recepto baronum omagio, sed predicto
accepto consilio per terram transiit et in via cum Theo-
doro predictus iit a quo proditore invitatur
et in convivio capitur, paucis fugientibus mul-
titudo prostrata est. Hic Theodorus pro imperatore
se gerebat, quia prius ceteris Henrico propinquius
fuerat, et tenebat totam Sagoram a Durachio
usque marchiam Vlachie. Obiit autem relicto
parvulo filio Henrico de quo 133 [illegible]. 1217 treu-
ga christianorum et saracenorum expirante in pas-
sagio generali post concilium Lateranense congregatus est
exercitus domini in Accon copiosus, cum tribus regibus,
scilicet Ierusalem, Ungarie et Cipri, et fuit et dux Au-
strie et dux Bawarie, magnaque milicia
regis Theotonica, archiepiscopus quoque Ucosiensis et
alii plures episcopi. Itaque patriarcha cum magna humili-
tate vexillum vivifice crucis tulit, siquidem
cum Saladinum invenerit bello secta fuit et pars
ad plenum delata amissa, reservata non nisi contra
adversarios portatur. Qui senescentes exercitum
domini ordinate procedere per planum Fabe et montes
Gelboe usque Bethsan inde fugerunt, terram vasta-
tam relinquentes exercitui christiano, qui in vi-
gilia sancti Martini in Iordane suis lotis cor-
poribus biduo recreatus est. Deinde visitans lo-
ca Christi presencia consecrata pervenit Bethsaidam
civitatem Andree et Petri. Post dominicam de ad-
ventu castrum aggreditur maxime rex Ierusalem
in monte Thabor in quo admiratum unum stravit,
sed nocte superveniente inglorius de monte descendit
exercitus. Deinde a latrunculis et asperitate yemis
exercitus multa passus maxime in vigilia domini,
multique capti utriusque sexus baptizati sunt.
Post hoc exercitus domini quadrifariam divisus
est. Rex Ungarie et Cipri Tripoli profecti sunt.
Rexque Ungarie brevi tempore commoratus cum magno
dampno terre promissionis recessit, peregrinos et
galeas dextros et invicta cum armis secum tra-
xit, iniustum amonitus a patriarcha ne sic rece-
deret, tandem excommunicatus est cum sua sequela. Alia pars

timidorum et firmatorum remansit in Achon. Rex vero Ierlm et dux Austrie cum hospitalariis sancti Johannis et episcopis predictis et quibusdam aliis castrum celeriter utiliter firmaverunt, ne inimicorum sepius incursaret adventus. In cathedra beati Petri patriarcha celebravit in purificacione Virginis / templarii vero auxiliantibus peregrinis et hospitali domus Theotonicorum castrum peregrinorum reedificaverunt quod prius dicebatur filii dei. Ubi et in fossione moneta incognita inventa est qua labores et sumptus alleviati sunt. 1218 in Marchio applicuerunt Achon Cogones ex provincia Coloniensi vi feria ante penthecosten / cum predicaretur crux triplex forma crucis in aere. Una candida versus aquilonem. Alia contra solis ad meridiem tercia medio colore colorata. Huius crucis patibulum et figuram hominis crucifixi / elevatis brachiis in fixione clavorum et capite inclinato media inter illas. In alio loco in Frisie villa tempore predicacionis crucis apparuit iuxta solem crux cerulei coloris. In diocesi etiam Traiacensi in villa Doctum apparuit crux alba et magna ac si trabs ex adverso trabis artificiata composita esset et movebatur ab aquilone ad meridiem. Tunc firmatum fuit in concilio Lateranensi de mittenda milicia christiana in terram Egypti in madio quod post ascensionem domini preparatis navigiis. Johannes rex Ierlm patriarcha episcopi dux Austrie cum suis dominibus et copiosa christianorum multitudine de castro peregrinorum profecti sunt et multi recedentes prospero vento tercia die ad portum Damiate pervenerunt. Quia vero capitaneum in isto castro carentes et multi in arto nimium tempore sequi illos non potuerunt / ideo exercitus capitaneum elegit comitem de Sacro ponte et ad portum maris Damiate applicat / et hostilem turrim occupat ante regis et ceterorum adventum. Et fecit deus aquam salis dulcem / que mari miscebatur. Facta quoque est generalis fere lune eclipsis. Eodem tempore multi barones de Francia cum populo copioso transfretare ceperunt. Rex et Ierlm cum reliqua parte exercitus pervenit ad locum. Supervenit et legatus Pelagius et cum rege qui prius exercitum dirigebat colloquium sue autoritatis habuit / allegans quod ipse debebat exercitum preesse / quia et passagium erat per ecclesiam ordinatum / et cruce signati ad suum regimen pertinerent. Rex autem verba dissimulans pro domino se regebat. Ac per hoc exercitus est divisus / et quisque affectionem affectionem sui domini sequebatur. Eodem anno Hugo rex Cypri in Tripoli moritur / relicto Henrico puero viii mensium et duabus filiabus una quarum nupsit Galtero comiti Bernensi / altera Ysabella filio principis Anthiochie / 1219 Ierlm a Coradino filio Safadini capitur / muros quoque et civitatem destruxit / excepto templo domini et turri David. De sepulcro domini destruendo consilium habuerunt Saraceni et hiis coniuncti sunt quoque civibus Damiate ad eorum solacium submittunt. Sed huic temeritati nemo ponere manus presumpsit propter reverenciam loci / sicut in alcorano continetur Jhesum Christum creditur de Maria virgine conceptum et natum / prophetam sine peccato vixisse cecos illuminasse leprosos mundasse mortuos suscitasse verbum et spiritum dei et vivum ad celos ascendisse.

Unde quo tempore treugarum Ierlm ascendunt sapientes ipsorum codices ewangeliorum postulabant sibi exhiberi et osculabantur et venerabantur propter munditiam quam Christus docuit et maxime propter ewangelium Luce Missus est angelus etc.

Nonis quoque novembris Damiata capta est / sine dedicione sine violencia cum tumultu predacione, ut soli deo ascriberetur victoria / quod cernens Soldanus sua castra comburens confusus abscessit et de spoliis ditatus est populus christianus. Et post infectos pestilencia et fame usque ad xxx saracenorum capta sunt platee domus et lectuli. Multi repleti erant fetore et cadaveribus mortuorum. Missis deinde viris quasi mille ad explorandum Thanis mense novembri Saraceni castrum quo nullum magis munitum sponte reliquerunt. Ante capcionem Damiate / liber quidam christianis apparuit arabice scriptus / cuius autor christianum vel iudeum vel saracenum se negat. In quo continebatur quod gessit Saladinus contra christianos et de capcione Damiate. Dicebat quoque quedam regem christianorum Nubiarum Meccam civitatem debere destruere et ossa Machometi dispersa proicere.

Post capcionem Damiate Jorgiani strenui victoribus / turpe esse eis nisi Damascum vel aliud locum nominatum virtute armorum caperent. Ipsi enim in partibus vicini sunt. Longo tempore spacio a terra promissionis distantes / quorum provincia extenditur usque ad montes caspios. Bellicosi homines sunt / habentes rasuram in capite. Clerici rotundam / laici quadratam / mulieres eorum equestres procedunt / 1220 princeps Damasci destruxit castrum Saphet / Johannes rex Ierlm castrum relinquit [illegible] causas aliquas pretendens ad suam excusacionem et promittens festinatum redditum / legatus autem de Damiata processit equitando per ripam fluminis / et iuxta eos eorum navigia et pede prohibente pervenit ad locum ubi flumen dividitur in ramum Tapnis et in ramum qui venit Damiatam / ultra non flumen Saraceni castra metati hedificantes novam Damiatam vocatam. Postquam vero christiani ibi per mensem fuerunt nichil agentes et timentes victualium inopia / eligunt secrete reddire. Sed Saraceni aquam fluminis induxerunt usque ad genua hominum / et tandem permittunt si reddunt Damiatam / eos ducere captivos reddere / et sanctam crucem. Facta est treuga per annos viii. Eodem anno Tartari vastare ceperunt. Deinde intraverunt maiorem Armeniam. Ubi est mons Ararath ubi requievit archa Noe / in cuius radice est prima civitas quam hedificavit Noe. Iuxta illam defluit fluvius Artasis qui fluit per medium Moganie / ubi sunt in yeme Tartari usque ad mare Saracenum.

Rex Ierlm prefatus 1221 ad regem Francie se contulit / auxilium petiturus propter malum statum terre promissionis. Fridericus rex Romanorum signo crucis prius assumpto unicam filiam regis Ierlm duxit uxorem de consilio et voluntate summi pontificis et tocius

e 7

consistorii et magnorum ultramarinorum qui pro consilio
vocati fuerant. ipse non promisit eam accipere cum pubesceret
i. usque ad xiiii annos. et in ore non auxilium terre sancte
et pacta sunt iuramento firmata. sententia excommunica/
cionis apposita. statuto tempore rex ierusalem ad imperatorem
adduxit filiam brundusium et desponsata puella
premium imperator requirit ut regna et regalia in
eam resignet. stupefactus ille obedit. et mittitur
baiulus hugo de monte beliardi. et postea cum misit
contra thomam qui maioris fuit reputacionis quam in
suo adventu fuerit imperator. tunc alamanni ca
strum de monte forti ceperunt. Rex autem qui fuerat in
franciam profectus est. Postquam vero tempus transfretandi
advenit cum xx galeis et militibus vero apulus eundem
re disponit. papa illi mandat ne tamquam cruce si
gnatus eat donec ab excommunicacione quam incurrerat esset
absolutus. et de iniurio satisfecisset. Imperator predicta
parum attendens in cyprum venit et dominum baruth bla
de ad se vocat. volens eum ... propter uxorem
iam defunctam que reliquerat conradum. ille vocatus
contra consilium sibi datum. post prandium adductis armatis
ab imperatore requiritur primum fuit quod redderet baru
thum. quod non iure tenebat. Secundo quod de omni percepto
a tempore mortis hugonis. erat enim filii baiulus —
usque tunc in annis x perceperat redderet racionem. Secundum consu
etudinem curie romanorum almanorum, sed bonis viris
mediantibus convenit. ut de primo secundum consuetudinem
curie regni ierusalem. de secundo secundum consuetudinem regni
cypri ... Inde ptholomaidam profectus soldano
transmittit tamquam sibi munera. et quod non acquirende
terre causa venit. sed ... locorum gratia et quod filius eius
heres sit regni ierusalem. et si hec pacifice reddat
pacificus erit recessus. interim duo fratres minores
litteras pape presentant patriarche. ut eum excommunicatum
denunciet. Et post hec imperator recepit quod ...
regnum sicilie occupavit. ille cum soldano concordat
ut partem ierusalem accipiat bethleem et nazareth et
casalia in medio in recta via. et terram taron et
... ad sydonem et profectus ierusalem absque ul
la benedictione coronam posuit super altare. deinde super
caput suum. deinde brundusium reddit 1229 de quo
fredericus bona habuit inicia. tamen mortua matre
ab iniquis perversus, cepisse in regno gravare ec
clesias et in servitutem redigere. saracenos enim per
regnum dispersos congregavit et in una civitate forti
ficavit que luceria saracenorum dicta est cum illis sub
tributo concedens, et honorii admonicioni non
acquiescens excommunicatur, nec cessavit a 1221 usque ad
finem vite sue. Ideo honorius omnes barones regni
apulee et ipsi a iuramento fidelitatis absolvit
1222. Tartari transeuntes montes ripheos qui
dividunt asiam maiorem ab europa, marchias
ungarorum perforant. quas ipsi silvas vocant. et per
ungariam nulli parcentes sexui vel etati 1223. phi
lippus rex francorum, qui probitate mira regno suo
multos adiecerat comitatus. scilicet ... belo
motensem. potinensem. ... cenoma
nensem. turonensem andegavensem pictavensem
obiit, mirum condens testamentum enim regi iohanni ie
rusalem reliquit ... libras parisienses. totidem
hospitalariis, totidem templariis. et alia magna
valde. Eodem anno Lodowicus filius eius successit in
regno. In hoc enim reddit regnum ad stirpem karo
li imperatoris. de qua originem habuit ex parte matris
37. annum quem compleverat quando fuit coronatus, cum fredericus

Aperuit ripheos qui dividunt
asiam maiorem ab Europa,
marchie ungarorum ...
alias plus.

pacis ac federis colloquium habuit. Iohannes rex ierosolimorum limina beati Iacobi causa peregrinationis visitat et filiam regis galicie ducit uxorem

Azo marchio estensis et ricardus comes sancti
bonifacii cum veronensibus et mantuanis ob
sederunt in ferraria salinguerram. qui conti
... ut intraret ferrariam et cum intrasset
captus est cum sua comitiva, ac per hoc fuit soluta
obsidio. Mansit autem comes in vinculis donec
reformata fuit compositio. Post modicum tempus eodem
anno vel secundum alios 1234. Ferrandus rex castelle
et legionis obsedit ... erat ...
rum. ubedam capiud et cordubam quod sedes est provincie
vandalie 1236. capit sibillam ... fugatis sa
racenis. tunc floruerunt guilhelmus antiodoren
sis, qui summam in theologia composuit. Laurencius
et vincencius yspani, magni iuriste. eodem
anno multi nobiles ex parte comitis sancti bonifacii
pecunia inducti partem adheserunt salinguerre
et comitem de verona subito expulerunt. et tunc
eccelinus primo cepit habere dominium in verona. Mantu
ani autem comitem receperunt et in guerra vincerent
donec compositionem intervenerunt mercatoribus recto
ribus lombardie

Millo ... biennio ab impressione sacrorum
stigmatum, anno videlicet a sua conversione
xx cum ... infirmitate valida premeretur
sanctissimus pater franciscus, ad sanctam mariam
de porciuncula se deportari poposcit, quatenus ubi
acceperat spiritum gracie, illic redderet spiritum vite
quo cum pervenisset super nudam humum procidit
ut ostenderet se nichil commune habere cum mun
do. et sic in sue conversionis primordio nudus
stetit coram antistite sic exiens de mundo nu
dus voluit permanere. Ut hora illa novissima
in qua poterat hostis adhuc irasci prudens
christi athleta, saccina veste deposita nudus
luctaretur cum nudo, faciem quoque more solito
levavit ad celum, et illi glorie totus intentus manu
sinistra dextri lateris vulnus obtexit. et ait
ad fratres. ego quod meum est feci. quod vestrum est christus edo
ceat. illacrimantibus autem sociis sancti viri ex
his quidam vir dei guardianum suum esse dicebat
voti ipsius divina inspiracione cognoscens festi
nus surrexit. et accepta cordea et femoralibus
tunicam pauperculo christi obtulit dicens hec tibi tamquam pau
peri commodo. et tu illa suscipias obediencie
sancte mandato. Iubilat pre leticia cordis vir sanctus
quod videt se fidem tenuisse domine paupertati o
mnere christianissimum virum quem in omnibus christo vi
vente a moriente morientem et mortuus mo
tuo perfecta esse studuit imitacione conformis
et expressa meruit similitudine decorari
hora denique sui transitus appropinquante. fecit
omnes fratres existentes in loco ad se vocari et
eos consolatoriis verbis pro sua morte de
mulcens ad divinum est hortatus amorem. consedentibus
tibus vero fratribus extendit super eos manus in mo
dum crucis brachiis cancellatis. pro eo quod
hoc signum semper amabat. et omnibus fratribus tam
presentibus quam absentibus ... in crucifixi virtu
te ac nomine benedixit. et super adiecit valete filii
omnes in timore domini et permanete in eo semper. et quia
futura temptacio et tribulacio appropinquat felices

qui perseverabunt in hys que cepit. ego vero ad
deum propero cuius gratie vos omnes commendo. iussit ergo
evangeliorum codicem apportari, et evangelium
secundum Johannem, quod incipit ab eo loco, ante diem
festum pasche, sibi legi proposuit. ipse vero prout
potuit in hunc psalmum voce prorupit. Voce
mea ad dominum clamavi, voce mea ad dominum deprecatus sum.
et ad finem usque complevit, me expectant
iusti donec retribuas michi. tandem cunctis in eo
completis mysteriis, anima illa sanctissima carne
soluta et in abissum divine claritatis absorta.
Beatus vir obdormivit in domino iiii nonas
octobris die sabbati in sero, sepultus in die dominico.
Unus autem ex fratribus et discipulis eius vidit animam
illam beatam sub specie stelle prefulgide, a candida
subvectam nubecula, super aquas multas in
celum recto tramite sursum ferri. minister quoque
terre laboris frater augustinus, vir utique sanctus
et iustus in hora ultima positus, cum diu iam perdi-
disset loquelam, clamavit et dixit expecta
me pater expecta, ecce ego venio tecum. et querenti-
bus fratribus cum loqueretur ait. non ne videtis
patrem nostrum franciscum, qui vadit ad celum.
statim quoque anima eius migrans a carne, patrem est se-
cuta sanctissimum. Nocte qua fuit transitus be-
ati francisci assisinati episcopo in monte gargano
apparuit dicens, ecce relinquo mundum et vado ad
patrem, alaude aves, lucis amice, tenebras
horrescentes, cum iam esset noctis crepusculum
super tectum domus venerunt in multitudine ma-
gna. et quasi in dei laudem ab ipso sepius fuerant
invitate diu et insolita iubilacione rotantes si-
gna letitie prebuerunt. Caro autem ipsius que prius
tam ex infirmitate quam ex natura ad nigredinem decli-
nabat, candore nimio renitescens illius he-
stelle pulcritudinem pretendebat, membra
ipsius adeo mollia et tractabilia se prebebant
palpantibus, ut conversa videretur in teneritudinem
puerilis etatis, et quibusdam cerneretur evidenti-
bus signis innocentie decorata. Cum igitur in candidis-
sima carne clavi nigrescerent sic carnium innati
quod dum a parte quamlibet premerentur, ad partem opposita
resultabant. plaga vero lateris velud roseus
flos ruberet, mirandum non est si tam formosa et
miraculosa varietas iocunditatem et admiracio-
nem conspicientibus ingerebat, lacrimabantur filii pro
subtractione tam amabilis patris, sed et non modica
perfundebantur letitia. dum deosculabantur in eo si-
gnacula summi regis miracti novitas planc-
tum vertebat in iubilum, et intuitus indaginem
in stuporem, erat quippe tam insolitum quam in signe
spectaculum conspicientibus omnibus et firmamentum fidei
et incitamentum amoris, audientibus vero admiracio-
nis materia excogitacionis desiderii ad videndum. Eodem
anno legatus cardinalis induxit regem lodovicum
ut cepta perficeret contra tholosanos, qui versus
lugdunum iter duxerit per planiorem viam et commo-
ditatem fluminis rodani. et que erant ex villis comitis
occurrebant regi festine, obsedit autem avinionem
set qui prius subiectionem et transitum negaverunt
capta autem avinione, in pertiteri et carcassona
usque apamias pervenit ad pestem hereticam extirpendam.

Millesimo ccxxvii Gregorius nonus
natione campanus dictus ugulinus episcopus hosti-
ensis. hic fuit in lumbardia quando concitatione federici tota discissa
erat. fuerunt enim duo fratres de tuscia nobiles. unus
dictus est gibelinus qui secutus est imperatorem. alter
gelphus, qui sequutus est ecclesiam, a quibus illi de parte
imperii gibelini, illi vero de parte ecclesie dicti sunt gel-
phi. Eodem anno papa monuit fredericum ut ab incepto
desisteret, ut non proficiens, sententiam honorii renovat.
Eodem anno tholosani tribulacionibus attriti pacem
consenserunt coram rege lodovico et legato. ut rex
inveniens comitatum tholose in vita tantum gaudeat
et nullus in comitatum ius habeat. non descendens ex eius
filia unica Johanna, et alphonso fratre regis. et
ultra mare serviat quinque annis, tunc moritur
Raymundus antiquus comes excommunicatus, et ad
huc remanet insepultus. Rege et francie lodo-
vico. in itinere positum infirmitas invadit. ante
festum omnium sanctorum, die Jovis die martis sequenti
apud monpancier labitur in frenesim, sequenti
vero dominica in octava sancti omnium sanctorum migravit ad christum.
hic vere catholicus, miro castitatis fuit, omnibus
diebus vite sue, nunquam carnem suam extra legitimum
matrimonium maculavit, unde dicitur fuisse comple-
ta prophecia merlini. qua dicit in monte veteris
morietur leo pacificus, ubi nullus auditus est
antea decessisse. lodovicus autem filius eius prima dominica
adventus, remis coronatur xiiii etatis anno complens
in festo beati martini, fernandus comes flandrie
qui per annos xii et dimidium parisius per captionem
detentus fuerat, multa redemptus pecunia li-
beratur.

Licet enim in vita mirabilis stupendis
claruit sanctus franciscus, post mortem tamen
ipsius in diversis orbis partibus multi-
plicantur in devotis ipsius impetrata be-
neficia, ita ut clamantibus linguis tam sermonum
quam operum ad aures summi pontificis, domini Grego-
rii noni, que per servum suum franciscum deus operabatur
magnalia pervenerint. Informatus itaque non
solum exauditis, sed ex visis oculis et manibus
contrectatis. venies personaliter ad civitatem asisii
1228. 17. kalendas augusti die dominico cum magnis
quam longum foret enarrare solempniis, beatum
patrem, cathalogo sanctorum ascripsit, comes
britanie cum custodia receptum, a lodovico
rege defuncto, sed reddere nolebat, congregavit
et obsedit et ad dedicionem cohegit. tunc rex
anglie cum pudore reddidit. Eodem tempore iohannes
de vineis normaniam infra paucos dies
subiugavit.

Floruit tunc sancta elisabeth. cum enim Regis esset Andree
Ungarie filia, in tenera infancia
mira cepit devocione vigere. Cumque
enim esset quinquennis in certa ordinis
gratia, tam inguiter esse nolebat, quod nu-
per socias vel ancillas vix posset evelli. Cum
ad ludos a sodalibus cogeretur versus eccle-
siam se referebat, ut qui ex tali oportunitate
oratorium visitaret. et statim ingrediens aut
flectebat genua, aut pavimento tota se tende-
bat. et licet karacteria non haberet, psalterium
sepe per oculis expandebat, ut quodammodo se
legere fingeret, ut per hoc quam occupatam nullus
impediret. se quoque cum puellis ad terram prostenes
ludi specie mensurabat, ut sub tali oratione
deo reverenciam exhiberet, de hys vero que vel

Guelphi et Gebellini

luderet acquirebat. vel alia possidebat, puellis pauperibus vel decimas dabat, inducens eas ut orationem dominicam dicerent / vel virginem sepius salutarent / et licet hec quasi supra etatem ageret / tamen per augmenta etatis crescebat gratia sanctitatis. Virginem gloriosam suam advocatam eligens apud deum / et Johannem ewangelistam / sue virginitatis custodem. audivit autem ut dum singule puelle / votum cedula ter susceperit. ad quem tanto ferebatur / de altari singulas cedulas scriptas nomina apostolorum inscriptas debere recipere. ipsa oratione premissa / sui devoti nominis votum cedula ter suscepit ad quem tanto ferebatur devotionis affectu / ut nichil pro eius amore petentibus denegaret. temperancia semper utebatur in prosperis / et cum ludum inchoasset vel corea / facto uno circuitu vel saltu pro lucro dicebat / dimittamus residuum propter deum / sicque socias a vanitatibus temperabat. vestimentorum lasciviam usum semper abhorruit / et omnem inhonestatem dillexit / dies solempnes tanta devotione colebat / ut manicas sibi consutas ante missarum solempnia non solveret / cirothecarum usum diebus dominicis ante meridiem interdixit / officium ecclesiasticum audiebat attente et reverenter et cum sacram hostiam adorare deberet gemmas et capitis ornamenta tollens in imo locabat.

Postquam enim urgente patre / copulata Lantgravio Thuringie marchioni consensit et quos solum filios ad dei honorem inire quesivit / nulli culpam delicto in subiecta fuit. Unde et in manibus magistri Conradi votum emisit quod si viro suo supervixerit continenciam perpetuam servaret / fuit autem ei concessa dispositione divina ut incultos in ibi homines moribus informaret et ad divinum amorem plurimos attraheret.

Ad certam preveniebat ancillas / ut que prior optineret munera gratiam / sepe devote ad orationem surgebat / rogante viro ut sibi parceret / et aliquam quietem corpori donaret / ordinaverat enim ancillam domicellam sibi familiarem plus ceteris. ut si forte sompno depressa non surgeret. eam pede tangens excitaret. que cum in pede mariti scilicet casu impegisset quod id fuerat ordinatum / et dissimulando pertransiit / ut vero orationum suarum deo pingue redderet sacrificium sepe suppus rigabat habundancia lacrimarum / nec ex hoc vultus eius in diversa mutabatur / putaque de dolendo flebat et semper de dolore gaudebat. sepe noctes ducebat insompnes / ut orationibus posset insistere et in abscondito patrem orare. Cumque sompni adesset necessitas / super strata tapeta dormiebat. et tamen sponsus aberat. maxime in orationibus pernoctabat.

Nil abiectum alium vilipendit. sed cum multa diligencia ad curam suscepit / infirmum quendam cum deformem vultum aspiceret. et capitis corruptione horribilem in sinum proprio reclinavit / et horridum crinem tondens eius caput ancillis ridentibus lavit / in rogacionibus processione nudis pedibus induta lineis sequebatur. et in predicationum stationibus inter pauperculas humiliter residebat. In purificatione post partum aureas vestes spernebat

et in predicationum stationibus inter pauperculas humiliter / et gemmas sed exemplo humilime virginis proprijs gestans ulnis ad altare cum candela et agno humiliter offerebat / et inde rediens vestimenta cum quibus processerat alicui paupercule tribuebat / ut sinime quoque humilitatis acquireret meritum / consenciente marito / magistri Conradi pauperis et mendici / sua tamen et religione perspicui / obediencie se subiecit / matrimonij iure salvo / hic cum illa scilicet ad predicationem vocata supervenisset marchionissa Misnensi se impedita / venire omisisset / quasi inobedientem eam cum aliquibus ancillis que culpabiles videbantur / usque ad camisia expoliatas fortiter verberari fecit.

Sepe per manus ancillarum faciebat se in cubiculo fortiter verberari ut flagellato salvatori se conformaret / et carnis omnino lasciviam coherceret. Inter ferculorum copia / simplici pane erat contenta cibos sepe manu tractabat / et dividebat. ne superstitionis notam incurreret / et adstantes letificaret. Statum paupertatis amabat / unde aliquando sola cum ancillis vestimentis vilibus induta et despecto velo caput operiens dicebat taliter incedam cum ad statum venero paupertatis.

Nullum opprimi sinebat in tedia / ideo civium eam pauperum vocabat / procurabat nudis vestes / peregrinis sepulcra / puerulos de sacro fonte levabat. et proprijs manibus vestimenta eis suebat. Cum scilicet audiam paupercule bonum vestimentum dedisset / illa magnifico dono nimia affecta gaudio / ad terram corruens / mortua putabatur. sed eius oratione sanata surrexit / profecto viro suo ad curiam Frederici imperatoris Cremonam / omnem anonam de granarijs suis collegit. et cunctos esurientes alebat / quia tunc magna erat penuria. et quantumcumque parum accepit alicui divina virtute de eo tota die sufficienter habebat / sepe et cum pecunia ei defficeret ornamenta vendebat ut pauperibus subveniret. Sibi quoque et ancillis plura subtrahebat / et pauperibus tribuebat. cum scilicet pauperibus cervisiam distribuisset / in vase inventa est nullo diminutum / sub castro suo altissimo hospicium construxerat pauperibus et peregrinis quos visitabat diebus singulis. non obstante difficultate itineris / et licet aeris corruptionem sepe egre portavit / infirmorum tamen corruptiones dei et pietatis intuitu non abhorruit. sed adhibebat remedia. et ancillis graviter tolerantibus aliorum infirmorum visitabat cubicula. et infirmitatibus subveniebat / solicite curabat ad funera pauperum. et vestes quas proprijs manibus fecerat. eorum corporibus adaptabat / in hiis vir suus quod talibus intendere non valebat / ei potestatem dederat pro dei honore et anime sue salute.

Cupiens beata Elisabeth ut vir suus ad fidei deffensionem post sue arma converteret / ipsum salubri exortatione induxit. ut ad terram sanctam transiret / venit et spiritum deo reddidit / et opus suorum gloriosum

fructu3 suscepit / mortis q ipius fama audita
qda ex vassalis viri sui / ipaz tanq prodiga dispensa
tricez abiciunt / et paupertatis desideriu compleret
altissimus et paciencie speculuz daretur fidelibus /
adveniente q nocte i domo cuiusdam tabernary
i loco ubi porci iacuerant se recepit / multas gras
deo agens / hora vo matutinali ad domum
fratru minoru pergens / rogauit ut pro sua tribu
lacione deo gras agerent / et te deu lauda
mus cantarent / sequenti die domu cuiusdam
sui inimici cum suis paruulis iussa e ingredi
arto sibi loco ad modu assignato / et cu ab hos
pite et hospita / plurimu grauaretur / parieti
bus valefecit d. / libenter hoibus vale facerem
si beneficos inuenirem compulsa q ad locu priorem
reddyt / et paruulos ad loca diuersa alendos transmi
sit / cu vo p strictu calle / luto profundo plenu3
sup quosdam lapides / ibi positos pergeret / et vetula
cui multa iam beneficia contulerat in sup transiens
cedere nolet / cecidit / et de luto surgens vestimenta
gaudens et ridens abstersit


Post hec ad bambergensem epm ipius
auunculum deducitur / qui eam honeste
locari iussit / intendens iterum tradere
nuptui quod cum ancille que secum contine
ciam vouerant didicissent / afflicte cum mul
tis lacrimis ei intimauerunt q confortans eas ait
confido i deo pro cuius amore continenciam voui per
petuam qr desideriu meu perficiet / et oem viole
ciam conteret / humanu dissipabit consiliu / et
si non possem aliter / nasu meu preciderem / ut me
quilibet abhorreret / deducta q ad quoddam castrum
castitatem sua deo cum lacrimis commendabat / ta
dem deo disponente habitu religiosum assumpsit
vestes griseas et abiectas induit mendicando
ostiatim ire voluit / s3 eius magister prohibuit
manicas portabat ruptas / et vestes de pano
alterius coloris repeciatas


Audiens eam pater suus / eius copiam pro ca
comitem quendam misit / qui cum eam
vidisset / admirans et exclamans ait
nunquam regis filia i tam paupere et vili
habitu visa est / et lanam filare Cumque pro eius
reductione vehementer instaret / nulla tenus
acquieuit / rogat pro ea deu omni mundanorum
sibi infundi contemptu / et suoru dilectionem
a corde eius euelleret / et i tribulacionibus confir
maret / dixitque ancillis suis oronem suam
exauditam esse / q omnia temporalia velud
stercora reputabat / et de filiis suis non plus
quam de aliis proximis curaret


Celestes visiones i ipa sui oroe contenue
seppe videbat / cum enim in quadragesima
i ecclesia existens sic ad altare defix
is oculis intenta maneret ac si di
uinam presenciam miraretur / diu ibi consolacione diuina refec
ta est / reuersa vo domu dum se pro debilitate i an
cille gremium apodiasset / et per fenestram oculos ad
celum defixos / attolleret / tanta claritate vultus
eius perfunditur ut i mirabilis sequeretur risus
longa itaque mora satis alacriter pertransita in
lacrimas repente conuertitur / postea iterat leticia
et demum inbet lacrimarum / sicque talibus consolacionibus usque ad
completorium i morata est / et post longum et quietum diuino
silencium / tandem in hec verba prorupit / ita domine
tu vis esse mecum / et ego tecum / et nunquam volo a te sepa
rari. Cumque ab ancillis postea rogaretur / ut ad dei ho
norem et ipaz edificacionem / quod viderit indicaret
eam i importunitate deuicta ait / vidi celum apertum
et yhm se ad me benignissime inclinantem / vultumque
suum ad me serenissimum ostendentem / ego vo de sua
visione i estimabili iocunditate perfusa / multo me
rore deiecta ex sua absencia fui / ille aut misertus
mei / iterum me suu vultus ostendens letificans ait
Si tu vis esse mecum ego ero tecum. cui ego rndi
pro ut me loquentem audistis / cumque rogaretur
ut i visione quam iuxta altare vidit exponeret /
ait q ibi vidi non expedit enarrare / ibi tum
gaudio multo fui et dei miracula conspexi / seppe
quoque cum i oroe persisteret / eius facies mire splendebat
et ex eius oculis quasi solares radii procedebant
cum pro iuuene quodam dissolute viuente / oronem
fudisset / ille insolitum et subitum sensit calorem
ut ita clamare cogeretur / cessa dna ab orone
cessa / quia totus ardeo et sudans et fumans toto cor
pore caput iactans et brachia / id 2o et 3o repetebat
viri et plurimum admirantes / vestes sudore madidas
i venerunt et tactu manuum sustinere vix poterant
ut vo ab orone cessauit / cessauit et estus / reuer
sus aut ille iuuenis / diuina gra illustratus
ordinem minorum ingressus est

Pro sua dote / duo milia marcarum re
cepit et quas pro parte pauperibus distribuit
et de reliquo in marpurch hospitale

hic non e defectus s3
volue …
…
…







māpuch hospitale

ch. hospitale construxit, et pauperum obsequiis se
quasi ancillam humiliter deputavit, infirmos po
nebat in balneo, locabat in lecto, et ancillis di
cebat: quam bene nobiscum agitur, que dominum balne
amus et tangimus. Tunc erat eis sollicita et tam hu
milis, quod puerulum monoculum scabie profusum
una nocte sex vicibus propriis brachiis ad loca
necessitatis detulit, et pannos ipsius fetidos libe
ter lavit, et huiusmodi similia narrantur de ipsa. Infir
mos quoque ad confessionem et communionem induce
bat, et vetulam quandam cum aliter non posset, ver
beribus tandem correctam induxit. Non est alia

36.a pars de eius felici transitu

Appropinquante autem termino vite eius
Christus sibi apparuit dicens: veni di
lecta mea in preparata tibi interna ta
bernacula. Dum igitur febre cor
repta decumberet, et ad parietem faciem usque teneret,
audita est a circumstantibus dulcissima quedam melo
dia. Que cum ab una ancillarum quid nam id esset inter
rogaretur, respondit: avicula quedam inter me et parietem
se ponens tam dulciter cecinit, quod me ad canendum sibi
provocavit. Putatur eius fuisse angelum, pronunciantem
ei eterne vite gaudium. In ipsa enim egritudine semper hy
laris extitit, et numquam ab oratione cessavit. Ultima vero
die ante eius transitum dixit eis: quid acture essetis
si ad vos dyabolus adveniret? Post paululum vero
alta voce quasi dyabolum expellens: fuge, tribus vi
cibus exclamavit. Deinde dixit: ecce appropinquat media
nox, in qua Christus nasci voluit, et in presepio requie
vit. Appropinquante autem hora sui transitus, ait: iam tempus
instat, in quo omnipotens deus eos qui amici eius sunt
ad celestes nuptias evocavit. Post paululum, 1221,
in pace quievit. Licet autem venerabile eius corpus 4or
diebus mansit inhumatum, nullus ex eo fetor exa
labat, sed odor suavis. Tunc vise sunt multe avicule sup
ra culmen ecclesie, numquam prius vise, tam suaviter et varie
concinentes ut cunctos in admirationem converterent. Audi
ta est quoque in aere suavissima melodia cantancium re
gem mundi, et omne ornamentum seculi etc. Tandem corpus
in sepulcro ponitur, quod miraculose oleo repletum est.

37.a pars de nativitate et bona iuventute beati Antonii confessoris.

In regno portugalie civitas quedam sita
est ad occidentalem eius plagam Ulixbona
nuncupata, eo quod ab Ulixe ibi sit condita.
Ibi ad honorem virginis matris dei ecclesia
sollemnis dedicata est, in qua gloriosi martiris Vincentii
corpus conditum requiescit, cuius hostio iminet domus, in
qua feliciter beati Antonii progenitores honorifice de
gebant, qui cum in primo iuventutis flore filium genu
issent, in baptismate Fernandum ei nomen imponunt,
predicte quoque ecclesie tradunt litteris imbuendum. Pueri
libus autem annis transactis, cum annum circiter xv complevis
set, cepit carnis motus sentire illicitos, quos ille per
horrescens, ad monasterium quoddam iuxta civitatem ca
nonicorum regularium ordinis sancti Augustini se contulit, mun
di vana et oblectamenta despiciens. Postquam vero annis
ferme duobus ibi commoratus est, civium et secularium non
ferens frequentiam, obtenta vix superioris licentia, locum
mutavit non ordinem, et ad monasterium sancte crucis de colim

corpus b. vincentii in ulixbona requiescat

bria in spiritus virtute se transtulit, ibi miro modo honestis in
formatus moribus, non mediocriter lectionis excoluitur studio,
nec diebus aut noctibus nisi temporis exigentia a lectione di
vina cessabat.

38.a pars qualiter zelo martirii ordinem minorum intravit et de mutatione eius nominis

Cum ex hyspania procedens Petrus infans
primogenitus regis portugalie contra regem ma
rochiorum illaturus bellum sarracenorum perfide
nationi, naves ad littus maris sic paratas
disposuit, ut formidolosis ac etiam fugitivis pateret refugi
um si ruina in proelio accideret christiano. Inito igitur bello et ceso
populo christiano, nobilis ille infans capitur, et cum eo religiosi
viri quinque de ordine minorum, qui fidei zelo succensi secum pro
fectarant, tam pro fidelium salute quam pro conversione perfide na
tionis. Sedet namque pro tribunali rex impius et fratres ad per
fidie sue impietatem attrahere nititur, asserens se et con
versis premia, et renitentibus supplicia illaturum. Dum non
super firmam petram funditus repperit in fide stabiles, et in re
prehensione perfidie efficaces, iubet ille iniquus innocentium
colla precidi. Et quia inquit acrius hii verbo quam nos quam ce
teri gladio pugnaverunt, ceteri christianam sepulture tradan
tur ne ipsorum fetor cadaverum nobis occasio sit ruine, istorum vero
cadavera iubemus inhumata relinqui, ut feris alitibusque
fiant esca famelicis. Petrum vero infantem carcere impo
situm duro servavit carcerali mancipandum. At cum ille in
custodia deduceretur, sanctorum martirum memor effectus, quam
indignum sit, mente pertractat, eorum animas beatitudinis perfrui
et corpora a bestiis devorari. Sed penitet interim impium
iudicem prolate sententie, et ait: ne forte veniant christiani et
furtim sublata corpora a bestiis devoranda in suas partes defe
rant, et quod ordinaveram ad contumeliam convertetur in gloriam, sed
potius et illa comburite ut eorum memoria in pulverem evane
scat. Sed dum regis iniqui ministri impii ignem accenderunt, ¶ Dum
ad rapiendum et cremandum sacra corpora se exponunt, ad
tantam aeris altitudinem consecrata Christo corpora virtute ele
vantur divina, quod illa nec ignis incendium nec manus ulla po
tuit attingere peccatorum. Dum talia actitarentur et infans per mediam
civitatem deduceretur, cum votum devotus emittit, quod si sanctorum
martirum liberabitur suffragiis, et corpora ipsorum rapiet, et ad
patriam ipsorum cum debito honore adducet. Mirabile dictu,
emisso voto, equus invisibili ductore continuo redit et super
te auriga mirantibus cunctis et nemine prohibere valente ad
locum accedit, corpora ei se deferenda exponunt, in caricule
cantur et devehuntur ad portum, et ascensis navibus cum
multa devotione ac reverentia in hyspaniam deferuntur. Ergo
cum fama tam martirii quam prodigii totam impleret hyspaniam,
audiens [illegible] que per eos operabatur altissimus, subito
more elefantis aspectu sanguinis animatus ad plurimum aestuat in
corde: o si sociorum suorum corone participem me fore dignaretur
altissimus, o si me flexo poplite pro nomine Ihesu colla ten
dente, lictoris inveniret gladius, putas videbo, putas iocari
dicentis tempus illud implebo. Dum igitur talia pertractaret,
advenientibus fratribus de ordine minorum, intimat se eorum habitum
desiderantem ad suscipere, si mox ingressum ad terram sarrace
norum mittere spoponderent, ut corone sanctorum martirum valeret
particeps fieri. Diem ergo statuunt, quo hec fieri debeat, et
proficiscuntur. Ille interim ab abbate vix extorquet licentiam,
fratres non statuta die venientes habitum sue religionis illi
imponunt. Quod cernens quidam ex canonicis cum in amaritudine
cordis ait: vade, vade, quia forsitan sanctus eris. Ad quem conversus

humili voce respondit / cum me sum audieris deum collaudabis
cum autem ad locum fratrum pervenisset ut se querentium sollicitu
dinem pia cautela deluderet se deinceps vocari rogavit
Antonium quodam omine presagio quod alte in predicatorem to
naret. 39 pars de via beati Antonii in Marrochium et eius reditu.

Cum igitur martirii ferveret desiderio et iuxta pro
missum obtinuisset licenciam ad terram Sarra
cenorum iter dirigit sed gravi morbo per
tota estate flagellatur propter quod suum desideri
um non implevit / atque rex regnancium aliud decreverat /
ventorum quoque impulsu cum ad Hispaniam rediret in partes
Sicilie advenire impellitur. Indeque Asisium ad generale
capitulum transiit / Indeque ad Romandiolam a dispensatore
per generalem transmittitur ubi heremum montis Pauli q
uietis gratia devotus subiit / ibique cellam quam sibi fratres quidam
oracionibus aptam in crypta paraverant devota instancia im
petravit / ibi cum pane modico et aqua contentus cor
pus cogebat servire spiritui ita ut vocante eum campanella
se ipsum sustentare non posset nec ad fratres accedere nisi
ab aliis sustentatus. 40 pars qualiter fratribus
scientia eius innotuit et de initio predicationis eius contra hereticos

Congregatis multis et variis ut est mos
pro suscipiendis ordinibus in civitate
Forlivii instante collatione hora collo
cationis invitatis pluribus quibusdam ex or
dine predicatorum ut ad excitandum devotionem proponerent
verbum dei / ipsisque renuentibus quia improvisi nec vellent
nec deberent id agere / minister loci qui suus ad fratrem Anto-
nium precepit / ut quicquid spiritus suggereret congregatis illis pro
poneret nequaquam putans eum scripturarum nosse miste
ria / sed ex eo tantum confisus quod eum aliquando latine audivit apte
loquentem at ille cum multum niteretur prohibere urgente obe
diencia et spiritu sancto gratia inveniente tam subtilia cepit di
sserere tam devota oratione proferre / ut omnes in stuporem con
verteret et veneracioni ipsius cogeret / et sic domum et hu
militatis exemplum / usque cum tunc aptior putabatur humilita
tis officiis exercendis quam scripturarum misteriis expo
nendis / iuncto itaque sibi predicatoris officio heremi cul
tor emittitur et civitates circuiens villas et castra
Ariminum usque pervenit / ibi cum multos cerneret heretica
labe delusos / versuta hereticorum de magna dogmata
sole lucidius confutavit / ita ut heresiarcham xxx annis er
rore excecatum ad fidem et obedienciam ecclesie romane predica
ret / hereticumque perfidissimum de sacro altaris sacra
mento disputando convicit / et cum tandem hereticus non argumento
sed miraculo predicatorem perfirmante diceret se credere vel
le et animal suum iuxta conditum / fame triduo afflixisset
die statuta conveniente turba tam fidelium quam hereticorum e
gregius vir Antonius ad altare devotus accedit / et
sacris completis misteriis defert cum summa reverencia corpus
Christi / et educto de conclavi famelico mulo ac posito ante
cibum imperat / ut in virtute ac nomine creatoris quem ma
nu tenebat relicto cibo properaret ad exhibendam reverenciam
sibi debitam et honorem condignum / vix illa complevit et
stolidum animal quasi hereticorum insaniam arguens / relicto pa
bulo ante corpus Christi / corpus et caput inclinavit ge
nua flexit / fit leticia catholicis hereticis confusio / et pre
dictus hereticus omnem heresim abiuravit / primus quoque ex fratribus
Bononie theologiam docuit / cum publicam eius scienciam
introgatus a subtilissimo doctore abbate vercellensi eius
lectionem frequentabat / de mistica theologia / cum esset igitur
habitu despectus / et facie corpulentus / ac pro hoc ineptus
videretur tam alte sciencie / et tamen doctrine ac lectioni inten
tissimus fixusque maneret / si ea que doctor ipse tetige
rat caperet / aut in memoria haberet / humili voce respondit /
iuxta sui intellectus exilitatem aliquid percepisse se
(?) ut illa edidit tanta claritate illa disseruit
ut abbas attonitus mentemque suspensus putaret non
suum audire discipulum sed ipsum Dionisium suas oc
cultas sententias declarantem / unde consequenter ex discipulo
doctorem constituit in suo monasterio / rogans suos mona
chos de melliflua psalmorum scriptura edissere salu
tifera / que ibi latent misteria / unde et super Dyonisium
notans Vercellensis predictus dixit theologus et scientiam et
doctrinam fratris Antonii in modum ignis ac (?) de (?) mi
sticam appellari / Aqua ait Dyonisius de theologia divina
caligo est inaccessibile lumen in qua habitare dicitur
deus / et invisibilis quidem existens propter excedentem claritatem
et inaccessibilis propter excessum supersubstancialis lumi
nis effusionis / cum etiam in Tholosa doctoris exerceret
officium / et in festo solemni clero ac populo predicaret /
alleluia quod maioribus certi consueverant / cantare debe
bat idque ex oblivione nulli commisit. Cum igitur predica
ret officii sui memor effectus se cohoperto capite su
per pulpitum inclinavit / visusque est tunc alleluia in ecclesia
cantare solemniter / nec tamen de pulpito ipse recessit / licet
magno spacio loca illa distarent. Hic non sunt alia

41 pars de fama predicationum eius.

Missus urgente necessitate ad curiam pape
et cardinalibus talia et tam profunda de
scripturis facunde eructabat eloquio
ut a papa Gregorio nono / singulari qua
dam prerogativa archa testamenti vocaretur. Sermones dominicales
et de festis sollemnibus ad peticionem domini Hostiensis ipse
composuit / multas demum predicando lustravit provincias
solutus ab administratione fratrum / a generali ministro predica
di libertate generale suscepit / postquam vero divino
nutu Paduam pervenit / interpellatus totam hyemem pre
dicavit / postquam vero adveniente tempore quadragesima
le dicens tempus acceptabile dies salutis per continuos
xl dies predicare disposuit / et licet esset tamen corpu
lencia quadam naturali gravatus quam infirmitate assidue /
infatigabili tamen zelo animarum predicando consulendo con
fessiones audiendo sepius ieiunus integram diem per
mansit. At vero humani generis inimicus felicibus acti
bus eius invidens / nocte quadam cum se sopori dedisset
guttur eius strinxit tam valide ut suffocari vi
deretur nisi divino fuisset nutu protectus / sed statim
invocato nomine virginis marie et signo crucis fronti
impresso a violentia liber fuit / et apertis oculis to
tam cellam divino lumine illustratam conspexit / quod ferre
non valens inimicus lucis abcessit / tanto demum desi
derio audiendi predicationem ipsius accensa est multi
tudo populi ut usque ad xxx milia hominum aliquando conveniret
sine aliquo tumultu sine aliqua voce clamoris / perstabat
inter capitales inimicos pacem / longa captivitate de
tentos libertati donavit / rapinas et usuras resti
tui / pignora reddi / et debita relaxari / sequebatur
et predicationes ipsius venerabilis episcopus Paduanus cum clero
suo / fortis gregis fuit ex anno et licet multi confores sed

venit cum tanta fere quod seculares ad confessorum audiendas confessiones sufficere non valebant / dicebant etiam nonnulli ad penitentiam venientes quod divina erant revelatione commoniti / ipsius et admonente compulsi et obtemperare mandatis / quidam vero post mortem eius ad fratres frequentius accedentes asserebant sibi beatum Antonium apparuisse in sompnis / et non solum ad confessionem induxisse sed etiam fratrum ad quos eos mitteret nomina docuisse [illegible]

42a pars de eius transitu

Instante vero messis tempore / videns populum in colligendis fructibus occupatum / et ob hoc a predicatione cessandum / ad locum remotum qui campus sancti petri dicitur solitudinis gratia se contulit / sed cum die quadam de cella quam fratres inter nuces construxerant / hora prandii vocante eum campanella descendisset / cum fratribus cetus / ex more discubuit / facta autem ibi manu domini super eum totius corporis viribus cepit repente destitui / crescentemque sensim infirmitate / cognovit dissolutionem sui corporis imminere et pro vitando fratrum illorum gravamine deferri padüam concupivit ibi crescente vehementer infirmitate non mediocris dabat signa anxietatis / cumque modico temporis spacio quievisset facta confessione / ac recepta absolutione hymnum gloriose virginis cantare cepit ac dicere. O gloriosa domina etc. quo dicto erectis mox in celum oculis attonitisque luminibus in directum diutius respiciebat quem cum frater qui eum sustentabat / quid cerneret / interrogaret video inquit dominum meum / afferentibus autem fratribus unctionem extremam / ipse cum eis psalmos penitentiales ad finem usque complevit / et cum dimidia fere hora sustinuisset / anima illa demum exemptis lucis et pacis feliciter introivit / ·1231· anno autem anni circulum cathalogo sanctorum ascriptus est

43a pars de quibusdam incidentibus

Fredericus post reditum suum / de ultramarinis amicos ecclesie de regno exterminat / morte vel proscriptione de apulia / per venetias et forumiulium transiit / in almaniam / in qua via cum ezelino composuit / interim Regina Cypri aylisia petit regnum ihrlm dicens se neptem almarici regis ex filia ysabella / et mittit Imperatori ut infra annum ignotum transmittat heredes quod promisit / nichilque egit / tunc soldanus egypti elchemel cum esraph· obsedit damascum / videntes autem damasceni quia puer dominaretur eis filius coradini / qui eos tueri non poterit / illi se tradiderunt / tutor autem pueri cum matre defert ad fortalicium erach· saracenum autem passim in christianos deseviunt / officiales autem Imperatoris nil aliud quam scisma inter barones intruunt / Contra concordia inter ultramarinos et Imperatorem tractatur et de commissione forma excedit / tractatus in irritum revocatur· coram summo pontifice / qui magis suadet ut regna ihrlm et Cypri mutuo se iuvent in omnibus / henricum primogenitum suum / quia ecclesie favebat in carcere moritur et eius loco corradum instituit demde exercitum parat ut romam veniat / sed papa facta processione et proposito verbo dei / de frederico querela Romano proponit populo / qui ei favere videbatur / et protectionem ecclesie et capita apostolorum petri et pauli tenens in brachiis / se ait illa non posse defendere absque populi romani virtute / in cuius se protectione ponebat

sed cum devoto clamore populus defensionem promittit / quo audito / fredericus cum exercitu retrocessit eodem anno / cum vero papa Rome concilium congregare vellet / contra eundem fredericum / ille per suos compluries vias claudit / unde et duos cardinales cepit missos pro subsidio ecclesie / dominum Iacobum penestrinum ad regem francie / et ottonem in anglia cum pluribus prelatis per naves pisanorum / et apud meloriam mittuntur / sancte autem ludovicus mandavit Imperatori rogado ut suis regni prelatos captos dimitteret / cui ille rescripsit quod non miraretur si cesar illos anguste tenebat qui cesaris angustia tractabant / Rex vero terrorem illi mandavit ne locum apostoli traheret / quia regnum francie non erat adeo debilitatum quod se permitteret eius talaribus pergeri / tunc licet invitus illos dimisit / Iacobus Rex aragonum magna sui suorumque strenuitate bellandi contra sarracenos / occupantem prius opido buriana et multis aliis castris et villis cepit insulas baleares / que maiorica et minorica et eviza vocantur / deinde regnum valentie / et bello mortuus est / Fernandus quoque Rex castelle exercitum parat contra regem granate / ipsumque sibi tributarium fecit / in mille barbotinis auri qualibet die / quod multo duravit tempore / usque ad tempora filii regis alfonsi / tartari circa eodem anno subiugatis orientalibus partibus / ad boreales et occidentales partes se converterunt / in duo se agmina dividentes / unum ungariam et poloniam intrat ex parte Russie circa ripam maris pontici / transeuntes montes ripheos quos ungari silvas vocant / Ideo gregorius predicari fecit crucem contra eos in confinibus theotonie post quorum recessium gentes panonie qui prope deus inhabitabat / blachi et situli passus clauserunt ut aplane transire non possint / 1232 / apud toletum quidam iudeus comminuendo quandam rupem pro amplianda vineam suam / in medio lapidis invenit concavitate / et ibi librum reperit qui folia lignea habente scripture literis ebraicis latinis et grecis / ad quantitatem unius psalterii· hic autem liber loquebatur de triplici mundo ab ada usque ad antichristum / principium autem tercii incipiebat a christo / in tercio inquit mundo / filius dei nascetur in munde de virgine maria / patietur quoque / pro salute / regis fernadi inveniri debebat quo viso iudeus cum tota familia sua baptizatus est / 1234· ludovicus accepit uxorem dominam margaritam / filia comitis provintie / fuitque fames magna in pictavia / maxime / tanta ut homines herbas comederent et secuta est tanta mortalitas ut scribit qui vidit quod in cimiterio sancti geraldi lemovicensis / una die sepulti sunt· C· pauperes / frequentius autem 30· et 40· 1235· papa fecit predicari crucem in francia in subsidium terre sancte quia iam incipiebat predicari / Eodem anno beatrix filia comitis aldebrandini marchionis Estensis / regi ungarie nupsit / 1236 / vetulus de montibus archachidas misit in franciam precipiens eis ut occideret lodovicum regem sed deus mutavit cor eius / unde post primos velociter misit alios nuntios denuntians ei ut se ab aliis custodiret / lodovicus autem contra eos suum mandavit diligentius custodiri / primos autem nuntios fecit interim quod sit erat et utrosque muneribus honoravit / Regi quoque vetulo regalia encenia transmisit in signum amoris et pacis / Anno eodem fratres minores et predicatores multos de francia barones et milites ac clericos et seculares cruce signaverunt / ad terre sancte subsidium quod inde per 4or. aut

Thartarorum ingressus hostilis in poloniam et hungariam

liber inventus per quendam iudeum apud Tholetum [illegible] in rupe [illegible] literis [illegible]

f 2

quinque annos dilatum est, annuente papa gregorio. Eodem anno marchio Estensis cum paduanis exercitum parat. Ezelinus et Veronenses pro imperatore mittunt, qui erat in partibus lombardie, et subito eis venit in auxilium et vincentiam cepit, quam combussit in festo omnium sanctorum. Eodem anno moritur Rex ungarie et bela filius eius regnat pro eo. beatrix gravida timens furorem filii regnantis in habitu virili fugit et editum filium stephanum vocavit. Floruit dominus accursius doctor iuris civilis, qui totum corpus iuris glosavit. fuit autem de comitatu florentino, cuius magister fuit azo. Bononiensis qui summam fecit. 1237. nuncii imperatoris cum ezelino paduam intrant, faventibus eisdem quibusdam magnatibus de padua. ultimo trevisini qui soli liberi remanserant in marchia trevisina posuerunt se sub domino Ezelino. marchio etiam Estensis invitus se imperatoris se subiecit. postquam autem Ezelinus obtinuit padue dominium, nobiles de civitate cum filiis in exilium destinavit, ut duris carceribus manciparentur. tunc filius ducis venetiarum, potestas mediolanensium, cum ipsis et eorum amicis contra fredericum progreditur, qui per districtum brixie omnia destruebat, sed flumine interposito, minime prelium commiserunt. tandem mediolanenses redeuntes et dum nichil mali suspicarentur, fredericus cum militia sua eos persequens et facto impetu apud curtem novam in eos, multos ex eis cepit, plures occidit, sed et potestas predictus captus est et carrocium. Tunc fredericus in exercitu habuit elefantem ad quem videndum confluebat populus lombardie. 1238. Soldanus egipti lethemel moritur et successit ei filius hedel, quia maior salach absens erat, pater cum in vita exercitalem sibi dederat, saracenus. soldanum hic helchemel filius safandini pie se habuit ad captivos maxime personaliter visitabat, innoxibus victum et cetera necessaria prime cum pabulo equorum mittens, indulsit victualium commercium, saracenos porte et sicerari faciens vias quas aqua destruxerat, fecitque custodiri christianos et res eorum reddi, civilia observantia tenuit, et debiles suis sumptibus ad portum damiate vehi fecit, nec permisit christianos sub sinere, innumeros dicebat agentis illius fidelissima soldanima. Tunc cus saladini nepos ab sentibus lethemel filiis, in damasco soldanus receptus est cum salah de oriente veniens regnum abstulit et dum procederet in egiptum contra fratrem suum hedel. anastasio Conradini, qui preerat de domino damasci fugatus est, capitur et carceratur, licet consanguineus et tunc alius salar amicabilis predicti salah, cepit damascum et cum christianis treugas iniit, dans christianis belfort, sapeth, et totum territorium iherosolimitanum, ut se iuvaret contra salah nepotem, et quia a templariis et quibusdam peregrinis hec treuge facte sunt, sine consensu hospitalariis hii cum quibusdam aliis treugas inivaverunt cum alio salah iam fratre soldano egipti et eius fratre hedel interfecto. 1239. eodem anno fredericus imperator paduam venit, post hec inter viros de camino et albericum de romano, tarvisium in villa accidit fugantque iacobum de mora, qui ibi pro imperio erat et omnia eligebat de consilio Ezelini, marchio quoque estensis et amici eius recesserunt ab imperatore, videntes eum inclinatum totaliter ad vota ezelini. Imperator autem relicto tybaldo francisco potestate padue, et vicario totius marchie cum conditione ut mandatis ezelini in omnibus in omnibus obediret, in apuliam perrexit, marchio autem recuperavit

turrim estensem et calaone, sicque guerra periculosa per totam marchiam incohatur. 1240. Regina Apulie sua misit rodulpho fratri alofonie qui pro consorte petit regni gubernacula et obtinuit, quia imperator noluit illuc transmittere filium conradum. Rodulphus autem cernens quia proximi regine omnia ad libitum agerent et ipse nil posset cum rege novarre, et aliis repatriavit. Anno eodem dominus Gregorius de montelongo legatus apostolice sedis, cum auxilio militum, populorum maxime venetorum, post quatuor menses sub quadam compositione ipse ferrariam habuit, in cuius dominus iacobus teplo dux venetiarum salingerram captum duxit venetias, ubi captivus mortuus est, tunc veneti in ferraria a predicto legato honorantias et libertates et privilegia magna obtinuerunt. Eodem anno corona de spinea, per industriam regis francorum ludovici .20. annorum existentis parisius est translata, tunc enim veneti et galli dominabantur in constantinopoli, Iohannes autem imperator constantinopolitanus, ab adversariis multum depressus, deficiente sibi pecunia a venetis magnam summam pecunie mutuatus est, loco pignoris assignavit eis maximam partem ligni crucis christi et lanceam et spongiam qua in cruce aceto potatus est, que omnia sanctus rex ludovicus permissione ac dono dicti imperatoris redemit a venetis, et portari fecit parisius ac devote reposuit in capella domus sue quam de novo sumptuoso opere construi fecerat. Floruit tunc Iohannes theotonicus qui de discipulis fuit hugutionis, et apparatum fecit super decretum, post ipsum floruit etiam in theologia ... cuius opiniones ab aliis pro auctoritate referuntur.

Capitulum pars de papa celestino et quibusdam incidentibus

GAufredus episcopus Sabinensis in papam eligitur et celestinus vocatur, natione fuit mediolanensis, et sanctitatis laudabilis, prudentie et gratie et cum se languens per labores officii vixit tantum xlvij diebus, eo tempore apud cremonam factum est tempestatis maximum, ceciditque lapis grandinis in quo erat crux et ymago salvatoris, desuper quoque erant litteris aureis scriptum, ihesus nazarenus rex iudeorum. Cecidit etiam et in monasterio sancti gabrielis et de aqua in qua liquefactus est, sumpserunt monachi cuiusdam fratris cecutientis oculos, statimque clare vidit. Ipso tempore tartari turchie terram invadunt, in qua sunt fere civitates centum, exceptis villis et castris, ubi inter cetera mirranda fuisse dicitur monasterium trium milium puellarum, quod dicebatur sancti blasius, cuius nuntio, siquis impugnabat ab hostibus, fertur quod se ipsam movebat machinisque viriliter lapides retorquebat. 1242. In partibus aquilonis tartari vastant russiam gazariam sugdaniam guthiam zichiam alaniam poloniam et cetera regna, usque ad .xxx. et usque ad confines theothonie persiliunt. 1243. castrum sancti bonifacii a veronensibus est destructum. Porro rex ludovicus circa festum sancte lucie in lecto decumbens, ita insensibilis factus est ut a multis mortuus putaretur, ut autem ex illa extasi ad se ipsum rediit, crucem transfretandi instanter protinus petiit et accepit. 1244. Salah soldanus egipti mittit pro corasminis, quibus in oriente proferentes fuerat, invitante fratre transmissis thesauris et veientibus promisit terram dare si ipsi manerent eligerent, et ...

polonia vastatur per thartaros

nerunt propter terrorem tartarorum usque ad xx[m] Corasminorum qui transeuntes per districtum tripolitanum magnum intulerunt dampnum/ et in Ierusalem subito venientes usque ad triginta milia gladio perusserunt / alter vero Sala / soldanus damasci mittit christianis 4or milia equitum sub soldano Calamele et convenerunt cum christianis militibus quando usque ioppe / postea a Scalone deliberant quid agendi / soldano vero non pugnandum cum gente pegina / et inhumana / ac desperationi dedita / sed tuto loco standum donec multitudo penuria dissipetur / placuit multis christianis consilium / ceteris autem congressionem laudantibus bellatum est acriter / sed non diu / nam damasceni terga dantibus / vix quarta pars christianorum evasit ¶ Soldanus autem babilonie redeuns et munimenta Ierusalem consumens negavit accessum ad illa / patriarcha ledunt et ledunt / et post tenuit omnes inde eliminati sunt / tunc in contemptum ecclesie / Fredericus cum magno exercitu romam properat / et in circuitu duobus mensibus Innocentius totum vastat ¶ Eodem Anno mense July a venetis Iadra capitur / capitaneo domino Raynerio geno· duce vero domino Iacobo theuple·

Capitulum ·232· de imperio langravii et sibi contrariis cum quibusdam eventibus

Langravius deposito frederico eligitur / protinus cum papa / electores Imperii monuit ut aliquem strenuum virum ad gubernandum Imperium eligerent / qui eligunt langravium ducem turingie / ipse autem pro utilitate rei publice dyadema regni alamanie suscepit / et contra Coradum exercitum congregavit / eumque bello superavit / imperiali autem curia (?) bus dictorum / eodemque anno Innocentius papa ad petitionem baronum / regem portugalie ab administratione deposuit / quia negligens erat in iustitia facienda / et substitutus est frater eius alfonsus / sicut in ·6· pz· de sup· ne· pla· c· grandi / canonizavit quoque apud lugdunum sanctum edmundum archiepiscopum Cantuariensem / et Parisius beatum petrum martirem ordinis predicatorum ¶ Circa hec tempora Rex castelle fernandus reliquit 4or filios scilicet alfonsum primogenitum qui ei successit in regno / henricum qui longo tempore exulavit quia alfonsum non honorabat ut regem / fredericum qui fuit malus homo / et nepos eius rex Sanctus fecit eum male mori / philippum qui fuit homo anglicus (?) princeps et pacificus

2a pars de perturbationibus lombardie et passagio sancti lodovici

Post decessum Coradum fredericus de Apulia venit in lombardiam cum maximo apparatu / et dum apud thaurinum moraretur / Rex entius filius eius cum multis cum exercitu cremonensium ivit ad obsidendum / quoddam castrum brixie / tunc habita oportunitate conjunguntur papa cum expulsis de parma / qui in placentia residebant parmam de assensu populi audacter intraverunt et partem frederici expulerunt In quorum auxilio fuit gregorius subdiaconus cum militibus civitatibus lombardie / quo audito fredericus velociter illuc pergit / cum ezelino qui in eius auxilium venerat cum militia marchie trivisane / fecit autem fredericus circa parmam / civitatem / quam victoriam vocavit asserens se numquam inde nisi cum victoria recessurum / expugnabat autem parmam sex mensibus donec hyeme obsidionem solveret / sed renovato tempore / legatus cum civibus habita deliberatione In victoriam civitatem venerunt / fredericus autem Impetum sustinere non valens / dimissis multis divitiis versus Cremonam paucis fugit ¶ Sanctus ludovicus frater suo Carolo postea Andegavensi comiti / dedit conjugem filiam comitis provincie / sororem Regine margarite que iure hereditario habuit provinciam // 1246· papa minores et predicatores mittit / ad tartaros convertendos / Inter minores fuit frater Iohannes de plano carpi / Inter predicatores frater Ezelinus lombardus ¶ Eodem anno Soldanus damasci a soldano alapie superatus interierat / hoc audiens soldanus egipti veniens occupavit damascum calamela et maubeth / deinde christianorum terras invadens / omnia munimenta nuper erecta / per Regem navarre comitem brittanie et comitem cornubie deiecit / castrum scilicet tyberiadis ascalona et cetera / tunc turchimanni pecuniis desertores / antyhoc (?) consilia depopulantur / qui nec civitatibus nec castris utuntur / nec lucris inviant / solis animalibus contentantur et tentoriis utuntur de filtro / hoc anthiocenum contemptum / dum incordiate propter caduit / ab ordinatis pluries superantur / et facti sunt anthiocenis formidini // Eodem anno Regina Alysia moritur cui filius henricus rex cypri / in regno therosolimitano succedit / et in ptholomayda ponit baylivum· ¶ 1247· 4a feria post penthecosten / Lodovicus rex francie de parisiensis exiens / Iter transmarinum arripuit / quem associabant fratres eius Robertus et Carolus et barones certi et prelati Eodem Anno alfonsus Comes pictaviensis frater tertius post regem navigans ad ipsum pervenit relicta matre domina blancha ad custodiam regni // 1249 Rex Entius bellicosus valde captus est a bononiensibus / et usque ad finem vite sue in carcere detinetur / Eodem Anno castrum montissilicis fredericus tradidit ezelino / deinde obtinuit burgum Estensem et fortuliciam marchionis ¶ Eodem Anno Rex lodovicus post longam moram in cypro / dannatam properavit / et cum ad civitatem appropinquasset / exercitus in anchoris stetit / videt portum turcorum multitudine tam equitum quam peditum repletum / et galeis / silentium christiani deliberant in crastino summo mane exire in insulam / In crastino igitur vexillo crucis erecto / ipsius auxilio confisi sperant triumphum / Cum vero non posset ad terram applicare naves propter aque paucitatem / quidam fidei fervore cum armis in aquam se mittunt / resistentibus paganis lanceis et sagittis / quibus magis augetur quam terretur fidelium audacia / ita ut territi inimici ad civitatem confugerent percussi que divino timore / et civitatem incendunt / et nocte fugientes relinquunt christianis // Ipso anno Ianuenses et Pisani in ptholomayda / machinis et aliis se mutuo offenderunt / postea infra tempus pacificati / Ibi estate tota rex cum exercitu moratus est / expectans decrescentiam fluminis ut terram commodius debellaret / tandem xx 7a die novembris exercitus christianus contra exercitum sarracenorum / de damiata recessit qui erat in loco dicto mansora / In qua via audit soldanum mortuum / cuius filius qui morabatur in orientali plaga expectabatur / non potuit autem christianus exercitus ad sarracenos accedere propter fluvium tapineos / inter medium Iuit utrinque igitur flumen castrametati sunt / factis interdum insultibus paganorum multitudo perit gladio et in flumo / ubi multi submersi sunt maxime qui transierant flumen ad nocendum christianis / attemptant christiani super fluvium tapineos edificare pontem ¶ Contra sarraceni cum machinis et armis impediunt tandem 8o· februarii / quidam sarracenus beduinus qui ad exercitum venerat / vadum dicit esse inferius / Inde transeunt primi non sine periculo natantibus equis tamen quia male dispositis / non multi

perierunt, deinde facto congressu multi trucidantur Sarracenorum, et eorum capitaneus, nonnulli usque ad civitatem Massoram eos ce- dendo insequuntur. Finaliter Sarraceni considerato eorum inordi- nato processu, assumptis viribus irruerunt in eos, et undique vallantes oppresserunt. In ipsa quoque die Sarraceni super nostros undique confluxerunt, et deficiente Christianis balistariorum sub- sidio, usque ad nonam impetum sustinuerunt, vulneratis au- tem in magna parte vel occisis Sarracenorum equis Christiani in campum venerunt. Inter ceteros mortuus fuit Comes Attri- batensis et duo alii comites. Tunc castrametati sunt inter machinas quas Sarraceni dimiserant, et pontem construunt ut ad se ceteri transire possint. Alio die Sarraceni magno nimis congregati, undique christianos impetunt, qualem prius nunquam fecerant, christiani vero ordinato exercitu impetus sustinen- tes, multos ex eis interficiunt et eos tandem repellunt. Post aliquos dies venit novus soldanus, et perdiderunt terram instru- mentis et novis clamoribus. Contingit exinde christianis omnia post votum et pestilentia, ita ut fere quilibet sua lugeret mortuum vel infirmum, et cessabat in homines et iumenta et fames, impedientibus Sarracenorum galeis transitum victua- lium, nam duas successive caravanas acceperunt. Dum igitur Damiatam rederent in fuga Sarracenorum multitudo eos inse- quitur, et quoddam castelle vocatum Sarmesath. Rex Lodovi- cus cum duobus fratribus suis capitur, et exercitus multitudo per terram per flumen occiditur, cremantur, et multos autem tracta- tus inter eos convenit cum soldano, ut regem et omnes capti- vos postquam ipse rex in Egiptum venerat, dimitteret, necnon et captos a tempore avi sui citra, et quod terras quas in regno Iherosolimitano in adventu regis christiani tenebant cum omni- bus pertinentiis in pace teneret. Rex autem debebat sibi reddere Damiatam et viii^m bisantiorum Sarracenorum pro libera- tione captivorum expensis datis et expensis, necnon liberare Sar- racenos captos in Egipto et regno Iherosolimitano, et adiectum fuit quod quecumque remanerent in Damiata que Christiani ex rebus suis ferre non possent, suis nuntiis redderent, ut pro eis mitterent. Hiis sic dispositis militer Sarraceni non sine murmuratione maioris exercitus partis, irruentes in sol- danum Melnardum ultimum de progenie Saladini ipsum interfece- runt, et in furore venerunt ad Lodovicum tentorium, volen- tes in eum et in christianos partem desevire. Finaliter eadem pax et treuga, que prius cum omnibus armalibus firmata est. Regina autem Francie Margarita enixa puerum apud Da- miatam, eum ab eventu huius tristitiam vocari iussit. Post- quam autem maiores in Achon pervenerunt, pro captivis et suis armentis mittentes ex xii^m vix cum iii^c habere potuerunt, ex rebus autem suis nichil, infirmos nolentes ad suam legem converti trucidabant. Audita regis captione in Francia, facta est cencis signatio pastorellorum et puerorum multorum et puellarum in Francia, quorum aliqui pestiferi inventores istius fraudis fingebant aliquos ex pueris visiones aliquas angelorum vidisse, et miracula facere, dicentes se missos a Deo pro regis ultione, et erant inter eos qui se magistros vocabant, et more episcoporum per manum signabant clericos et re- ligiosos conculcabant spoliando vulnerando, etiam occidendo. Unusquisque autem prout eis fuerat, sed postquam maiorum fraus detegi cepit, infra breve tempus quasi fumus evanuerunt. Lodovi- cus vero videns quia usque ad tempus non poterit eis bel- lum inferre vix post disponebat redire in Franciam, sed audiens quod terra christianorum sine promissione in periculo remanebit privati om- ni spe auxilii si recederet misit fratres suos Alfonsum et Karolum an-

Alexr. b
clara ca
nonizat. et
...
libellos e[...]
...

degavensem Comitem ad consolandum matrem suam, ipse autem mansit in Syria annis quinque a 1249 usque ad 1254 pro redemptione captivorum. Robertus vero captus Dami- ata mortuus est cum ceteris, cuius anima voluntate id ge- rebatur.

Capitulum ·233·

Wilhelmus Comes Holandie mortuo Langravio electus est, vivente adhuc Frederico et anno quinto a Frixonibus occiditur, imperiali carens benedictione 1260. Cremonenses cum Parmenses vadunt illucque improvide et cum caro- cio occurrerunt et de prelio fugientes, carrocium dimittunt. Eodem anno Fredericus vadit in Apuliam, et gravem passus infirmitatem ibi moritur, qui omnes augustos in di- vitiis potentia gloria a Karolo magno citra superavit, nichil statim preter penitentie portione, aliqui dicunt quod manfre- dus regnum Italie abiens cum cussino ori supposi- to suffocavit. Guilielmus de Podio scribit in suis cro- nicis quod Fredericus in suo fine cognoscens errorem et dolens prohibuit sibi Imperialia funera exhiberi. Per idem tempus Placentini consules milites conatus auxilium Cremonensium imploraverunt et expulsis militi- bus, Ubertum Palevisinum in suum dominum elegerunt, eodem tempore mortuus est in Apulia, Rainaldus filius Marchionis Es- tensis, quem pro obside Fredericus acceperat, reliquit autem filium Obiçum et filiam, quos Marchio legitimari fecit, tam per papam quam per regem Almanie, nati enim erant ex quadam nobili puella de Apulia et non ex legitimo thoro. Dominus Gregorius de Monte longo legatus supra memoratus patriarcha Aquilegensis efficitur. Eçelinus autem firmiter tenendo magnam conspirationem factam contra se a militibus Marchie maximam eorum stragem edidit. Solda- nus Alapie congregavit usque ad xxx milia equitum, et ivit in Egiptum et superatus est, vixque redierunt duo milia, et de Egiptiis duo milia occisi sunt.

Alexander natione de Anania sedit annis sex et dimidio, cessavit episcopatus mensibus iii diebus iiii. Hic fuit Ostiensis episcopus pauperibus pius maxime predicatoribus evangelium ordinis minorum valde dilexit, unde rogavit ut daret ordinem pro- tectorem, respondit quod in vita sua non haberet alium protecto- rem, ipse enim voluit esse immediatus ordinis protector. Ipse libellum dampnavit Guilielmi de Sancto Amore dog- matizantis quod religiosi mendicantes non erant in statu salutis, quodque de licentia vel commissione Roma- ni pontificis seu diocesanorum predicationis officium exercere et confessiones audire, absque sacerdotum propriorum non va- lerent. Predictus autem libellus coram sancto Ludovico con- vocata multitudine combustus est, et dictus Guilielmus de toto regno Francie expulsus. Fecit etiam comburi ali- um libellum similiter condempnatum dogmatizantem quod evan- gelium nunc non ad perfectum conduxit, sed lex spiritus, et sicut lex veteris testamenti per evangelium evacuata erat, ita et lex novi testamenti per legem spiritus evacuaretur 1260. Et appella- batur libellus evangelium eternum. Hic beatam Claram ca- nonizavit.

Manfredus regnum assumpsit dominium sed non in totum propter regem Conradum. Innocentius a 43 anno usque 42 bigdum morti traheret liberorum co-

posint per modum apparatus decretalium qui totum
que canoniste magis imitantur/fecit et decretales
quas omnes bonifacius in vi° inseruit/fecit et li
bellum de Iurisdictione Imperij et auctoritate pape/ubi eundem
presumptione diffinitionibus logothete frederici·i· petri
de vineis/que apologiticum notant/tunc etiam flo
runt goffredus/qui cardinalis fuit et summam compilauit
secundum titulos decretalium et apparatum super decretales
fecit/hic fuit apul·1251·/Rex francie firmauit
treugam et rex conradus intrat regnum apulie et
Neapolim cepit/et sequenti anno castrum ibi edificauit
quo anno moritur/Reliquit autem puerum paruum Co
radinum quem mater in theutoniam portari fecit
ibique nutriri/aliqui dicunt quod duorum erat annorum/ma
ter uero nupsit comiti de tirolo/Relictus est autem pueri
baiulus/bertoldus marchio de onebruch·qui postea
in baiulatu cessit manfredo/At ille sub tali pretextu
assumpsit dominium/quod audiens Innocentius eodem anno in ytaliam ue
niens/primo uenit perusium/ibique magnum parauit exercitum
eodem Anno·lodouicus Rex francie firmauit Iaffam et
in franciam rediens/eliminare studuit a regno in
tantum blasfemias/scorta/villarum/usuras Iudeorum/et
ab officialibus suis receptiones munerum ¶Rex Ara
gonie filiam suam ysabellam neptem beate Elizabeth
dat filio Regis francie/et quietat de omnibus que habet
in ciuitatibus carcassone et biterris et amiliano et dy
ocesi Nemausensi/Ergo Rex francie quietat eum de eo
quod in comitatibus de besaudo et Empuriarum et rocilio
nis et barchinone et cathelonie requirebat/In
villa inter lugdunum et Vienam/natus est puer pilo
sus in capite barba et pectine/et vixit duobus an
nis/et alibi in diocesi lugdunensi/quadam cupiditate
ductus peregrinum beate marie interfecit/sed gladius nulla
fricatione arene et aque/a sanguinis stillacione ces
sauit/donec peregrinus inuentus et sepultus/et occisor
suspensus est // 1253·Innocentius uadit neapolim/quo cum
peruenisset/qui statim infirmatus est et mortuus/se
pultusque in maiori ecclesia sancti laurentij/et omnes
de exercitu ad sua redierunt/Soldani·Egipti et Da
masci concordantes quod Iuramentum destruxerat uterque
Casale inter acho et castrum cordane/postea cepit
sydonem/henricus rex Cypri moritur/tunc Ayton rex
armenie cernens tartaros/in circuitu omnia occupas
se misit fratrem suum ad magonem magnum dominum tarta
rorum cum muneribus/hic post v° annos quam grate su
sceptus fuit regi denunciat/et ille impiger ad eum pro
perat pro fauentio tue sancte/tunc floruit in ordine
minorum magister Alexander qui grandeuus ordinem intra
uit et summam in theologia scripsit [illegible] copiosam ualde/flo
ruit et bernardus parmensis/qui apparatum fecit su
per decretales et casus eciam scripsit super easdem/tunc
eciam Imperator grecorum moritur et paruulos relinquens
filios sub cura michaeli domini paleologo de suo san
guine qui pueros excecari procurauit/ex ambitione
dominij/Imperat igitur super mare ponticum ¶Balduinus uero
autem Imperator latinus in constantinopoli cum aliqua
milicia gallica ac venetorum uirtute baldini pater
fuit henricus de quo supra·231·f·17·ibi dimissa hic
supplemus/hic enim per bulgariam et ulachiam constan
tinopolim peruenit et coronatus/eciam constantinopolim amit

sisset nisi blachorum affuisset auxilium/hic grecam non pur
sanguinis accepit sponsam/cui milites in cameram Imperatoris
irrumpentes nasum cum labio preciderunt/quare pro nulla mi
litum necessitate de camera Imperator exibat/dehones
tatus taliter Imperator Romam pergit/papa uero audita querela
blandis uerbis reditum persuasit/Rediens autem in Ita
grancifredi de uilla arduin infirmatur et moritur/relicto
paruulo filio balduino/qui tutores habuit homines ualoris
qui bene rexit uocatus ancianus/¶Hunc balduinum premisit
ille qui intitulatur in sagora/totam orientalem plagam
illi acquirere/si eius filiam acciperet coniugem/quod cernentes ba
rones/qui pueri preerant tum suis offenderunt deliberato
consilio mittunt Iohanni quondam Regi iherusalem ut filiam suam
ex sorore regis Castelle det heredi Imperij/et ipse interim
sua gubernet Imperium pro puero/teneretque ab Imperio
quicquid ultra brachium sancti georgij siue in Anatoli
·i· orientali parte acquirere potuit/uenit autem cum pulc
gente et magnis diuicijs et Imperator coronatus est/hijs
gestis dictus dominus de sagora Imperatori grecorum qui se in
Anatolim collegerant scribit/ut secum pertelam seruat
et latinos a parte orientali inuadit/et ipse eodem facit
in parte occidui·condicta perficiunt/et ut utrique cuncta deuas
tant/tandem recedente Iohanne breniensi/finaliter sola ciui
tas balduino remansit/quam eciam tandem amisit·239·f·
vij·/uocatam cum bellatoribus urbe qua latinum ad recipi
endum promissum esse fallaciter ciuitatem uiuissent/greci con
stantinopolim acceperunt ¶Predicto Iohanni a fortuna taliter
agitato ac uehementer desideranti cognoscere finem suum
et tempore non pauco/pro hoc supplicanti altissimo tandem dor
mienti nocte quadam apparuit et astitit ei uir uene
rabilis albis indutus in manibus suis tenens habitum fratrum mi
norum/cum corda et soleis et ait illi Iohannes de fine tuo
sollicitus desiderans scire modum/nouerit hoc esse uolun
tatis diuine/te in hoc habitu moriturum/perhorrescens ille
regalis ac Imperialis fastidium/finem tam despectum/excitatus
gemebundus clamauit/concurrentibus tamen cubicularijs re
petere facere noluit/¶Sequenti nocte apparuit ei idem
albatus/et tercia tercio/eadem repetentes iuxta tres ho
norabiles eius status comitis regis et Imperialis/excitatus
autem uocari iubet fratrem Angelum confessorem suum/qui lac
manti ait/habitum et ego tue silem uisionem/cum sero uocati
omnes/post paucos autem dies/terciana correctus habitum
assumpsit/et uitam in ordine feliciter consumauit/et infirmus
ac debilitate grauatus dicebat o dulcissime ihesu xpe/utinam
ego/qui delitiose in pompa seculi uixi/uestibus preciosis indutus
sic possem sicut affecto in hoc humili habitu cum sacco ad col
lum elemosinas petendo hostiatim tue sancte paupertatis et hu
militatis sequi uestigia // 1254·Manfredus simulata mor
te conradi consiliato planctu post paucos uicarie sue annos
ac assumptis quibusdam baronibus dyadema regni sibi in
posuit et statuitur ut rex iubet anno·xi·/excommunicatur autem a
papa/et mandat ut nullus fidelium eum regem uocet/qui etiam
exercitum contra eum misit/et nichil profecit/coradinus autem cog
ta manfredi malicia/per solennes nuncios misit litteras ma
gnatum cum sigillis pendentibus pape et cardinalibus in te
stimonium uite sue/dum ore quas papa innouauit sententiam/sed ipse cum
sua industria et liberalitate amicos accumulat parte partis
in tuscia et lombardia fouet/gibelina tamen parte de florentia
pellitur ¶Tunc erat in curia bonus cardinalis de diocesi Florencia
nomine octauianus qui in sportis fuit quod fraude consilii in exercitu

contra manfredum, et in curia multum habitus est suspectus. Rex francie expleto muro sydonis in franciam redijt relictis centum militibus ad custodiam ptholomaide. ¶ 1264. Tridentini recesserunt a domino ezelino. In lombardia vero duo erant tyranni multum funesti, manfredus pelavicinus, et ezelinus contra quos missus est legatus in favore aliorum ecclesie in dicta provincia, et fuit dominus philippus episcopus ravennas, homo strenuus qui congregavit contra eos exercitum, captus fuit in bello ab ezelino qui iam ab innocentio tamquam hereticus fuerat excommunicatus. Sicque manfredus fortificatur in tota ytalia. propter suum quem favorem nobiles quos suspectos habuit de regno expulit alijs substitutis. Eodem anno Marcus Iustinianus venit achon consul venetorum et literas pape portavit patriarche ut venetos poneret in possessione sancti sabe. Ianuenses autem pertinuerunt [?] literas fratri hospitalis. propter hoc ac cum septimo anno cepit discordia inter eos, et eodem anno ianuenses debellaverunt venetos cum auxilio pisanorum et cucurrerunt infra eorum habitationem usque ad sanctum marcum. postea pisani concordaverunt cum venetis et acceperunt letabaz [?] et mensuras venetorum et prestiterunt mutuum auxilium xx annis. Hijs temporibus pontificante Alexandro quarto Venerabilis frater Iohannes de parma sancta et religione clarus paupertatis et humilitatis amator de studio parisiensi ubi baccallarius fuerat generalis ordinis minorum assumitur. hic prohibuit in choro aliquid legi vel cantari quod in ordinario Romane curie non continetur vel per generale non esset capitulum approbatum. Statuit etiam ut in missa hostia a sinistris collocetur iuxta ritum romane curie, et paladisam a corporalibus calici supponi. Hic etiam recepit literas a manuele patriarcha et Iohanne imperatore grecorum de eorum et romane ecclesie unione, et eius procuratione missi sunt nuncij qui expoliati in via in suas grecias redierunt. hic renunciavit ministerio nec ullis precibus in eo potuit retineri. Cui successit frater bonaventura. exoneratus autem officio solitudinem et predicationi se dedit et tandem ad predicandum infidelibus vadens in camerino decessit ubi multis fulsit miraculis. ¶ Eodem anno Taurinenses consilio astensium ceperunt thomam comitem Sabaudie dominum suum.

fr. bonaventura

Capitulum 234.

Ricardus Comes Cornubie frater regis Anglie, est ab una parte electus ab alia Alfonsus Rex Castelle. Ricardus autem intravit alamaniam cum eum diligerent [?] et ab archiepiscopo Coloniensi coronatus est, et pro magna parte alamanie regnum obtinuit. ¶ Eodem anno per ezelini partem ecclesie eiecit de brixia, tamen ezelinum infra civitatem recipere noluit. Eodem tempore Ezelinus generum suum cum filijs in carcere fame et alijs cruciatibus extinxit. Sic precedenti anno ezelinum de ygna filium sororis sue vinculavit et zilemontem fratrem suum tormentis et fame perimit. hijs post hec multis consilijs legatus crucem predicari decrevit, et multi crucem devote susceperunt. tunc Ezelinus mantuam obsidet, cuique in auxilium venit pelavicinus callidus et astutus cum cremonensibus placentinis et alijs. mantue non solum succursum dabit ferrariensis et bononiensis. Interim autem legatus omnes expulsos de civitatibus marchie et omnes cruce signatos apud turrem baybe in districtu venetorum congregavit et habita copia balistariorum et virorum pugnatorum ac victualium a duce ac consilio venetorum versus paduam iter arripuit. Ansilisius autem potestas padue pro ezelino plebe sacchi venit, ubi autem adventum audivit captus est et per bonum lectum [?] et adiacentes partes occupavit. tempore cum apparatu paduam fugit. quo audito versus paduam properat exercitus domini, signum victoriale venerans [?] signum et de celo sperans auxilium et ad pontem corvum usque pervenit. Cumque dubium ibidem gereret bellum aquam fluminis tamquam audaces transnatando ad burgum pervenerunt contempnendo mortis pericula. demum cum gurgustio [?] igne supposito porte altinatis balistariis quoque assistentibus contra muros spicula dirigebant, sicque per scalas muros ascenderunt. potestas autem victoribus cedens fugit. tunc ezelinus recepto nuncio cum furia veronam redijt et capi fecit circa xi milia paduanorum et compedibus alligari, qui quasi omnes fame et varijs afflicti tormentis perierunt. Ezelinus in semetipso furens, exercitum undique vocat et post mensem paduam pergit. illi autem venetorum auxilium petunt et recipiunt. patriarcha quoque Aquilegiensis cenetensis [?] et feretrensis eisdem succurrerunt propter damna desiderium impij et crudelissimi Ezelini et veronam redijt.

Urbanus natione Trecensis sedit annis iij mensem uno diebus quatuor. cessavit episcopatus d. iiii. hic fuit patriarcha iherosolimitanus. hic fecit cardinales xiiij in duabus ordinationibus. hic officium corporis christi ordinavit. 1264. notabilis cometa apparuit, ut nemo inveniretur qui talem viderit, ab oriente cum magno fulgore surgens usque ad medium emisperij versus occidens lucidam protrahens comam, duravitque tribus mensibus quo primo apparente papa Urbanus cepit infirmari et ipsa nocte qua mortuus est disparuit.

Cometa tempore pape Urbani

¶ Clemens natione provincialis patriarcha ihelitanus [?] de oppido sancti egidij, sedit annis tribus mensibus viij. diebus 21. et cessavit episcopatus annis ij. mensibus ix. hic vir magne probitatis fuit, omnes mundi status expertus et in quolibet excellenter et virtuose se habuit. coniugatus enim fuit, et in divino cultu filios enutrivit. famosissimus advocatus in curia sancti lodowici in utroque iure peritus ad secretum vocabatur consilium. factus clericus primo fuit aniciensis sive podiensis episcopus, postea archiepiscopus Narbonensis et per urbanum episcopus Sabiniensis factus et legatus in angliam mittitur pro turbatione que erat inter Regem henricum et Symonem comitem montisfortis et cum adhuc esset in francia in papam eligitur, et recepto scrutinio a collegio pro eo mittitur et in habitu monachali propter insidias et manfredi potenciam venit perusium et post multas precum instancias cum lacrimis suscepit pontificatum et venit viterbium. Creditur autem quod eius vigilijs et orationibus multas tribulationes quas sustinebat ecclesia dei restrinxit.

Clemens papa

Gregorius natione placentinus de domo vicecomitum sedit annis iiij. mensibus iij. cessavit episcopatus diebus x. hic fuit archidiaconus leodiensis et cum ad terram sanctam ex devotione transfretasset in palatio viterbij electus est. fecit quinque cardinales multum nobiles inter alios duos magistros in theologia, fratrem bonaventuram generalem fratrum minorum, et fratrem petrum de tarantasia ordinis predicatorum archiepiscopum lugdunensem. 1274 pro utilitate terre sancte quam intendebat personaliter visitare, lugduni sollempne celebravit

Bo. ve. petrus de tharantasio

S. Clara secuta est vestigia sancti francisci

C. ·234·

concilium In quo grecorum et tartarorum celebres interfuere nuncii hoc procurante paleologo imperatore grecorum. Ibi greci solempniter et alta voce cantaverunt de spiritu sancto qui ex patre filioque procedit. Nuncii autem tartarorum in concilio baptizati ad propria redierunt. Ibi multa utilia statuta sunt pro subsidio terre sancte, pro electione pape, pro statu universalis ecclesie. Fuit enim ipse vir mire experientie in secularibus negociis, nec intendebat pecuniarum lucris sed pauperum elemosinis. Fuerunt autem in concilio episcopi ·500· abbates (6) ·20· et alii prelati circa mille. Tunc ordo saccatorum extinctus est. Hic papa religiosos multum dilexit et Aretii debitum nature persolvit.

Beata clara canonizata est ·1252·. Hec videns se potius sacre religionis primarie fundamentum, cunctis sibi succedentibus suoque regimini subditis tanquam reputatione melior et cultu despectior voluit apparere, et regimen sororum vix etiam per obedientiam coacta suscipiens, pie subministrationis operibus quasi despicabilibus et abiectis humili non minus corde quam corpore sollicitius intendebat. Foras exeuntium familiarum lutulentos pedes abluens extergens et osculans, vix vel saltem totiens exiit, inter que ministrantium laboriosis obsequiis acsi ancilla foret empticia cum omni promptitudine promptius et hylare implicabatur, sanis debilibus et infirmis pro viribus famulatum. Sicut igitur ab humili patre francisco didicerat, non tam preesse affectabat quam subici, ut perfectionis humilitate vigeret et redoleret et filiarum cordibus per exemplum efficacia complantaret.

In hoc etiam sancti patris sequens vestigia in sue conversionis initio patrimonii hereditatem que ad eam pervenerat distrahi fecit, sibique de precio nichil reservans totum pauperibus erogavit. Tantumque federis ac amoris cum paupertate contraxit, ut nil preter necessarium vestitum et victum permitteret a sororibus recipi, nichil in posterum reservari. Privilegium paupertatis a domino quondam 3º concessum, cuius primam notulam propria ipse manu non sine lacrimis idem scripsit antistes. Et cum idem dominus Gregorius nonus pro eo compassionis affectu mitigare disponeret, et eandem virginem a voto absolvere paupertatis tam arte, respondit de peccatis quidem se velle absolvi libenter, non autem de observandis consiliis ihesu christi. Attendens etiam virgo prudens pro paupertate donari regnum celorum, elemosinarum fragmenta panisque minucias quas elemosinarii comportabant, valde suscipiebat hylariter, et quasi mesta de panibus integris exultabat potius in fragmentis. Cum foret unicus solummodo in monasterio panis, et hora iam instaret edendi, dispensatrici returrecte ad mensam iussit illa dimidium panis ergo fratribus erogari, dimidiumque sororibus reservatum in ·50· dividi iussit. Cum in sessione crevit divino munere inter frangentis et obedientis manus particula illa modica et multa de conventu suo extitit portio copiosa. Modo quoque cum defecisset oleum, ablatum vasculum virgo sedula propriis manibus abluit, conspectisque seorsum locatum superfuso divinitus oleo usque ad summum impleri sine precibus impetravit. Simpla tunica et vili palliolo de vili panno tegebat corpusculum; plumarum, pellium et etiam calceorum usum penitus ignorabat, et tenerum carnem

omni tempore continuatis ieiuniis attenuabat. Maiorem quadragesimam et eam que dicitur sancti martini continue in pane et aqua ieiunans, solis diebus dominicis vini modicum degustabat; tribus vero diebus in ebdomada, secunda videlicet quarta et vi feria, nichil sumebat in cibum, ut sic alternati dies penuriose refectionis et dure acerbe mortificationis invicem sibi succederent, et vigilia perfecte iedie qui in festum solveret panis et aque. Prohibuit tandem beatus franciscus, excedente illius austeritatis fervore, precipiens ut nullum transiret diem quin saltem unciam et dimidiam panis pro vita sumeret sustentatione. Utebatur non numquam cilicio de pilis equorum nodose contexto, quod hinc inde crudelis rudibus stringebat ad corpus. Nuda humus et interdum vinearum sarmenta erant pro lectulo, lignumque durum prestabat sub capite officium pulvinaris, donec debilitato consumatoque iam corpore per beatum franciscum mandatum sacco pleno paleis uti cepit. Servabat autem in hac omni sua mortificatione vultus festivos et hylares, ut patenter in ea claresceret, quia nichil durum difficile est amanti. Sicque ab ineunte etate usque ad senectutem carnem illam virgineam mortificationis pressuris coegit servire spiritui.

Quante vero devotionis quantique virtutis sancte huius virginis oratio fuit, ipsius testantur manifeste vigilie cum lacrimarum fluentis, sed et mentales excessus ad archana christi colloquia, cum efficacia facilius obtinendi fiducialiter postulata. Longis enim post completorium fletibus cum sororibus orabat, et postquam cetere fessa menbra duris adibant refovenda cubilibus, ipsa in oratione pervigil et invicta manebat, et tunc venam divini susurrii furtive susciperet. Cum sopor ceteras occupasset, lacrimanti scilicet profunda nocte astitit angelus tenebrarum in forma nigri puerueli dicentis ei quod ceca fieret nisi flere cessaret; et cum illico respondet: cecus non erit qui regem glorie viderit, confusus ille discessit. Eadem nocte post matutinum dum oraret iterato apparuit, ipsius resolvendum asserens cerebrum nasumque torquendum nisi seipsam cohiberet a fletibus, cernensque virginem eum deterrere non posse, et ex hoc ipsius constantiam reformidans, devotum omnino silentium desistit perturbare.

Familiaris illi precipue planctus erat dominice passionis, et inter horas diei sextam et nonam crucifixo maiori compatiebatur affectu, ut et corpus domino cum immolato agno vivum holocaustum offerret. Orationem quam de quinque plagis domini ihesu ruminabat frequentius, et ipsius sacris vulneribus nunc inexausta suspiria trahens, nunc melliflua gaudia fugens, ut eundem sponsi per fervida caritate vulnerata, tamquam fasciculum cipri botrum uberius posset venari dilectum. Advenerat quondam tempore dies sacratissime cene, quo circa sero appropinquante domini agonia, devota captione et illusionis illius de beata maria per noctem illam et diem sequentem sic supra seipsam absorta sic ac si ipsa permansit aliena, ut insensibiliter circa unum rem intenta luminibus confixa christo, ac pro certo insensibilis videretur. Rependebat pium amati crucifixi amatum, et quoddam crucis misterium tanto flagrabat amore, crucis potentia insignibus et miraculis refulgebat. Nam una de sororibus benevenuta nomine plagam fistule sanie emittentem, per quinque foramina sub brachio xii fere annis pertulit, per crucis designationem a virgine clara virtuose sibi et venerit impressum perfectam accepit annosi vulneris sanitatem. Magna erat in monasterio sororum multitudo languentium diversis doloribus af-

fluctuum, et cum locum in quo iacebat visitandi gratia pia mater ingrediens et in medio quinque plagarum Christi signum crucis quinquies faciens, quinque ipsarum gravius egrotantes protinus eripuit a langore. Illa quoque tempestate qua sub Frederico Romana sustinebat ecclesia, in Assisium furor semel venit, et cum iam ipsius portis exercitus appropinquaret, Sarracenorum hostes nomine proprio apud sanctum Damianum intra loci terminos, ymo intra claustrum virginum influxerant. Hiis factis igitur vel potius arefactis pre timore sororibus, ecce in regis ancilla tamquam mulier vere fortis atque fidelis ipsa sancto corde se licet infirmam ad hostium duci iussit et ante hostes poni, precedente eam capsa argentea intus ebore inclusa, in qua dominicum corpus honorifice servabatur. Mire itaque sancta pro filiarum virginum custodiendo pudore, apud totius virginitatis florem, prolesque virginem gemitibus inenarrabilibus insistente, vox quasi pueruli suavis et vivax de ipsa capsa auribus eius assistentiumque sororum insonuit dicens: Ego vos semper custodiam, sed et civitatem istam, quamquam debeat sustinere gravamina, modo tamen minime, verumque interim defendam. Statimque ad tam mire vocis virtuosum colloquium, preclare virginis facies similitudinem ingentis luminis claritate refulgens, non parvam formidantibus filiabus prestitit fortitudinem, nec modicum furentibus hostibus incussit horrorem. Nam illico cum illorum repressa detecte audacia et per muros quos ascenderant celeriter excidere, orantis sancte virtute depulsi, nec multo post tempore obsidione dissipata ac toto dissoluto exercitu, superbus dux bellique temerario ausu iuraverat, inde se nullatenus discessurum, nisi capta civitate vel deditione, necessitate compulsus abscessit, ac etiam paulo post iusto dei iudicio gladio interemptus occubuit.

Quadraginta duobus annis in stadio iam cucurrerat altissime paupertatis, cum ecce ad bravium superne vocationis precedente langore multiplici appropinquabat, vigore siquidem carnis sanctis primo austeritatis penitentie succumbente, posteriora temporum occupavit infirmitas, ut que sana locupletata fuerat meritis operum, infirma locupletior fieret meritis passionum, cuius miranda virtus qualis fuit in infirmitate perfecta hinc maxime liquet quod in 28 annorum langore diutino non murmur sonuit, non querimonia, sed semper ab eius ore sanctum colloquium semper procedebat, actio gratiarum. Excrescentibus autem infirmitatibus cum appropinquaret ad exitum, nec per 17 dies alimento suscepto, tanta quod est dictu mirabile in illis fuit diebus a domino fortitudine vigorata, ut omnes ad se venientes in Christi servitio confortaret. Egrediendi tandem de corpore appropinquante iam hora, cum sic animam suam allocuta fuisset: Vade secura, vade, quia bonum habes conductum, quedam ex sororibus sacris filiarum assistenti cui sic loquentem et quid etiam tamen respiceret benigne vidit, animam meam benedictionibus preventam a domino alloquor, et iam reginam angelorum et dominam preclara visione contemplor. Vix sermonem impleverat, et ecce quasi media noctis hora in vestibus albis turba ingreditur virginum, que omnes aureas sertas suis capitibus deferentes, una comitabantur elegantior pre ceteris, ex cuius corona tanti splendoris gloria refulgebat, ut noctem illam in diei lucem converteret, nullaque videretur, immo ipsam fore dominam dubitaret, que cum sancto illo virginum cetu procedens ad lectulum in quo sponsa filii decubabat, et amantissime se super inclinans amplexumque amantissimum prestans, proferri iussit a virginibus mire pulcrum

divinis pallium, quo virginis clare corpus honorifice texit. Sicque disparens in celestia sese recepit, cernentibus intus cubiculum filie, que cuius orfanam de intrinsecus gladiate, et exterius lacrimarum exuberantium ubere perfuse. Inter quas virgo Agnes de devota ipsius germana prius que in omnes professionis itinere socia, pre aliis flagitabat singultibus, ne se relicta discederet, ut quemadmodum simul Christo nupserat, sic etiam simul ex hac vita migrantes celestem patriam intrarent. Ipsa vero hylari facie ac suavi sorores demulcens alloquio, Nolite inquit flere, nolite turbari, quia magna consolatione vobis futurus est dominus. Et tu mi carissima soror Agnes, ne feras moleste, quia sic placet altissimo, et tu vix quod mente desideras merueris. Anno igitur 1253 in crastino beati Laurentii, anima illa sanctissima prius laureanda prohemi de ergastulo carnis egreditur, temploque corporis iam soluto, ipsos feliciter migravit ad astra. Paucis autem interiectis diebus Agnes ad agni nuptias revocata, sororem claram vix quod sibi prophetica revelatione predixerat ad eternas delicias subsecuta est, desolatis ex hoc remanentibus filiabus pro tante matris abcessu, et experientibus consolatorem dominum, vix commissum ipsius superne splendor nuptiarum infulsit, cepit illud preclarissima virgo miraculorum coruscare prodigiis, dum ad ipsius vocationem devotam demones ex obsessis eiciebantur corporibus et egritudines varie curabantur, sed et claudis gressus, cecis visus, maniacis et vesanis discretio reddebatur ac sensus. Nonnulli etiam parvuli de civitate Assisii, prefate virginis nomine a matribus fiducialiter invocato, de ipsis luporum faucibus sunt et dentibus eruti, invalescente tunc temporis peste in finibus regionis illius ad sanctificamentum hominum puniendi flagitia, sed tamen pie matris suffragio est mirabiliter effugata. Horum igitur et similium celebrescente fama et ad summum prelata pontificem dominum Alexandrum quartum tenentis religiositatis cuius, qui et virginis sanctitatem prius presens in vita ipsius experientia certa cognoverat, post inquisitionem legitimam virtutum ac mirabilium, ipsam de omnium fratrum suorum ac prelatorum tunc in Romana curia presentium concordi consilio et assensu duxit sanctorum cathalogo solempniter ascribendam.

Eodem anno Mayetha civitas Maumethi celesti igne cremata est, et Ianuenses ligam fecerunt in odium societatis Pisanorum et Venetorum, de qua in fine 237 c., et tandem duas turres Pisanorum obtinuerunt. Eodem anno venit Ptholomaydam pro Venetis Laurentius Teuplo capitaneus cum 13 galeis et occupavit portum Ptholomayde. Ianuenses vero armaverunt galeas in Tyro, pugnaverunt simul et ceperunt Veneti tres galeas Ianuensium et Ptholomaydam conduxerunt. Eodem tempore prima die februarii venit Ptholomaydam Boamundus princeps Antiochie conducens reginam Cypri Placentiam sororem suam cum Hugone regine filio et herede regnorum Iherusalem et Cypri, et ad inductionem magistri templi et Iohannis de Ybelin et Iohannis comitis Iope, Venetorum ac Pisanorum partes consecutus est. Tunc Rex Armenie ivit ad Tartaros, ca. 229 f. 21. Et Brixienses in devotione ac reverentia ecclesie se decetero manere promittunt, et Gavitius suos a vinculis absolvit, quod Ezelino et Pelavisino molestum fit nimis. Eodem anno papiensis populus de Placentinum Pelavisinum dominum

subtraxerunt, tunc Albricus frater Ezelini, qui cum eo diu male fuerat, quasi alter Herodes cum Pilato confederatur. Cum Brixia inimica Ezelini, timentes tradi se cum civitate in manibus tyranni illius ab amicis ipsius, eos cum potestate in vinculis posuerunt, quando quidem Cremonenses potentius contra suos adversarios contra civitati Cremonensi et Pelavicini in suum venerunt auxilium, et expulsa parte adversa Crema Pelavicino remansit subiecta tunc. Tunc etiam Veneti in Achon Januenses superaverunt in mari et in terra, capientes ex 40 eorum galeis 24, longisque eorum et turrim munitissimam destruxerunt, cunctaque edificia et Tyri commorantes, decreto non portabat vexillum in suis navigiis cum venirent ad portum Achon, nec de cetero ibi habebant curiam vel personam. Tunc etiam cum legatus et Novariensis Pelavicino cum exercitu Brixiensium et Mantuanorum occurrisset iuxta quoddam flumen, subito Ezelinus cum suo exercitu Pelavicini exercitui victus est, simulque flumen Olei transeuntes, hostes suos in fugam verterunt, capientes legatum cum multis populi civitatis, qui vero ad custodiam manserant civitatis, furore tyrannorum territi, communiter eius civitatem tradiderunt, sed hii tyranni assunt cum dimidia. Dum enim superbia Ezelini parem non sustineret Pelavicini, a dominio Brixie paulatim repellit, et in fine totaliter excludit, prudenter suadente prudente viro Bosone de Donaria tunc Cremonensi, Pelavicinus et Cremonenses relicto Ezelino, a quibus plures fuerant offensi, cum marchione Estensi et Mantuanis se ligant, tunc quoque implacabilis discordia Mediolanensium et Cremonensium suscitata est. 1259. Eodem anno in capitulo Parisiensi Ysabella virgo soror sancti Ludovici regis Francie monasterium sororum minorum sancti Damiani edificavit, ubi vitam religiosam duxit, Gibellini quoque de Tuscia expulsi iuvante Ottolono Cardinali Manfredo sociatur, Pistoria quoque civitas et Senenses cum eo tenebant. Eodem anno rex Anglie suorum consilio regi Francie remittit omne ius quod habebat in comitatibus Andagavie, Turonie et Pictavie. Rex autem Francie dedit ei magnam pecuniam, recipiens eum in fidelem et unum de XII paribus, ut equitanie ducem. Rex autem Henricus fecit ei homagium cum iuramento pro Burdegala, Baiona et Vasconie cum ceteris que de Lemovicensi, Petragoricensi, Caturcensi, Agenensi et Xanctonensi comitatibus rex Lodovicus superaddidit ei. Habebant enim isti duo et duo fratres eorum Ricardus rex Alamanie frater Henrici, et Carolus comes Andegavensis in uxores quatuor sorores, uno tempore filias Comitis Provincie.

Tortuosi autem serpentis malicia, Ezelinum nec ad punctum sopite, qui diversis mundi partibus ad scandala excitet, ut sic noceat contra ecclesiam principes christianos, unum ad regem Ungarie nuncios mittit, ut eius auxilium obtineat, nunc inter principes Alamanie seminat iurgia, nunc regi Castelle regnum promittit Ytalie, cor enim illius ipsius hominis quasi mare fervebat, nec quicquam actum putabat cum adverteret malum aliquid superesse agendum. Dum autem Lombardia et Marchia Tuscana tantis malis premitur, aliis premittitur, ex alia parte Ytalie Manfredus in regno Apulie tyrannizat, non dubium per peccata populi. Mortuo autem papa Alexandro 1260 · VIII kal. Iunii apud Viterbium in sequenti septembri Manfredus mittit magna militia Theotonicorum in Tusciam apud Senas, per quos victi sunt Florentini et Lucani et victi fuerunt, atque exinde Manfredus prevaluit in Tuscia, et illuc se mittebat vicarium. Sanctus Lodovicus recepto a papa per tertium apostoli amicitie periculose suadebat, voventes precipue prelatis atque baronibus ordinavit orationes et processiones multiplicari, blasphemias in Deum et sanctos puniri, penam et super flumina terre ciborum et vestium reprimi, et quod certis ludis dimissis exercitarent se homines et arcubus et balistis. Eodem anno pugnantibus regibus Ungarie et Boemie pro quibusdam terris in finibus regnorum, Ungari suo rege vulnerato fugerunt et in eiusdem fluminis transitu usque ad XIIII milia perierunt, et cum intraret rex Boemie Ungariam, redditis sibi predictis terris interveniente penitentia pax reformata est.

In tanto Ytalie turbine accidit tunc temporis res plus magna velut mare contritio et confusio a seculis inaudita, et primo quidem tetigit Perusinos, deinde Romanos, consequenter Ytalie civitates et castra, indeque transiit ad exteras nationes, nobiles enim populares sociati in quantum etate existente nudi per plateas civitatis et vicos processionaliter incedebant, se dire corrigiis flagellantes, sequendo crucis vexillum, et pre lacrimis misericordias interpellando altissimi, regineque matris splendido auxilio, pie cantilene desolationis sue atque miserie magnitudine exponentes misericordiam Dei. Talem penitendi modum non pontifex consimilem instituit, non cogitavit predicator egregius, non persuasit scriba in lege doctissimus, sed ille solus humanis cordibus inspiravit qui pie invocatus sanat contritos corde et alligat contritiones eorum. Tunc obmutuerunt musica instrumenta, siluerunt amatorie cantilene, sola lugubris penitentium cantio personabat, tunc discordes ad concordiam reducuntur, per manum osculatur que occiderat filium, relaxantur debita, aperiuntur carceres, raptores et usurarii aliena restituunt, tantum enim contriti cordis amaritudinem dulcedo quedam temperabat, in missa divinitus, ut quasi corporeis oculis intueretur Christum in cruce pendentem ac pro crucifixoribus orantem atque dicentem: Exemplum enim dedi vobis, ut et vos similia faciatis. Hiis preclaribus meliatus raptor eorum fine malis imposuit. Ezelinus enim dum exercitum parat et in circumstantibus urbes omnia vastat, assunt contra eum Cremonensium exercitus cum Ferrariensibus et Mantuanis, Mediolanensium expectans auxilium, sed inventus dierum malorum cum mille destitit dimittit, quibusdam maioribus Mediolanensium concedendo, ut ab eis Mediolanum accipiat, scilicet Martino de la Turre qui Ezelini exercitum duceret. Ezelinus de nocte consurgens exercitum suum Brixiam mittit, secum non tamen virtus ducit, et sociatus proditoribus civitatis Mediolanensis illuc properavit, sed dum hoc Martino innotuit, celeriter redeundo Ezelinum prevenit, Ezelinus sua intentione frustratus, vicum mercati occupavit, huc ad tempus eligens ad manendum. Cremonensium vero et aliorum predictorum exercitus cognoscens Ezelini nocturnum discessum usque ad flumen Adue ipsum insequitur et iuxta locum unum transitum fecerat, tentoria figit, pontem et transitum diligenter observans, cumque exercitum Ezelini victualia deficerent et ab inimicis undique vallaretur, non audens per multitudinem cum Mediolanensibus congredi, eligit per viam redire qua venerat, sperans vel gladiis sibi viam aperire, vel per medias bellatorum acies fuge invenire remedium, sed dum posse valde minus crederet et suos

Contritio gradis et aversio a peccatis, que subsequitur gratia divina

A(ttende?) mar(ginale)

Ezelinus in bello captus capitur et in senectute pessima moritur

hortaretur ad pugnam sagitta in pede graviter vulneratur. Ita ut dolore vulneris iam non posset solita sagacitate de prelio ordinare/ dimisso comptem ponte de fuga cogitans/ ad vada fluminis comperavit/ atque nullo impediente/ expedite cum exercitu suo transivit/ sed evadere bellum/ immo bellum potuit/ commisso bello pauci fidelem corripiunt a militis/ et capitur impius ezelinus/ ad quem videndum quasi monstrum plures confluebant/ ad sucinum deinde castrum perducitur/ ubi post paucos dies/ cum esset annorum in senectute pessima deficiens mortuus est/ postquam veronam obtinuit annis 34. tirannizavit autem in tridento feltro tervisio padua vicenna Vona et brixia et aliis civitatibus pluribus .·.

De hoc sic ait hystoria ezelini gens iusta potentissima venetorum quam divina clementia fecit sepisse de suis hostibus triumphare audiens tyrannum horribilem exivisse/ assumptis tervisanis/ qui illuc fugerant propter rabiem tyrannorum ezelini et alberici/ exercitum transmittit contra suprascripti alberici ezelini/ nichilominus militis fuerant lacessita iniuriis Sed veneti sic viri astuti/ et domus sapientie et prudentie provincie ytalie propter hec dotati/ oportunitatem se exspectant/ ut tyranno possent pro demeritis reddere/ ipsorum namque virtute potentia et consilio/ capta fuit padua a legato/ et postea defensata ab impetu ezelini/ ponte quidem de ... comprime actum est/ balistarii venetorum cum navibus castellatis/ suo robore et ingenio fractis vi. gravissis catthenis penderunt et viriliter defenserunt/ quem omnia albericus recognitus/ eorum impetum sustinere ausus non est/ sed cum uxore et filiis ac militibus theotonicis nocte reliquit/ tervisium et ad castrum sancti zenonis confugit/ in quo erant thesauri ezelini absconditi/ ibique munitione loci confisus ad manendum se contulit/ sed persequuntur eum predicti exercitus/ occurrerunt etiam paduani et vicentini et exitus et introitus castri totaliter prohibetur/ post obsidionem autem 4or mensium/ obsessi milites et populares gravis obsidentium invenire cupientes Castrum cum turrim munitissimam et ipsum facinorosum tyrannum cum uxore sex filiis et duabus filiabus in manus hostium tradiderunt/ a quibus variis laceratoribus et collisionibus occiduntur. sicque infra spacium xi mensium/ duo illi fratres feroces quasi dracones extincti sunt/ tali fine concluditur tremenda potentia. Secleratta protervela et abbreviata hystoria ezelini/ 1261. Paleologus iam fortificatus in dominio latinis constantinopolim abstulit qui a. 1204. usque ad 1261. tenuerant // Contra papam urbanum manentem apud urbem veterem misit manfredus infinitam multitudinem sarracenorum/ quos de probationis pro tenue signatos ipse cito fugavit/ 1262. egipcii anthiochiam obsidiant sed conn... rege armenie tartari obsidionem solverunt/ .·.

Philippus filius sancti lodouici accepit ysabelam filiam regis Arragonie/ qui rex in signum pacis et concordie cum rege francie de certo habenda concertavit francorum regibus quitquid in civitatibus carcassone biterri et amiliano possidebat/ et vicissim rex francie regibus Arragonie dedit quitquid in comitatibus de bisando ampuria rosilione barchinonia cathelonia reclamabat hoc sit Frequenti Anno bondogdar cum xxxm equitum venit ante ptholomaydam iiii die aprilis septima die ... usque ad portas civitatis ... conbussit/ fuitque civitas in magno periculo/ Eodem anno sarraceni destruxerunt cenobium bethlemitanum/ Eodem anno

veneti cum gnuensibus galeis/ et tazidis et de achon etiam viri et ptholomaydenses usque ad iiiior per terram obsiderunt tyrum et quasi nil egerunt/ Henricus rex Anglie cum quaedam statuta ad utilitatem rei publice de consilio prelatorum et principum statuisset/ et cum eis ea iurasset firmiter observare excomunicatione etiam imposita per prelatos et in hoc ipsum compulerunt Symonem de monte forti comitem lincastrie regis sororium licet invitum/ quia cognoscebat eorum levitatem in talibus revocandis/ unde cum ea postea in nichilum deduxissent et ipse iuramenta vellet servare turbatio gravis emersit/ nam rex cum fratre suo Ricardo/ Romanorum rege et maxima probus baronum contra symonem moverunt exercitum/ ille vero cum Comite clocestrie et civibus londonie eis occurrens regem capit cum filio odoardo/ et Regem Romanorum cum filio henrico/ et multis aliis/ et carcere eos moleste servavit/ tandem odoardus de carcere fugiens et magno exercitu congregato captis symonem occidit/ et captivos liberavit/ Ad tumulum autem dicti Symonis sanitatem infirmi plurimi receperunt // Tunc etiam marsilienses contra civitatem Bonifacii comitis castri quod de castellana provincia contra dum sunt carolum Andegavensem comitem fratrem sancti Regis lodouici rebellantes/ gente ipius ad urbis custodiam deputatam pemerunt/ hoc audito carolus congregato exercitu castrum bonifacii primo obsessum in deditionem accepit/ deinde marsilienses longa obsidione et fame afflictos et seditionis auctores in communi spectaculo decollari fecit/ et bonifacium de provincia exturbavit Eodem anno frater bonaventura generalis minorum generale capitulum celebravit pisis/ et toto voto petitur protector ordinis dominus Johannes gaetani/ hic bonaventura/ cum esset iuvenis alti et clarissimi ingenii. in gratia devotionis adeo excreverit ut omnem pene veritatem mente conceptam in formam divine laudis et devote orationis reduceret/ Ideo brevi tempore nisus est sibi spirituali lumine/ anno vii° ad baccalariatum parisien/ et anno x° post religionis ingressum/ ad magisterium est promotus et xii. vel xiii° ad regimen ordinis assumptus/ nulli sui temporis secundus/ et xviii. annis ordinem rexit/ factus episcopus Albanensis in quo lucerne qui lucerna posita super candelabrum mire splenduit et pro defensione medicamentum virtus est celitus destinatus/ sed laborum ipius corporis pressione vita functus est etatis sue anno 53. cuius mors omnes in concilio existentes incredibili affecit mesticia successit autem ei in generali ministerio frater Jeronimus postea Nicolaus papa iiiius .·.

Bona ventura alti et clarissimi ingenii

Papa eodem Anno regnum Sicilie quod manfredus violenter detinebat carolo comiti provincie fratri sancti ludouici Regis francie/ ut illud ab eo eriperet contulit/ 1264. tam notabilis cometa aparuit ut nullus viventium silem viderit ab oriente cum cum magno fulgore surgens usque ad medium emisperii usque occidentem comam perlucidam pertrahebat/ duravit plus quam tribus mensibus/ ipso autem primo apparente Papa Urbanus cepit infirmari et eadem nocte qua mortuus est disparuit/ .·.

Clemens Carolum vocatum per Urbanum ad
occupationem regni Sicilie, qui Romam
senator vocatus advenit, alium vero
exercitum per Lombardiam misit. Eodem
anno in sancto Johanne de Laterano per quosdam cardinales
coronari fecit, quem etiam tunc senatorem urbis con
stituit, cuique leges circa regimen regni tradidit iuxta
statuta s. regis Guilielmi, sub eodem etiam iuramento
ipsum artans circa factum imperii, quod videlicet nec de eo
se intromitteret, nec electioni de se facte consentiret vel ipsam
prosequi deberet, alioquin ipso facto caderet a iure regni. Col
lecta igitur militia eodem anno de urbe recedit, et
in Campania versus pontem Ciperani vadit ubi est regni
introitum, quem Manfredus gente et propugnaculis
valde muniverat, sed belli violentia pone capitur, sibi
interitu Sancti Germani et more Cassinus accipitur, et
dirigitur acies contra Manfredum qui sese in Beneventum
receperat. Rex itaque Carolus Manfredo bellum offert,
pugnatur utrique in campo prope Florido in planitie Be
neventi, tandem post pugnam acerrimam cesa Man
fredi acie maxime Theotonicorum, et ipse etiam in bello
occiditur. Residencia igitur prius facta in Benevento
eodem anno et sequenti totum recipitur regnum, quibus
dam sponte se offerentibus, quibusdam vi superatis
revocantur etiam expulsi per eum, expelluntur ceteri.
Eodem anno hospitalarii et templarii cum aliquibus
aliis militibus peditibus agrestibus et Saracenos Leandri
bus Bendogdar per proditionem capit Cesariam, castro
re Ptholomensis turrem molendinorum et cetera sui
meta straverunt. 1265. Hugo de Lisignano baly
uus Cypri venit Ptholomaydam cum 130 militi
bus et aliis equitibus ultra apostolis. Captum est castrum
Arsuph, visum est tunc Ptholomayde clarum signum
quasi ensis longitudine lancee supra turrem cer
ste crucis, et fuerunt capti aut mortui hospita
larii lxxx. et qui in castro erant vinussi circa 1100
et ducti in captivitatem Babilonie. Eodem anno Iaco
bus rex Aragonum marchiam civitatem Saracenorum
olim regi Castelle tributariam capit. Anno sequenti
multitudo Saracenorum ex Affrica transiit in His
paniam per angustum mare et multos Christianos occidit
sed per cruce signatos superati sunt. Eodem anno Bendo
gdar viii. diebus stetit ante Achon, mehilque egit, nec
sile Montiforti nec Sapheth capit xxiiii. et contra de
ditionis pacta circiter 4 Castellanum occidit, ob
tento enim castro misit post solis occasum ad mira
tum suadens ut Saracenorum legem susciperent, a bo
quasi cuncti gladio perierunt, ac vinussi duorum fratrum minorum
qui aderant suis monitis tota nocte confortati
martirium potius elegerunt, quam Christi negare fidem, fluebat
que sanguis per montis declivum quasi aque rivulus
fuerunt autem ultra 600, post hoc non fratrem Jacobum
de Podio et fratrem Jeremiam lecie qua ceteros in fide fir
maverat et prior templariorum extorquam fecerat, de
inde fustigari, postremo ad locum ceterorum deduc
ti capite cesi sunt, fecit autem Soldanus locum macerie
circumdari quia noctibus super corpora splendebat lux
etiam cernentibus Saracenis, et cum minutus ceuitur
districtum Tyri Tripolis et Tortose, et alius fortis ad
miratus circuierunt regnum Armenie et de filiis regis

unum occidit et alterum cepit, et huius novitatis causa fuit via
regis ad Tartaros. Anno 1266. misit Rex Carolus
600 milites Gallicos in Tusciam cum milite Guidone di
cto Guerra, et cum alia militia partis Guelfe et primo
de Florentia Gebelinos expellunt, et ad partem Guelfam
quasi omnes de Tuscia se convertunt, preter Pisis et Aretium. In
terim fit vicarius in Tuscia Carolus auctoritate pape vacan
te Imperio, licet duo fuissent electi Alfonsus s. et Ri
cardus. Sed circa hoc tempus Ricardus moritur. Eodem anno
ii. maii Bendogdar venit ante Ptholomaydam et porta
tibus Saracenis insignia hospitalis et templi usque ad
600 pauperes ceperunt, quibus capita usque ad aures de
coriaverunt, et etiam fel abstulisse dicuntur. Et iterum
rediens Ptholomaydam turrem viridariorum demoli
ri fecit, cum arboribus. Eodem anno Lucas de Grimaldis
cum 26 galeis obsedit portum Achon, sed supervenientes
xxviii. galee Venetorum illos insecute sunt et cepert
ex eis galeas quinque. Tunc mortuus est Hugo heres regis
Cypri, et successit ei Hugo de Lisignano consanguineus eius.

Ad dicti summi pontificis venit notitiam quod
Coradinus filius Coradi parabat se ad
intrandum Ytaliam, instigatus a Pisanis
et parte Gebelina Tuscie. Carolus igitur
relicto marescalcho suo in Tuscia, cum certa militia
ad obviandum Coradino si contingeret eum venire in re
gnum properat. Igitur 1268. Coradinus cum militia Theoto
nica admixtis quibusdam Lombardorum et Tuscorum, subito
intrat Ytaliam et venit Veronam, hoc audito papa man
dat eidem ut caveat ab offensa ecclesie, quod ipse contempnen
do transiit cum parva manu ad riperiam Januensem usque
Sienale, ubi sunt domini de Carreto qui eidem affines erant et auxi
lio et navigio deduxerunt eum usque Pisas, nec
marescalchus predictus obviare potuit, destructo itaque
Lucano territorio ex parte meridiei fugitisque Guelfis
de Senis, Coradinus fortificari cepit, quod audiens summus
pontifex, contra ipsum suaque que sequela processum fecit. Ali
qui dicunt hoc factum quando Verone fuit, tunc etiam Rome
fuit dominus Henricus frater regis Castelle qui nepos erat
regis Caroli in 2o gradu, hic senatum sibi usurpaverat
favenitibus aliquibus nobilibus Romanis et aliqua parte
populi, et multa mala intulit Rome et ecclesie, ubi the
sauros distrahens depositum eripiens. Aliqui dicunt quod rex
Carolus cum Roma pro suo misit vicario. Advenienti
igitur Coradino confederatur et grandi collecto exercitu x
viii. die augusti de urbe egredientes contra regem Caro
lum properat, plurimeque civitates et castra iam rebella
re incipiunt, quo comperto Carolus Coradino obviam venit
nec introitum regni intrare patitur. Conveniunt igitur
acies in campo Palentino diu et dire pugnatur utrique ta
dem fugantur acies Coradini, inventisque armis Caroli omnia
parta putant et securitate concepta ad spolia se conver
tunt, tunc subito rex Carolus cum sua acie de occulto in
publicum veniens, in die beati Bartholomei dispersum invadit
exercitum et fundit celeriter et partim cedit et partim fugan
do anichilat, omnes nobiles de parte Coradini rex de
capitari iubet, Henrico nepote retento, atque in quodam
castro recluso. Coradinum autem et ducem Austrie germa
num cum comite de Pisis de consilio sapientum non nullis tamen
contradicentibus in platea Neapolis capite truncari voluit
post hec ad recuperandas rebellantes terras convertit animum.

Rex carolus idque agit non sine magna sanguinis effusione quod Clementi pape non placuit / fuit enim vir benignus gravis / litteratus cantor delicatus in cantionando non habens socium sibi austerus cetis prius hic de palacio suo ubi tunc erat viterbii / videns transeuntem Coradinum miliciam quasi prophetando ait dolendum super tali puero / qui taliter seductus ducetur ad victimam / ¶ Eodem anno bendogdar · vii · marcii cepit proditiose iopem · xv · aprilis castrum de belforte / postea venit tripolim et destruxit circadia / deinde processit anthiochiam / et xviii · maii absque ullo belli tumultu cepit / et usque ad centum milia personarum capta sunt / et usque ad decem et septem milia occisa / et facta est tam famosa civitas quasi solitudo deserti / cepit etiam portum borbonelli iuxta introitum Armenie / sequenti Anno Rex aragonum ad terram sanctam ibat succursum / sed quarta die valida tempestate sub orta / pene naufragium passus ad propria redijt // 1269 · vacante Romana sede atque Imperio / Rex Carolus se prosperari cernens ad partes alias se dilatat / et filio suo philippo filiam principis achaye accipiens principatum acquirit / Contra quem paleologus mittit miliciam / que iuxta prospere agit nunc adversa perpessa est ¶ 1270 · mense Julii / rex francie lodovicus passagium fecit versus tunicium cum grandi exercitu crucesignatorum transfretantibus / magnum dabat impedimentum / habuitque secum theobaldum regem Navarre / et uxorem eius filiam regis francie / fratrem suum comitem tholosanum et pictaviensem / filios suos philippum qui ei succedere debebat in regno / et Johannem tristanum / ceterosque barones ac populi multitudinem / sequebatur etiam eum odoardus / filius regis Anglie / sed iste venit ad terram sanctam / forte reperiens illuc missum regem / hic habuit sarracenum valde familiarem / qui faciliter intrabat ad eum / et cum surrexisset aliquando a sompno meridiano / ab illo sarraceno cum gladio venenato percutitur / pluriesque percussus sarracenum eundem occidit gladio / et de vulneribus cum difficultate curatur / veniens itaque rex in guerbum castra metatus est in loco qui dicitur certa carne / Tunc quoque Rex carolus requiritur ut in auxilium vadat regi ludovico fratri / nam cum intrasset rex lodovicus regiones cartaginis / expedita statim invasit exercitum et ipse infirmatur / In qua infirmitate deum laudare non cessans / orationem illam sepe intersererat / fac nos pro tuo amore prospera mundi despicere et nulla eius adversa formidare / et frequenter orabat Esto plebi tue sanctificator et custos / et quam tibi facis esse devotam benigno refove iugiter auxilio et appropinquans ad finem oculis sursum patens ait Introibo in domum tuam · adorabo · ad templum sanctum tuum quo dicto obdormivit in domino / secumque filius Johannes tristanus ceterique et sanguine iuncti quasi omnes preter philippum / post hec Rex carolus in auxilium christiani exercitus venit / et propter dictum exercitum facta compositione cum rege tunicii et acceptata magna summa pecunie / pro expensis quas reges ibi fecerant / totum exercitum ducit in Siciliam / ubi rex Navarre mortuus est / et cum venisset ad portum trapanitanum naufragium passe sunt naves / et exercitus per terram redijt / promisitque rex tunicij quod omnes christiani in regno suo captivi dimitterentur / et quod monasteriis ad honorem christi in omnibus civitatibus regni illius constitutis / fidem christi per monachos et predicatores libere predicare valeat / et etiam pro quibus alios / et quod baptizari volentes nullo modo prohiberet / factusque est tributarius regi karolo / nam paratis machinis et aliis ingeniis per terram et per aquam tunicium oppugnare dis ponebat ¶ Eodem Anno Alfonsus frater sancti ludovici comes pictavie et tholose cum uxore domina iohanna filia quondam Raymundi nati comitis tholosani moritur et sic totum ius comitatus et dominium ad regem francie devolutum est / henricus frater regis navarre defuncti ei successit et duxit uxorem suam / sororem domini Roberti comitis atrebatensis nepotem sancti ludovici / de qua Richana regina postea francie nata est ¶ 1272 · ayton rex armenie moritur cui successit livonius eius filius ·:· ·:· Capitulum · 235 · ·:·

Rodulphus Comes honestburgh electus approbatus a gregorio x° in summo regem terre sancte / ad quam plurimum anhelabat personaliter proficisci / unde ad eius petitionem Rodulphus cruce signatus est / huic rodulpho ad preces pape alfonsus rex castelle cessit / renuncians omni iuri quod habebat Rodulphus autem recedendi papa in ytaliam occurrit cum regina et filiis / apud belicadorum et iuramentum prestitit fidelitatis romane ecclesie / et confirmando ipsam quod habetur di. lxiii · c · tibi domino / dedit unam etiam filiam suam comiti palatino qui est dux bavarie / aliam duci Saxonie aliam germano marchionis brandeburgensis / quartam carolo martello primogenito caroli secundi regis Sicilie qui postea fuit rex ungarie / primogenito autem filio suo alberto qui post eum fuit rex almanie accepit filiam comitis de tirolo / cum quo postea expugnavit regem boemie qui occupaverat totam austriam syriam et carinthiam / que sibi debebantur sive racione regni almanie sive racione imperii / hic fuit probus in armis et prudens dedit partem carinthie comiti de tyrolo et ducatum austrie petro filio suo / cui successit frater eius albertus postea rex romanorum / quem interfecit iohannes filius predicti petri / quia sibi ducatum abstulerat / pro qua occasione fugitivus fuit / et tandem tempore henrici · vii · pisas veniens / et de mandato imperatoris capitur carceratur et in carceribus moritur / processit etiam quod filium regis boemie comminans eidem de regno / quod iuvisset contra dominum suum sed amicis mediantibus receptus in gratiam gener regis efficitur / ab hoc rodulpho / Nicolaus papa terras requisivit ut romandiolam resignaret / et exarchatum ravenne qui a comitatu distinguebatur / et antiquitus ravenne cum senator sicut rome / et dictas civitates gubernabat Inter quas erat bononia ut patet per lodovicum primum sancti benedicti paschali pape primo / hanc regionem per karolum datam et recuperatam per gregorium x · / unde isto repetente mandat rodulphus omnibus nobilibus terre et populis dicte regionis ut ecclesie romane obediant / et dictum dominium ad Romanam ecclesiam asserit pertinere / et sic papa possessionem obtinuit / tractabat quoque idem pontifex cum dicto rege super novitatibus faciendis in imperio ut scilicet totum imperium in quatuor divideretur partes in regnum Almanie quod debebat posteris rodulphi perpetuum / In regnum vienense quod datur in dotem uxori caroli martelli filie dicti rodulphi de ytalia vero preter regnum Sicilie duo regna fiebant unum in lombardia / aliud in tuscia / sed interim papa mortuus est / Rodulphus autem postea apud spiram alsatie mortuus est / et Imperiali caruit benedictione / Eo etiam tempore Rex francorum cruce signatus est et reddidit ecclesie comitatum venecinum quem sui antecessores longo tempore tenuerant / et barones multi crucem acceperunt / tunc deputaverunt decime vi · annorum pro terra sancta et portu non capti in...

tunc etiam hugo de lisignato rex cipri misit procurato
res suos ad vindendum domicelle marie que dicebat re
gnum ihrlm iure sibi hereditario obvenire hec tandem
ius suum dedit karolo primo regi sicilie qui loco sui
misit ptholomaydam comitem sancti severini 1278. ben
dogdar pervenit planum armenie et percussit ultra cc
homi secum trahens pueros et puellas usque ad .x^m
equos et aialia maiora et minora usque ad .cc^m. Rex autem
cum capitibus ad montana perrexit ·:· ·:·

Innocentius natione burgodien de taren
tasia sabaudie sedit mensibus quinque dieb
iiij. cessavit ep. die .xviij. hic fuit ordinis pre
dicatorum factus archiepiscopus lugdunen aministraret
fit epus ostien et .i. anno papa electus est

Adrianus natione Januen sedit mense uno dieb
viij. hic primo dictus est octobonus nepos Innoc. iiij.
a quo factus cardinalis, et a clemente iiij^o missus e
legatus in angliam pro guerra sedanda que inter baro
nes et regem orta erat / hic statim post suam creationem
constitutionem gregorii .x. de restitutione cardinalatus in elec
tione pape suspendit intendens eam aliter ordinare sed
morte preventus non potuit nec sacerdos ordinatus
est. Johes natione ulixbonen sedit mensibus viii. die
bus viij. cessavit ep. quasi per mens. vi. hic fuit eps tu
sculanus / petrus antea vocatus generalis et famosus clericus
maxime in medicina / unde et experimenti scripsit ad
curas hominum qui thesaurus pauperum vocatur / fecit
et librum de problematibus iuxta forma libri Aristotilis
parum autem discretus fuit / perceps in vibo iminus cau
tus in moribus / de sue flore et pontificalem dignitatem
quadam stoliditate deformabat / solitus erat intrare
cameram novam solus quam prope viterbium circa pala
tium construxerat / sed autem cum hoc fecisset / et se ipsum
aspiciens gloriaretur / resolutus in risum camera subi
to cecidit / ipse vero collisus .vi. die expiravit / reli
giosos minus dilexit / et contra eos aliqua statuere
intendebat / quidam frater minor in statu suo quiescens
subito fertur exclamavit / et accurrentibus fratribus ait
inget vir grandis malleo palacium pape percutit ora
te ne corruat / tercio vero idem clamans palacium
corruit / et ipsa hora corruisse inventum est / hoc
laudabile habuit / quia licet papa / cum quocumque litte
rato etiam paupere conversari non renuebat eisque li
benter providebat / constitutiones de reclusione car
dinalium ad pristinam firmitatem reduxit. Nicolaus
natione Romanus de ursinis sedit annis duobus men
sibus octo. cessavit ep. mens. vi. hic electus est in festo
sancte catherine viterbii / et parum ante electionem
exceptione tibere / super altare sancte marie in porticu /
dyaconus cardinalibus super hijs verbis dixit / Si
beneficia per nos tibi impensa magna fuerant
et magna multa / in nullo tamen sunt reticenda / dedimus
enim tibi animam etiam vite / sicut eo quod nos tibi contu
limus, damus enim tibi quod te in paradisum inducat. scilicet
merita sanctorum fratrum huius ordinis / damus tibi me
lius quod habemus dilmus tibi desiderium cordis mei / et
pupillam oculorum meorum / et hec .d. non modo lacrimas
fudit sed etiam singultus vir tante maturitatis
continere non valuit / et extensa manu pape anu
lum tradidit illi .d. tibi committimus ordinem fratrum minorum

et illa verba regule recitavit / qui sit gubernator protector
et corrector rei gubernatione inquieti et correctore ti
ma non egent / sed pauperes et imbeciles et hostes impug
natores / tua indigent protectione defendi / proprium autem
nomen illi fuit Johannes gaytanus / fuit dyaconus cardinalis
tituli sancti Nicolai in carcere tulliano moribus valde
compositus et discretus / religiosos multum dilexit et fovit
maxime ordinem minorum cuius protector fuit / nam cum esset
puer / pater eius qui erat de tercio ordine / eum beato
francisco obtulit. Et beatus franciscus ait quod non erit ha
bitu frater sed futurus erat defensor ordinis sui et tandem
dominus mundi / hic declaravit regulam beati francisci quam dic
tavit dominus benedictus postea bonifacius viij. et in vj^o po
de .ve. si. fecit cardinales duos de ordine minorum fratrem
bentegnam qui fuit dominus albanensis / et summus penitencia
rius / et fratrem yeronimum generalem ministrum / qui postea fuit
nicolaus .iiij. et duos de predicatoribus fratrem latinum ne
potem suum ex sorore / et fratrem albertum archiepiscopum cantua
riensem et dominum Jordanem gimanum suum. de Jacobum de colu
na et tres alios / hic ad sanctum petrum edificavit solenne pa
lacium / ubi mandavit domos fieri pro omnibus officialibus
suis et maxime pro penitenciariis qui claudebantur sub
uno cancello / ecclesiam sancti petri quasi totam renovari fecit
et ibi auxit canonicos / constitutionem fecit de electoribus ut
domino urbis quocumque nomine censeatur / quod non possit eligi
ad maius tempus unius anni / absque auctoritate apostolice sedis / quia
tota civitas iure est romane ecclesie ut patet .e. c. q
stantinus .96. di. et di. .63. .c. lodovicus / que constitu
cio habetur in vj^o. de elect. fundamenta / propter hanc constitutionem
Rex carolus privatur officio senatoris / et eodem anno vicaria
tuscie / per eundem / consequenter papa misit unum cardinalem qui pa
tienciam regis temptaret super predictis sibi ablatis / Rex
audito quod cardinales honorifice recepisset et modeste
recepisset ait / felicitatem carolus habet a domo fran
cie / Ingenium perspicacitatem a regno hyspanie / discretio
nem verborum a frequentatione romane curie. Martinus
natione de bria cenomanie sedit annis .4^or. d. 34. cessavit ep. d
4 / hic fuit presbiter cardinalis tituli sancte cecilie / et fuit longo
tempore legatus in francia. primo missus per urbanum 4 a quo fuit
ad cardinalatum promotus / 2^o per gregorium .x. / et multas bo
nas ordinationes ibi dimisit firmatas in provincialibus
synodis per eum congregatis / In suptibus autem fuit multum
magnificus / religiosos dilexit maxime minorum et predicato
rum / fecit quinque cardinales quorum unus fuit benedictus dictus
gaietanus postea bonifacius viij. // Honorius natione
Romanus de Sabellis sedit annis duobus / cessavit ep. a
cena domini usque ad festum sancte catherine / hic fuit prudens
homo / multum notus / suis multum beneficus / fuitque in mani
bus et pedibus tam contractus quod celebrare non poterat
nisi quibusdam instrumentis adiutus / unum cardinalem fecit
dominum Johannem boccamaza. frater quoque illius vir prudens dominus pa
dulfus / licet ab aliis ferretur de loco ad locum / cum fuerit
senator a malefactoribus tamen timebatur quod omnia a patria
statim fugiebat. Nicolaus natione marchianus de es
culo sedit annis .iiij. et tantum plus quantum e a cathedra
sancti petri usque ad pascha / cessavit ep. annis tribus et mens
ibus .iij. / hic vocatus est Jeronimus / magnus litteratus et valde re
ligiosus / factus fuit generalis minorum / deinde eps penestrinus
postea ad cardinalatum promovit dominum Neapoleonem dominum
petrum de columpna generalem minorum fratrem mattheum de aquasparta /

fratrem hugonem magistrum in theologia ordinis predicatorum/ dominus autem
Jeronimus cum esset cardinalis imminente electione summi pon
tificis clausis cardinalibus in sancta Sabina post mortem ho
norij quarti propter infirmitatem locum fugientibus solus ibi
remansit et sanus, mortuo tandem papa Nicolao cardina
les de eorum concordia perusium se transferunt/ et vacavit pon
tificatus annis tribus et mensibus tribus ·:· ·:·

Misit Johannes papa legatos ad reges francie et
castelle fratrem Jeronimum generalem minorum
qui postea fuit Nicolaus iiij et fratrem Jo
hannem de Vercellis magistrum predicatorum ut
eos concordaret/ domina enim blanca mater sancti lodouici primo
genita fuit regis castelle/ quam rex lodouicus pater sancti re
gis lodouici/ ut francia dicit/ hoc pacto accepit/ ut si
rex castelle sine legittimo moreretur herede/ domina blanca
tanquam primogenita succederet/ mortuus igitur reliquit filium et
qui henricus vocatus est/ quo ex percussione cuiusdam lapilli
mortuo/ soror minor dicta berengaria uxor regis le
gionis/ regnum patris cum filio suo per violentiam occupat
tunc sancte lodouicus questionem mouit regi alfonso/ pro iure
matris que questio sic sedatur/ dat enim filiam suam dictam
blancam primogenito illius dicto fernando hac conditione
quod si fernandus cum domina blanca haberet filium et ipse fernan
dus premoreretur patri/ filius fernandi in regno succede
ret/ casus euenit/ et mortuus fernandus duos ex domina bla
nca reliquit filios/ Rex autem alfonsus cum patri non succedant
omnes enim barones duobus exceptis allegabant secundo geni
tum regnare debere secundum consuetudinem regni/ quam infringere
non valuit sine consensu baronum/ ideo cum pueris esset eta
tis ad petitionem dictorum baronum de toto regno se expo
lians/ secundogenitum vocatum Sancium regem instituit/ filijs
autem domine blance certas terras assignauit in confinio
sarracenorum siue frontana/ propter quod dicti duo baro
nes qui pueris fauebant de regno exibant/ et contra regem
rebellant/ propter quod a rege francie annuatim recipiunt xv
libras turonenses/ Misit etiam papa legatos ad paleologum/ pe
tens si ipse cum gente sua paratus erat romane parere
ecclesie/ qui videt se paratum ad omnia que per cardinalem galli
lugdunensem mandauerat ·:· ·:·

Millesimo cclxx vij· domicella maria filia
principis anthiochie/ ius suum in regno Jhe
rosolimitano dedit karulo primo regi Sici
lie/ coram pluribus cardinalibus et prelatis/ et
maiori parte curie/ declaratum enim pluries fuerat per
duos legum et magistros decretorum/ quod ipsa erat vera heres
sed ius suum occupauerunt hugo de lisigniano/ nepos eius
supra· per j· ipse quidem rex mortua uxore sua per nuncios petie
rat eam sibi matrimonio copulari/ audiensque illius aduentum
ad romanam curiam iterum misit magistrum bernardum carrizo
lum de neapoli/ eius notarium pro eadem/ illa non respondit
non intendebat mortalem accipere sponsum sed immortali
sponso in virginitate seruire/ pro regno tamen iherusalem in
concambium accepit comitatum andegauie/ quem predictus rex
tenebat/ tunc de consensu regis francie/ deinde pro reddita
illius comitatus recepit in regno Sicilie annuatim vncias
1600· que tandem usque ad 400· diminute fuisse dicuntur/ cuius
filius est autem Rogerius comes sancti seuerini bailiuus pro rege
carolo/ requisiuit milites ptholomayde de omagio sibi
faciendo/ qui responderunt quod regi cypri fecissent homagium
nec possent alteri facere nisi eius obtenta licentia/ vel nisi eis defi

ceret In quo iure regio tenebantur et cum ad regem Cypri
super hoc transmisissent/ ille ensis sius nil aliud quam terre redi
mebat/ tandem comes predictus mandat ut vel omagi
um faciant vel hospitia et uniuersa feuda dimittant
tunc intuentes magistri templi obtinuerunt ut adhuc
ut adhuc semel ad regem cypri mitterent et non habito
sufficienti responso comiti fecerunt homagium/ sed prius comes
iurauit inter regnum sita parare/ deinde fecit senescallum
conestabulum marescallum vicecomitem et alios officia
les secundum morem patrie/ Eodem anno inter venetos et dominum
tyri/ pax reformata est mediatione templariorum resti
tuta venetis tertia parte tyri/ quam habuerunt tempore con
quisitionis ipsius et diu possederant sed dominus philippus de
monte forti iniuste illud eis abstulerant propter guerram
quam cum Januensibus habuerant ¶ Eodem anno bendogdar au
diens quod aliqui tartari castrum obsederant vocatum
babiere super eufraten/ natando flumine pertransijt et
recepit· vj· mongolos/ qui illi multa intulerant molesti
am et amissis copijs vulneratus damascum rediyt et
superueniente ventris profluuio extinctus est/ succcessit
que illi melechsaich· orta est autem turbatio inter prin
cipem anthiochie et templarios/ et etiam tripolitanum
presulem et etiam dominum de gibeleth/ et apparatus aliquos
contra se mutuo fecerunt // Eodem Anno hugo Rex cy
pri cum lx equitibus et magna comitiua venit tyrum in
tendens transire ptholomaydam/ cum multis enim de
ciuitate tractatum habuerat sed per eo antequam posset inten
tum perficere completis iiij· mensibus milites cypri re
dierunt quia non tenebantur ei amplius gratie seruire
et rex post eos in cyprum reuersus est/ ·:· ·:·

In millesimo ducentesimo lxxviij papa
Nicolaus iij· requirit rodulfum/ super
resignatione romandiole et exarca
tus rauenne/ qui erat principatus super
ciuitates romandiole/ que a comitatu distinguebatur
et antiquitus in rauenna erat senator/ sic in vrbe
dicta sed ciuitates gubernabat in quas erat bono
rum supra p· j· ¶ Eodem anno hospitalarij ad castrum
vocatum margath quedam tumultum sarracenorum oc
ciderunt/ et terram ledere reperiunt tunc sanguinem ut
ad debellandum sarracenos cum damasco venit/ et
debellatus fugit ad aquas frigidas/ renouauit etiam
idem pontifex quandam constitutionem gregorij· ix· In
qua ordinauerat nullum de gente quadam urbis per
venire debere ad statum cardinalatus vnum et de ipsa domo
cardinalem fecit // 1280· carolus adhuc princeps saler
ni postea rex Sicilie transtulisse dicitur corpus beate
Corpus b. marie magdalene translatum
marie magdalene repertum in tumulo marmoreo in illo orato
rio in quo sancte maximus eam tradidit sepulture/ collo
catur igitur corpus in capsa preciosa caput non seorsum
in quadam pulcerrima techa ex argento et auro ac
gemmis fabricata ¶ Eodem anno turriani de mediolano
pelluntur et vicecomites dominium tenuerunt usque ad an
num 1303· Eodem anno etiam rex francie exercitum parant
ad intrandum nauarram/ pro filio suo philippo qui
filiam regis nauarre acceperat uxorem/ cui ex successi
one debebatur regnum predictum/ et comitatus campanie
ciuitatem autem eo gratum et nauarram exercitus cum populo eius
expugnat/ et certam partem destruxit propter rebellionem
et usque nunc rex francie tenet nauarram/ ·:· ·:·

…marinus
…leonis
capitur

In electione Martini quarti accidit turbatio quia dominus Matheus Rubeus cardinalis fuit singulariter reclusus in quadam camera per officiales Viterbienses consentiente domino Ricardo nobili viro Romano de Anibaldis dicto de Larota qui tunc erat dominus in Viterbio, cardinales autem tunc non includebantur sub forma constitutionis que revocata fuerat per Iohannem papam. Reclusio tamen erat spontanea ut de electoribus aliorum prelatorum fieri solet. Ex hac igitur violentia omnes auctores sententiam excommunicationis incurrerunt et civitas supponitur interdicto et extunc curia ibidem residenciam facere noluit. Predictus tamen Ricardus cum multa humilitate venit de domo propria nudis pedibus et cum corrigia ad collum usque ad domum domini Mathei humiliter veniam petens et idem cardinalis eius absolutionem impetravit. Papa quoque in Viterbio noluit coronari sed in urbe veteri. Quinque cardinales fecit et dominum Ieronimum episcopum qui erat frater cardinalis, silicet dominum Geraldum tituli duodecim apostolorum. Inter quinque vero fratres promovit dominum Bndam Gaietanum in diaconum cardinalem tituli sancti Nicolai in Carcere Tulliano. Electus quoque senator urbis loco sui regem Sicilie instituit, eligens de familia curie regis in Viterbio comites militares ad regendum tam patrimonium quam Campaniam marchiam et ducatum. In Romandiola non manebant contra Iohannem de Apia cum stipendiariis gallicis fere VIII^c contra comitem Guidonem Montis Feltri qui tunc ecclesie in illis partibus detinebat. Tunc piscis marinus captus est habens leonis effigiem in parte illa maritima que sita est versus Montem Altum. Cucurrit autem ad videndum monstrum multitudo curialium. Erat enim pellis illius pilosa pilis brevibus cauda leonina et caput similiter et aures et os et infra dentes linguam habebat instar leonis. Referebatur quoque quod in captione plures horribiles emisisset.

Hoc anno Tartari discurrerunt usque Calamellam et Alapiam occidentes omnes Sarracenos obvios factos sibi. Soldanus autem Babilonie cum C^m equitum et totidem peditum occurrit eis et convenerunt in partibus Calamele, et in parte una ierunt rex Armenie et per tres leucas eos fugavit usque Calamela, et Tartari parte alia debellaverunt et per tres dietas ardendo instituit usque ad civitatem Turri… inde etc. cap.

P. Ad instantiam regis Caroli papa Paleologum excommunicatum denuntiari iubet, quia iuxta promissum et sequentem requisitionem cum sua gente ad obedientiam Romane curie non venerat, ex quo non parva incommoda secuta sunt. Primo namque tractatur compositio inter Paleologum et Petrum regem Aragonum qui filiam Manfredi habebat uxorem nomine Constanciam. Mediatores autem compositionis fuerunt Benedictus de Zacharia Ianuensis et dominus Iohannes de Procida qui fuit unus de principalibus in auferendo regnum regi Carolo, dum non parum exercitus papa scribit ad suggestionem regis Caroli regi Aragonum querens contra quem paret exercitum; respondet ille: lingua sibi amputaretur si secretum manifestare putaret. Eodem anno Siculi rebellaverunt contra regem interfectis multis gallorum qui erant ibi. In Palermo enim Siculi primo stipendia rubi… propter enormitates eorum gallorum actus illius commoventes mares ac feminas senes et pueros morti tradiderunt et quod est magis horrendum certas mulieres impregnatas a gallicis scindunt ut fetus interimant. Tunc rex Aragonum cum suo navigio vadit in Affricam versus Yponam que hodie Buona vulgariter nuncupatur et applicuit apud Ancole villam nobilem in Numidia et aliquas regiones vastavit. Inde transiit in Sardiniam et prope castrum Castro applicuit ibique sua navigia restauravit et nova parat. Rex quoque Carolus exercitum magnum parat Apuleorum provincialium gallorum et Italicorum et cum ipso in Siciliam transiit, Messanam obsidet, quam capere potuisset sed omisit timens eius destructionem si violenter caperet. Interim rex Aragonum Pazonium applicuit et inde cum sua militia vadit Messinam. Quod audiens rex Carolus ab obsidione recedit, insuper et de Sicilia in Calabriam cum toto exercitu transiit timens ne sibi victualia perderent et ne rebellaret alie partes regni. Stetit… regi Aragonum sed admirari quod regnum suum invaserat, cum ille respondit ratione uxoris filie Manfredi ad se potius pertinere. Pro huius autem litigii discussione ad singulare certamen se invicem requirunt et Vasconiam eligunt ubi et convenisse dicuntur. Sed rex Aragonum occulte veniens, quia certe quod ibi tutus non esset, premissa protestatione recessit. Alii dicunt eum in termino nunquam comparuisse. // 1283. Hugo rex Cypri transit Barutum et processit usque Tyrum et cum militibus per terram equos transmittent Sarraceni de monte occurrentes prope Sindone aliquibus interfectis ceteros duxerunt cum bestiis. Intellexit autem rex opus esse templariorum de Sydone. Ipso tempore papa legatum mittit ad regem custodiam dominum Gerardum de Parma et eo existente Neapoli supervenit Rogerius de Loria admiratus regis Aragonum et quasi in portu Neapolis existens pre… ad iniuriam cum clamoribus et signis gallos ad navale bellum excitat. Tunc regis filius nominatus et ipse Karolus qui patri successit in regno, gente sua galeas ascendere iubet reclamante legato et facto congressu pugnat acriter cum paucis galeis, deficit, se cum galeis suis per fraudem nautarum recedentibus Neapolim, in quibus nobiles erant et strenui pugnatores. Filius regis sua minus potencia, multa inimicorum strage edita victus in Siciliam ducitur. Quarta itaque die sequenti rex Carolus Neapolim applicat, mendacitatem defectionem cognoscens comminus Gallicos in eos qui nescius sevire permisit et tandem congregato exercitu gratulando inquit de capto filio et non dolendum quia uno sacerdote amisso quod suum impediebat regimen vigoremque bellandi. Et nullo lamento facto versus Calabriam pergit ubi comes Atrebatensis utiliter se gesserat. Farum Messane transire cupiens et civitatem obsidere sed quod rex inceperat tunc perficere non valuit, sed partem navigii in portu locat Brundusii ne flatibus vastet hyemis partim ad passus custodiendos disponit. Pro anno papa processit contra regem Aragonum, ipsumque a regno deponit et ab omni dignitate eiusque tradit regi Francie pro Carolo filio dicti regis totumque regnum Aragonum, supponit gravissimo interdicto. // Eodem anno inchoata est guerra inter Ianuenses et Pisanos. Tunc rex Carolus continua egritudine corripitur et universe carnis debitum solvit. Et quantum huic regi in primis fortuna arrisit sed quod in fine risum convertit in luctum. Sic lubrica versat fortuna vices et ludit in humanis divina potentia rebus. Mortuo rege receptis prius ecclesiasticis sacramentis et cum fideli invocatione nominis Christi, legatus ibi ad munimentum regni se firmat. Rex Francie comiti Atrebatensi subsidia expensarum quinque C^m libras Turonensium transmittit. Interim Carolus captus in Cathaloniam ducitur et in castro quodam detinetur. Huius

Martinum papam tempore fratris Bonagratie generalis ordinis minorum obiit Avinione, vir valde magne religionis et ardentis zeli, in cuius morte nullo fune trahente campana inclusa certe(?) tibi pulsabatur. 1284. dominus Johannes cardinalis legatus mittitur in Franciam ad predicandum crucem contra regem Aragonum, sequenti anno papa moritur. Hic papa Honorius iiii statim post electionem comiti Atrabatensi vicario(?) regni tuendi, et ceteris stipendiariis misit stipendia, infra eos accendens(?) ad sua recepta negotia prosequenda, ordinem carmelitarum solidavit qui post in concilio remanserat in suspenso, tunc mantellos cum(?) tubriatos(?) mutaverunt, cuius etiam tempore augustinenses promoti sunt ad habendum patres magistros, ceteri(?) cum pluribus impediti. ¶ Eodem anno rex Francie exercitum magnum parat et vadit ad occupandum regnum Aragonum, propter quod Petrus rex de Sicilia in Aragoniam transiit, montesque Pireneos qui in Hyspania cadunt(?) cepit et unam civitatem circa dictos montes a parte Cathalonie vocatam Gerundam, volebat autem ulterius procedere, sed tanta fuit epidimia in exercitu, ut consuleretur regi ne omnino ultra procederet, alioquin multitudini nullus resistere potuisset, quedam tamen pars militie descendit in vallem Cathelonie que obviam habuit regem Aragonum cum sua militia, et cum pugnassent multi utrique ceciderunt, ibique Rex Aragonum vulneratus de vulnere tandem moritur. Rogerius autem de Loria cum suis galeis navalem exercitum regis Francie navale custoditum prope Narbonam combussit, tunc rex Francie prius infirmus moritur apud Perpinianum. Eodem anno Pisani et Ianuenses pugnaverunt in mari generali exercitu et post magnam concertationem Pisani in loco dicto la Meloria iuxta portum Pisanum ubi prelatos ceperant tempore Frederici debellantur. Eodem anno soldanus Egipti cepit Margath. et Johannes rex Cipri moritur, cui successit frater Henricus qui 1286 intravit Ptholomaydam cum pulcro stolo et gratie receptus est, sed Hugo de Pilmeno(?) pro rege Carolo ibi erat et tenuit contra regem castrum, et fecit intrare omnes qui erant ad stipendia ibi pro rege Francie, quorum erat cum(?) Francorum(?) exceptis paucis qui amore regis Henrici intrare noluerunt, obsesso castro quinta die rex Henricus castrum obtinuit, et postea Tyri rex Ierusalem coronatus est, dimisit quoque dominum Philippum de Ybelim avunculum suum baylivum Ptholomayde. ¶ Eodem anno Odoardus rex Anglie facto prius homagio regi Francie pro ducatu Aquitanie et aliis que in regno Francie tenebat, venit in Vasconiam mediator(?) et liberatur regem Karolum qui erat in Cathelonia, nati eius erant ex duabus sororibus, et cum Alfonso tunc rege Aragonum primogenito Petri, qui patri successerat, et Jacobus frater eius cum matre in Sicilia erat. Honorius autem papa sententiam Martini contra Petrum et filios renovavit. Alfonsus vero contra regem Romanorum(?) Maioricarum patruum alias patruum suum qui cum ecclesia se tenebat insurrexit et terras aliquas occupavit. Circa natale autem domini venerunt ad curiam nuncii Aragonum et Sicilie in consistorio excusantes(?) Alfonsum quod nuncios post patris obitum ad Romanam curiam non misisset quia transire tunc non poterat propter guerras. ¶ 2o dicebat eum innoxium et in nullo contumacem fuisse(?) facti(?) prime, 3o asserebat eum diu ante mortem patris regni possessionem habuisse, et ideo petebat pacifice sibi dimitti, 4o se ad servitium ecclesie offerebat, de primo papa non curavit, ad 2m respondit placeret nobis multum quod esset innocens, sed contrarium ostendit mittens contra nos in terram Sicilie gentem suam, item non sinebat interdictum servari in regno illo, et quod regis

Maioricarum ecclesie adiutoris occupaverat terras, item detinet principem Salernitanum innocentem, et quod in regno Aragonie nullum ius habebat, sed Carolus frater regis Francie, paratum se semper, si venerit, eum audire et exhibere complementum. Pro Siculis autem dixerunt quod multum fuerant a Gallicis oppressi, et quod intendebant eos curialiter(?) licentiare de Sicilia, sed aliqui maligni in eos exercuerunt crudelia que bonis viris displicuerunt, et Constantiam excusabat quia oportuerat eam sequi virum suum, sicut ante regulabat(?) ut vocatum a Siculis filium coronaret, ad quod verba nostri(?) papa autem non probavit, de concordia tractatur. Eodem anno Rex Rodulfus vicarium mittit in Ytaliam principalem de Flisco, qui dictus clericus erat in sacris(?) ... quia aliquis clericus, et omnibus cessit propter dictum principatum, factus est autem tam pauper quod coactus est vendere in Sarzanam(?) principi civitatem Tuscie, unde Lucani dederunt ei de domo quod habebat in eorum territorio xii milia florenorum. ¶ Eodem anno aliqui dicunt tempore Martini .1. 1287. galee regis Caroli(?) contra Siculos obviam habuerunt Rogerium de Loria qui eos multo ingenio superavit, ubi erat comes Theatinus dictus Philippus filius comitis Flandrie. Eodem anno soldanus misit litteratum ad occupandum castrum quod tenebat Sangolascar, quo obtento habuit castrum Liche(?), postea venit soldanus ad obsidendum Tripolim, sed interim filius eius moritur et pre dolore destitit. 1288. Soldanus Melechmesor grave bellum dedit civitati Tripoli et turrim eius que magnos habebat muros usque ad medietatem machine diruerunt, sustinuerunt Christiani usque ad nonam, postea Sarraceni qui per totum occupaverunt muros, ... ceperunt ad mare se retrahere et tandem capiuntur non valentes ictum lapidum sustinere occisi gladio, aut submersi usque ad vii milia extimati, multi naufragio se salvaverunt, capta autem civitate soldanus misit dirui et cremari et post paucos dies pro paucis captivis recepit ac diruit castrum Nephim, et mandavit civitatem edificari in monte vocato mons peregrinus. ¶ Tunc Nicolaus papa fecit armari Venetiis galeas xx pro subsidio terre sancte quibus prefuit Jacobus Theupulo ..., providit quoque papa Johanni de Greili capitaneo stipendiatorum regis Francie in mille unciis auri et mille ... dedit, qui se obtulit ad eundum, predictusque Jo. transiens per Siciliam a rege Jacobo quinque galeas obtinuit ... Sed quia ipso anno soldanus contra Ptholomaydam non venit, nichil notabile contra predicti egerunt. 1289. Rex Carolus de carcere liberatus mediante rege Anglie tribus filiis eius datis pro obsidibus pro pactis firmandis, promisit enim suo posse pacem Aragonensium cum Romana curia et rege Francie procurare, unde ad preces eius Carolus frater regis Francie comes Valesii accepta una filia Caroli regis cum in comitatibus Andegavie et Cenomanie remisit omne ius quod habebat in Aragonia et Valentie regno. ¶ Eodem anno discordia oritur inter regem Francie et Odoardum regem Anglie, que magna fuit et multum duravit, et mittuntur duo cardinales scilicet dominus Benedictus Gaietanus et dominus Gerardus de Parma, qui super negotio nil facere potuerunt, concordaverunt tamen clerum cum rege, propter quod aliquando putant eos principaliter missos. 1290. cogitavit soldanus Melechmessor de Siria exterminare Francorum reliquias et facto apparatu in itinere mortuus est, successit quoque illi filius Seraph, qui primum assumpsit propositum et maxime

motus quod xviii. mercatores sarracenorum a cruce signatis in ptholomayda contra treugarum fidem occisi sunt ¶ 1291. obsedit achon v. aprilis et dicitur habuisse in suo exercitu 40m equitum et 160m peditum et machinis demolitus est muros. Venit autem henricus obsessis in auxilium cum cc. equitibus et 500. peditibus et xviii. maii intra ciuitatem sarraceni violenter irruperunt tunc xanum signum ceperunt uersus mare. Rex autem et magister teutonicorum mansionum et iohannes de grali et ceteri bellatores cedentes ad portam ciuitatis conuerterunt ad barbicanam sed maior fuit uirtus resistencium. Ibique occisus est magister templi spiculo percussus et ad templum usque delatus est. tunc cuncti qui poterant ad nauigia se reducunt et turbato mari plures submerguntur. patriarcha huius galeam armatam in proprio nauigio uolens cunctos intrare cum eis submergitur preter gens suas pro omnibus suis. Eodem die tyri ciuitatem uacuam reliquerunt et infra paucos dies omnis syria amissa est. Infra autem annos xl. capta autem hec loca iherusalem ascalone zaffa nazareth gazam cesarea balenia anthiochia ...eleth. uel biblium tripoli achon. surgis uel tyrus sodoma baruth. tortosa castra xii. nobilissima amissa sunt ¶ 1292. Rodulphus rex alamanie moritur sine imperiali benedictione qui nuda presbiterorum regnum Almanie in magna pace tenuit annis xvii. Edwardus rex Anglie fingens se ad terram sanctam conficisci magnum faciens apparatum. Normandiam terram regis francie inuasit et loca alia occupauit et in rocella plures fecit insultus. hoc audito rex francie mandauit regi Anglie et eius locumtenentibus in vasconia et malefactores uinctos certum in petragora in sua comparerent presencia contempto uero mandato rex francie per suum conestabulum fecit in manu sua totam seruire uasconiam ad regem suum feudum pertinentem et regem Anglie ad suum parlamentum citauit. Interea Iohannes comes Anania cepit gustare guastare terras et gentes regis francie nec correptus desistere noluit. Vnde rex misit carolum comitem valesii cuius impetum Iohannes non ferens ad eum supplex accessit et ad regem perductus de omnibus satisfecit. Edwardus non citatores plures contempnens misit dicere regi francie quod ei quietabat quicquid ex eius feudo tenebat intendens illud et plura sine homagio possidere. Vnde 1284 in vasconiam misit classem que insulam dictam ... rupellam combussit et depopulauit. Et inde versus burdegalam nauigans castrum blaue et tria opida super mare occupauit presidia uasconum et dimissa burdegale que conestabularius regis francie muniuerat apud baionam stolam conduxit quam proditorie ciuium expulsis francis in deditione accepit. Comes autem valesii in guasconia roncium fortissimum castrum accepit et uillam sancti seuerini sed hec eo recedente in franciam a fide defecit. Bonifacius papa ad componendum inter reges duos cardinales misit Capitulum 236.

Rodulphus comes de anyzone congregauit exercitum contra albertum ducem austrie ubi occisus est. hic strenuus fuit in armis sed quia parum in papa defecit ¶ Celestinus natione ab abrutinus sedit anno cum dimidio. hic uocatus petrus de morone heremiticam ibi agebat uitam. hic pontifex factus uitam innocentie tenuit. decipiebatur tamen in graciis conferendis eorum noticiam habens non preualens tamen propter curie decrepitatem tamen propter inexperienciam. et inueniebantur ter et quater gratie replicate et uacua membrana bullata. hec igitur de collegio sentientes submurmurare ceperunt. cum ... fluctuare et tandem pape intimat ut cum sic periculo curie ... Interim curia transfert neapolim et facta solemni processione supplicant ei expacie regis et ipsi ut non cedat. ille annuit et nil aliud apparuit. post hec nonnulli cardinales suasionem replicant ondentes sub palio sanctitatis posse cum summo periculo quia ex sua simplicitate multa committerent enormia. quibus tandem uir sanctus consentit. Et primo constitutionem fecit de fratrum consilio quod papa in certis casibus resignare potest. quam constitutionem bonifacius viii. posuit in vi. de renun. c. i. post hec Neapoli in vigilia sancte lucie in consistorio cardinalium resignauit papatus onera et honorem et papatus deponens insignia prebuit humilitatis exemplum stupendum cunctis imitabile paucis. hic fecit cardinales dominum landulfum de Neapoli dominum guilielmum de ... cancellarium regis Sicilie caroli secundi dominum Iohannem monachum et alios. Bonifacius natione de Anagnia sedit annis viii. mensibus ix. diebus x. cessauit diebus 20. hic benedictus prius uocatus est qui longum habuerat curie experienciam. primus in curia aduocatus post pape notarius postea cardinalis et in cardinalatu et papatu partis expediens fuit ... casus collegii ... et ... ad ... nec fuit in huius parte sed ex hoc factus est fastuosus et arrogans omnium contemptiuus. Vnde factus pontifex predecessorum Nicolai et celestini gratias reuocauit. Abeuntem celestinum ad heremum detinuit et in custodia posuit ad cautelam uitandi dissidii. aliqui dicebant quod cedere papatum non potuit. 1295. de neapoli curiam transfert romam et celestinum recludit. ¶ Eodem anno statuit festa apostolorum euangelistarum et quatuor doctorum ecclesie esse duplicia. Alfonso rege Aragonum defuncto successit ei Iacobus frater eius inuasor Sicilie. et facta pace cum carolo unam de filiabus eius accepit sed fredericus alter frater Siciliam occupauit. Eodem anno antedictus papa deposuit duos cardinales de columpna. et sanctum ludouicum regem francie ascripsit cathalogo sanctorum. eodem anno fecit publicari sextum. hic fecit inter alios cardinales fratrem Nicolaum generalem fratrum predicatorum qui post eum papa fuit et fratrem gentilem magistrum in theologia et fratrem Iacobum nepotem suum ordinis minorum et fratrem Iohannem de muro generalem eiusdem ordinis et petrum hyspanum. Eodem anno scoti regi francie confederati inuaserunt regnum anglie sed in reditu eorum rex Iohannes a quibusdam proditus regi Anglie destinatur. Rex francie propter guerrarum grauem exactionem petiuit quas ... posuit que mala collecta uocabatur et primo super mercatores tamen postea centesimam postea quinquagesimam tam a secularibus quam a clericis accepit. propter quod bonifacius in reges et principes a clericis et ecclesiis talia auferentes absque pape licencia sententiam excommunicationis tulit. Fratres regis Anglie in guasconia missi baionam morantur et cum gentes illius opidi regis anglie uictualibus munire uellent Robertus comes atrabati qui illuc missus fuerat impediuit nec contra adiutores extra decretum presumpserunt. ¶ Eodem anno Guido comes flandrie per Robertum filium ut dicitur deceptus Regi francie mandauit se nichil ab eo tenere in feudum. Rex uero flandriam intrans Insulanos obsedit. Robertus autem comes atrabati reliquias guasconiam et ex parte illa flandriam est aggressus et ... fla

Bonifacius statuit festa apostolorum euangelistarum et iiii. doctorum ecclesie esse duplicia.
Hic sanctum ludouicum regem francie ascripsit cathalogo sanctorum.
Eodem anno fecit publicari sextum.

drensium confligentis et captis, ac parisius et per alias villas carceratis, villam de finnes in deditionem accepit deinde castellum cum tota valle sua occupavit. Interea Insulam se regi dederunt salvis personis et rebus. Roberto primogenito regis Anglie inde fugiente, apud brugis ad patrem et regem anglie, qui paulo ante illuc venerat, illuc autem rege francie accedente, Rex anglie cum comite gandavum vadit propter loci munitionem. Ideo etiam brugenses se regi francie tradiderunt. Deinde rex francie in dens contra gandavum, nuncios recepit petentes inducias duorum annorum ob imminentem hyemem, et maxime ob amore caroli regis Sicilie, qui propter hoc veniebat in franciam, qui rex vix annuens circa festum omnium sanctorum rediit. Tunc prelatis concedit rex licentia pape Bonifacii, quod in vacantibus post ecclesiam decimas recipere et unius anni de prebendis vacantibus, prelatis exceptis ac monasteriis. 1300. dedit plenam indulgentiam omnium peccatorum visitantibus ipso anno limina apostolorum petri et pauli, et futuris temporibus omni centesimo anno concessit. 1303. post ortam simultatem cum rege francie, Anagnie ubi putabat se securiorem, a familiaribus proditus capitur. In vigilia nativitatis beate virginis sentiens autem adversariorum ingressum, quorum vexillifer fuit guilielmus de nogareto pontificalibus indui voluit tenens in manibus crucifixum, die autem tercio a populo Romano redemptus est, post paucos dies romam venit ad sanctum petrum, et xxxv. die de sua captione decessit ex tremore cordis, et ab omnibus sapientibus putabat capi, et non in eorum oculos et facies manus inicere cupiebat. Benedictus natione tervisinus sedit mensibus viii. die xvii. cessavit dies x. nuncius x. de xxxviii. hic fecit fratrem Nicolaum de prato episcopum ostiensem hic etiam dimisit excommunicatos auctores captionis bonifacii, et nominatim guilielmum de nogareto et guillelmum de columna, cum sex aliis. hic etiam revocavit non tamen ad cardinalatum restituit illos de columpna, et privilegia ac libertates regi francorum restituit, que Bonifacius abstulerat. hic non sedit alia. .:.

Vacante papatu per mortem Nicolai 4ti. paleologus moritur, cui successit filius andronicus. tunc factus est tumultus magnus in constantinopoli per calogeros acclamantes paleologum non debere sepeliri in cimiterio, quia latinis adhesit et usque tunc insepultus manet. Tunc etiam Rex carolus de apulia veniens per perusium transiit ad eligendum pontificem, cardinales precibus inducit, dum quoque verba cum domino benedicto gaietano habet inde tamen confecit. .:. .:.

An. 1304. petrus de macerata et petrus de forosinfronio apostate fuerunt ordinis minorum et heretici, hii petentibus heremitice vivere ut regulam beati francisci ad literam servare possent celestinus sua puri sed periculosa simplicitate concessit et sibi adherentibus, quibus plures apostate adheserunt qui statum communitatis condempnabant, et declamatores regule et vocabant se fratres sancti francisci, seculares autem vocaverunt bizonos vel fraticellos vel boccasotos, hii dogmatizabant quod nullus summorum pontificum regulam beati francisci declarare potuit, item quod angelus abstulit a Nicolao papa iiiio auctoritatem et ab illo tempore nullus fuit papa in ecclesia, nec verus prelatus vel sacerdos, nisi inter eos solum et quod ipsi soli sunt in via dei et vera ecclesia et imitaverunt illi duo sibi novam, primus vocavit se liberatum, secundus angelum, quia angelicus se fingebat

hic revelatores. Bonifacius uno anno quinto dampnavit sectam fraticellorum sive bisocorum dictorum, et cum inquireret contra eos per inquisitores, recesserunt de urbe in Siciliam, et ibi postquam satis comederunt et biberunt, surrexerunt ludere, et tubis argenteis tubicinare dicentes exultet ecclesia meretrix, exultet et fractis tubis, et uno calice in contemptum romane ecclesie transierunt in greciam, et suos errores ibi publicaverunt. papa autem predictus mandavit patriarche constantinopolitano et archiepiscopis patracensi et athemensi ut contra eos et eorum receptatores et fautores procederent, qui in achaya se receperunt. Tunc temporis frater matheus de bosiis de provincia provincie cum libris per fo. de bitis, et in ecclesia sancti petri rome per quinque bighinos et xiii mulieres in papam electus est, et fuit cum angelo et liberato et eorum complicibus. 1296. Secunda tota civitatis pisis fundavit quod invaditur a secularis et pontes decetit in vigilia sancti thome. De canonizatione autem Celestini postea apud magnos viros cura fuit, demum datis examinatoribus in curia per clementem v. ad instanciam Regis francie et aliquorum aliorum principum, sua vita et miracula eius ac investigatis et inventis et per collegium approbatis dictus clemens ipsum cathalogo sanctorum annotavit sub nomine sancti petri confessoris, per quod nomen suam cessionem approbavit. Actum est hoc Avinione 1313. fuitque instituta eius festivitas celebrari xiii. kalendas Junii, qua die migravit ad dominum. hic non sedit alia. Capitulum. 237. .:.

Albertus filius rodulfi electus apud Aquisgranum, per solennes nuncios confirmari petiit a bonifacio, qui primo nuncios repulit, electorem asserens nihilominus allegationibus esse nullam, postea inter eum et regem francie orta simultate cum confirmat, cuique regnum francie subiciat, sic tamen regna imperiali tamen benedictione caruit et occisus est a nepote filio fratris sui. 1308. vide c. 234. f. 1. .:.

vide c. 234. f. 1.

Clemens natione guasco sedit annis. viii. mensibus x. diebus xv. cessavit ... hic fuit episcopus convenarum annis quinque, inde per bonifacium burdegalensis translatus est, hic recepto decreto lugdunum profectus, vocatis ad se cardinalibus ibi coronatus est, et ibidem dicitur cardinalium ordinationem fecit xvii. kalendas Januarii, et duos cardinales de columpna restituit. 1309. electionem henrici confirmavit de mense Junii, eodem anno misit nuncios ad regem sicilie quod ad obedienciam romane ecclesie procurat se veniret, quia venetis cum bazolo sine terra conduxerat Imperium acceperunt, nuncios remisit. 1310. fecit aliam ordinationem quinque cardinalium. xiii. kalendas Junii. 1311. congregavit concilium apud vienam, et in prima sessione xvii. kalendas novembris proposuit de agendis, videlicet de ordine templariorum, qui graviter culpabantur de passagio transmarino et generaliter de reformatione totius status ecclesie et conservatione totius ecclesiastice libertatis. In sequenti marcio xi. kalendas Aprilis mittens vocatis prelatis cum cardinalibus in consistorio ordinem templariorum cassavit, 3a autem die Aprilis 1312. fuit secunda sessio concilii et predicta cassatio coram omnibus publicata est, 3a sessio fuit pridie nonas maii finitum concilium, et durans menses vii. Eodem anno x. kalendas Januarii fecit terciam ordinationem viiii cardinalium, 1313. ad con

Celestinus canonizatur

In Russia multi christiani ... pape

Petrus de macerata apostata et petrus de forosinfronio cum minoribus et heretici et alii complices

sistorum produxit constitutiones prius editas et intendebat
vnum librum decretalium componere sed morte preventus
non potuit hic non sunt alia dicenda ·/·

Millesimo cclxxxxviii. Sarraceni arme
niam discurrunt castra et loca et forta
licia occupantes / Rex autem armenie Johannes
se saluans in montibus silvanis in arto
positus tartarorum implorat auxilium contra quos sarracenos
instigat / ordinans plurima habituros per eum. Eodem an
no dux Calabrie Robertus filius regis Sicilie na
vigio / Siciliam intrans quedam castra occupavit et
sua gente munivit / cum felix auspicium sibi esset philip
pus taranti princeps ipsius frater / minus cautus cum
gente sua a Siculis captus fuit / facta tunc pace
inter reges francie et anglie / Rex anglie margari
tam sororem regis francie accepit uxorem ex qua thomam
filium habuit / transacto tunc treugarum inter reges fran
cie et anglie / karolus comes valesii contra flandrenses
mittitur / et cum gandavum obsidere disponeret / comes
guido cum duobus filiis Roberto et guilielmo / supplex
ad karolum accessit / et terram suam ei sub quibusdam
conditionibus dedit / qui ad regem perducti parisius in diversis
locis usque ad tempus inspirationis sub custodia missi sunt
mortua tunc coniuge / huius karoli / duxit catherinam
cum ius imperii Constantinopolitani debebatur
sed cum venetis composuit pro constantino politano i[m]
perio recuperando / et venit romam millesimo ccc. et a pa
pa bonifacio honorifice susceptus vicarius / et defen
sor ecclesie constituitur / et per totum annum adversarios
ecclesie suppeditavit in tuscia // 1301. Ferrarie cor
pus cuiusdam armani quod venerator a quibusdam hab
batur / mandato inquisitorum exhumatum et combusti
est. Eodem anno primus apamiensis episcopus / qui de rege franc[ie]
in multis locis multa contumeliosa disseminaverat / et
conspiratione contra regem provocabat / ad regis curiam vo
catus ut se de sibi obiectis purgaret / sub nomine nar
bonensis archiepiscopi de voluntate sua in custodia detinetur
hoc audito papa bonifacius / narbonensem archidiaconum
misit ordinans litteras / ut indilate sibi episcopum redderent
et quod se nosceret romano pontifici / tam in spiritualibus quam
in temporalibus esse subiectum / rex contra eas granis
regum factus de acris et offendis vacantibus / Rex
arcidens episcopum / nuncio mandavit ut de regno suo fe
stinanter recederet // Consequenter rex congregatis omnes
principes et magnates regni et milites et prelatos
sistaverunt / a quo sua tenent feuda / et cum omnes trad
sent a rege francie / tunc ille promisit corpus et omnia sua
pro libertate regni conservanda exponere / similiter et barones
promiserunt pro libertate corone / tunc rex precepit nul
lum thesaurum de regno extrahi / et fecit passus dili
gentissime custodiri. 1302. karolus comes valesii
missus a papa de tuscia in Siciliam profectus terme castrum
in deditione accepit / apud brugis propter illicitas ex
actiones ab officiali regio / vel valente reclamati
one apud regem / minutus populus contra maiores insurgens
seditionem commovit / ad hos motus moderate corri
gendos Rex francie / sub Jacobo sancti pauli mille viri
et amplius in armis missi sunt / qui a brugensibus
venientes suscepti sunt / sed informati brugenses quod per
officiales regis se iactasset quod plurimos brugensium in

crastino suspendi faceret desperatione concepta / enorme fa
cinus perpetraverunt / evasit tamen officialis predictus huius
rabiei inventor / expulsa quoque gente regis / guidonem na
murcii guidonis comitis flandrie filium in suum defen
sorem et dominum vocaverunt / qui tempore non vallatus mul
titudine eos ad bellandum fortius animavit / tunc missus est
contra eos / atrebati comes / francia videntes adversarios
venire pedites qui textores et mechanicos despiciunt
et amotis suis peditibus / absque belli ordine / in eos irru
entes a lanceis brugensium / primi cuncti in morte co
acti sunt ceteris turpiter fugientibus / comes autem atreba
tensis a guardiano fratrum minorum denudatus / et xxx vul
neribus confectus invenitur / et in quadam proxima capella
monialium sepelitur / Eo tempore prelati regis francie consi[liu]m
habito cum eo quod ad curiam pape vocati fuerant / pape se excu
sant / quia thesaurum oportunum non possent de regno
extrahere / episcopos tamen tres procuratores mittit ne possint de
inobedientia reprehendi / Rex quoque episcopum autissiodorensem mittit
rogantes ut supersederet usque ad tempus magis postea opor
tunum. Comes valesii tota estate per Siciliam discur
rens / aliqua quidem sue genti necessaria invenit / sed nullum si
bi obvium reperit / audiens vero nova de flandria / suorum
consilio ad ea que sunt pacis intendit / sub hac forma ut
scilicet federicus toto tempore vite sue Siciliam absque regis
nomine possideret / et quicquid in calabria tenebat di
mitteret / et alienordem filiam regis karoli acciperet / et
quod ipse karolus et robertus dux calabrie fideliter labora
rent apud regem Aragonie / quod ius regni Sardinie vel
comes de brena ius regni cypri federico daret con
sentiente predictis romano pontifice / prelatis fran[cie]
in curia non comparentibus Bonifacius misit cardinalem Jo
hannem monachum / qui literam prelatorum revocatum consilium pa
risius scripsit papa / Apud sanctum odomarum in flandria xv viri
flandrensium cesa sunt // 1303. Rex francie terram guasco[nie]
quamdiu occupatam tenuerat / regi anglie restituit et firma
ta est pax inter eos / Eo tempore Rex francie convocavit Ba
rones et prelatos parisius ubi tractatum est de regno fran
cie et prelatorum gravaminibus / que ut tunc dicebatur papa
illis inferre volebat / ubi publice imposita sunt pape he
resis symonia homicidium et alia nefanda / et sunt appel
latum donec papa concilium congregaret / sed papa concilium ad
sui purgationem sibi fieri denegavit / et quia multos offen
derat / anagniam ubi natus fuit se transtulit / ubi captus
fuit. ca. 136. p. 1. 1304 Rex francie a papa benedicto litteras
legi fecit / in quibus ipse et regnum suum absolvebatur ab ex
communicatione que a bonifacio ferebatur illata / et concede
bantur sibi decime duorum annorum / tunc Rex 3° venit in flan
driam / cum copiam iuxta montem pabulam debellavit / et isti
lani depositis armis se reddiderunt / et ceteris villis flan
drie treugis datis in flandriam franciam redijt. Guido co
mes flandrie qui apud compendium diu detentus fuerat / et
hoc anno in castello pontissare / cum tribus filijs roberto gui
lielmo et guidone comite namurcii / moritur / et iussu regis
apud minores sepelitur / Regina francie Johanna similiter mo
ritur / et parisius apud minores sepelitur // 1305. Clemens co
ronavit regem Aragonum / in regno Sardinie et ille Juravit
pape fidelitatem pro dicto regno promittens sub iuramento ascende[re]
dictam Insulam de mense septembris proxime futuro ·/· ·/·

In predicto anno 1306. xiiii° kalendas septembris Rex
Anglie de scotis totaliter triumphans eos puniit /

regia dignitate et scotiam anglorum principatum fecit. sequenti anno
scoti regis dominium non ferentes sibi regem preficiunt contra quos
rex anglie filium misit et superatus est. Eodem anno Odoardus
moritur senectute et armorum labore pressus ita ut in lecti
ca portaretur. cui successit Odoardus secundo genitus qui ysabellam
filiam regis philippi de regina Johanna accepit uxorem etc.
¶ Beatus ludovicus de ordine minorum episcopus tholosanus ex hoc
seculo migravit. hic admodum puer in aula paterna et re
gia etatem moribus transcendens nulli voluptati animum de
dit. et cum fratres et socii puerilibus iocis intenderent ille re
motus vel orationibus vel sacris meditationibus intendebat. nil
quod puerile esset agebat in opere. cum vero ad annum xiiii pervenisset
pro patre in cathelonia obses fuit an. 230. p. q. unde
se adheserunt ei viri religiosi de ordine minorum a quibus bo
ne indolis adolescens suscepit legem vite et discipline. itaque
puer sanctus animo bono magno animo suorum suorumque portavit
iniurias et multa humilitate sibi ac fratribus attemptata ob
probria tolleravit. factus annorum xvi cepit esse mundi
suique contemptor. speculabatur frequenter ymagines et figuras
hominum mortuorum ut amplius sibi mundus vilesceret. tunc ce
pit timere altissimum. tantum dei formidabat offensam ut aliis
diceret gratum sibi fore per castri turpitudinem detrahi. quia
vita hec nullo modo est appetenda in qua timemus summum deum et
frequenter eum offendimus ad minus venialiter delinquendo. sua
de pudicitie curam gerit pervigilem et ieiuniis vigiliis et o
rationibus carnem cogebat servire spiritui. vigilias domine in pane
ieiunabat et aqua. ceteras vigilias et adventum domini et
cum necessitas suaderet et sociorum instantia hortaretur nole
bat absque cibo saltem transire ieiunio. familiarem locutorem
non admittebat nisi cuius sibi honestas aut vita laudabilis
nota esset. ut que corporis interioris custos haberet assiduos tam
sui quam carnis custodiam commisit continuam. vixque et raro secu
lares admittebat personas. omni die missam audiebat devo
te et similiter volebat audire sermonem. precipue in magnis
semper festis colebat devote. et post nonam faciebat dici
letaniam cum cereo accenso. et totum psalterium quolibet die. tan
tis fulgebat exterius splendoribus ut deputati ad custodiam eius
ad deum conversi constituerunt fratrum dicentes quod ipsum operantes in
posterum sine meritis multa esse facturos miracula. Cum
autem in obsidione esset assiduus nunquam tamen pro sua liberatione o
rare voluit nisi semel idque sub conditione videlicet si anime eius sa
luti congrueret. postquam autem orationi vacaverat ad lectionem tran
sibat. agebat enim ab una ad aliam transcendendo. Infra
quinquennium grammaticam logicam moralem philosophiam et quod maius
est sacram theologiam sic ebibit memoriterque retinuit ut eru
diti viri de fama sue eius incredibili auditis collocutioni
bus atque argumentationibus et responsionibus ex ore eius suscepta expe
rientia stupefacti recedebant. ¶ Intentus ut funditus mundum re
linqueret disponit intereaque pertractat iuri renuntiare pater
ne hereditatis et regie. et tandem per votum expressum se
domino obligavit cum liber foret ordinem intrare minorum. In
terim vero pater illi per confessorem suadet ut coniugem acciperet
sororem regis francorum spondens illi continuo dare principatum.
perhorrescens ille virginali proposito contrariam suadelam. in die
sancto penthecostes capellam solus intravit et votum perpetue casti
tatis emisit. Cum autem ad annum xxi pervenisset libertati
donatus narbone ordinem fratrum minorum intrare voluit sed non
affuit qui recipiendi facultatem haberet. veniens autem in monte
pessulano provinciali ministro ad ordinem recipi instanter petiit.
minister non regalem reverentiam offendere reformidans pro eius de

siderio nequaquam annuit. tunc iuvenis dei gratia quod potuit hoc
fecit. votum castitatis perpetue in manibus itaque eiusdem mi
nistri promittens se ad intrandum ordinem paratum et promptum
quandocumque eum fratres recipere vellent. et subintulit quod meum est
feci. vos videritis quid agere debeatis. cupiebat tamen re
moto loco ignotus esse, ut contemplationi et humilitatis obsequi
is vacare posset. verum quia taliter suum desiderium im
plere non poterat elegit fieri de sorte domini et militare deo
in ordine clericali. Cum autem tonsuram deberet genua flec
tens et demisso capite psalmiste dicebat versiculum. dominus
pars hereditatis mee et calicis mei tu es qui restitues here
ditatem meam mihi. et hoc pronunciabat tam dulciter tam devote ut nullus as
sisteret qui non provocaretur ad fletum. ¶ In nativitate domini
Rome in capella patris acolitatus humiliter egit officium. ante
altare sedens in medio clericorum non dedignans humilem lo
cum illius amore qui de regalibus sedibus descendit ad presepia.
ipso die ad sanctum petrum summa maiori ... portavit hu
militer coram summo pontifice non erubescens cardinalium
et prelatorum aspectum nec cleri et populi frequentiam que astabat.
susceptis ordinibus sacris ad partem locari non consensit
sed quasi unus e turba nulla voluit prerogativa pollere. et fac
tus subdiaconus vasis aureis et argenteis uti noluit nec
variis pellibus gaudere sed nec alio animali quam mulo vehi.
asperam quoque usque ad mortem portavit lanneam. sollicitus et
erat de aliorum salute. In cathelonia cum multos baptiza
vit hec factitans eorum patrinus. elemosinas illis sollicite
ministrabat. manu propria duos iudeos baptizavit neapoli.
factus autem minor in vigilia nativitatis domini et de licentia
summi pontificis continuo profluvio post lacunam emissus
quod habitum mantellum vel cappam preciosam admisit. hac ipsa die
pronuntiatus fuit episcopus tholosanus. et semper divina constitutus
sed et pauperes dilexit eosque visitare studuit. monuitque
infirmos sepius de animarum salute et puram confessione per
...mimum. semel procuravit ad se duci leprosum et cum quanta
potuit caritatis dulcedine blande consolatus est. voluitque
in suo lecto reponere nisi aliqui obstitissent. in crastino vero
eum fecit diligenter perquiri sed invenire non potuit. vocatus
ad cenationem ... frustrabat mortalitatis et miserie
huius statum et aliquantisper orabat. deinde xiii pauperibus
devotissime serviebat. post cenam vero xxv aquam prebebat
manibus et panem scindebat flexis genibus qui xxx habet par
tem et ferculum primum suis manibus cum tanta caritatis po
nebat dulcedine ut sepe astantes provocaret ad fletum.
licet enim in cunctis polleret virtutibus honestas tamen
caritas et humilitas in eo specialius refulgebant. excepti
one enim suadentibus illud reddebat. b. b. angeli non de
siderant non subesse archangelis. tandem arduis urgentibus
negotiis ad comitatum transiit provincie. cum ad villam que
brignola vocatur pervenisset gravi depressus decubuit infir
mitate gravatus. prius suo more confessione premissa
patientissime infirmitatem sustinens orationi continue
deditus requirebat sepius crucem christi. missasque in came
ra audire volebat. ¶ Postremo putantibus medicis
abesse periculum ipse ait extremum sibi imminere agonem.
et orationem illam domine deus omnipotens quod ad principium huius diei sepius
replicavit. et conversus ad quendam fratrem ait. vos non cre
ditis quod mori debeam et tamen statim videbitis. et extunc am
plius locutus non est sed tam dulciter et quiete emisit spiritum quod
vix hora audiri potuit qua expiravit. et factus est
post mortem pulchrior quam ante infirmitatem fuerat. et astanti

bus dormiens nō mortuus videbatur / sanctissimum autem cor-
pus eius iuxta quod decreuerat marsilia deportatum est /
ibi cum agerentur exequie in capite chori / cum habitu
et mantello / pilea et leta facie visus est / a senescal-
cho prouincie milite iuridico et celebri / et a dno R.
de buiss vicario marsilie / et dicto requieuit in pace
illis quidem disparuit / sed angelicis sociatus est choris
/ post felicem vero transitum eius cepit mirare splendere
miraculis / inter cetera xxv mortui redierunt ad vitam
Venerabiles autem archiepi Arelaten et Ebredunen A-
quensis eorumque suffraganei / ac ciues marsilie eadem
ipsa seriosius explicantes / supplicauerunt deuotam in-
stancia prefato summo pontifici / qui sanctitatis vite
ipsius nō erat ignarus / ut cum quem deus tantis et tam
continuis clarificabat miraculis / sanctorum cathalogo
dignaretur ascribere / Sed quia in hiis Romana sedes
cum multa maturitate procedit / et summus pontifex
cum exacte inquisitionis indagine fuctus est vita
pridem prelati cunctisque marsilie successori ipsius Clemen-
ti v. per solennes nuncios porrexerunt supplicationes
eandem / multiplicantibus agentes miracula et testimonia
sanctitatis // hiis exceptis summus pontifex in huiusmodi ma-
turitate procedens dnis Guidoni zandori et Raym.
latomenc episcopis egregiis ac litteratis viris de fratrum
suorum consilio per apostolica scripta mandauit / ut de
vite ipsius meritis ac miraculis veritate diligentius
inquisita / quicquid super hiis inuenirent contigerit / sub-
tum fideliter sub ipsorum sigillis per certos et ydoneos
nuncios delegarent / ipsi vero ad complenda mandata
marsiliam personaliter accedentes / quod demandata fuerat
summo pontifici / tam de miraculis quam vite sanctitate per
testes plurimos ac fidedignos / verum fore reperiunt et
iuxta formam mandati sub suis transmittit sigill'
tunc summus pontifex transmissum inquisitorem / nō nulli
cardinalibus discutiendum commisit / et ex luce hac pre-
dente discussione migrauit / post hec Johes papa xxij.
ecclie prefuit / hic magister sci lodouici nō modico tem-
pore fuit / hic ex continua conuersatione cum eo / et de sanctitate
ipsius certior erat / puta quis eius gesta et acta / et
vidit oculis et manibus contrectauit / idcirco causam sic
curauit ad debitum fine deduxit / et inquisitione pre-
fatam examinari fecit per plures dnos cardinales
/ qua tandem a cunctis cardinalibus approbata / Idem summus
pontifex de fratrum suorum consilio / et omnium prelatorum qui
tunc erant in curia cum assensu / canonizandum decre-
uit / et multis que longum foret enarrare solenniis
sanctorum ascripsit cathalogo / Anno dni ·1317· Idus aprilis
pontificatus sui anno primo. In ciuitate Auinion / ubi tunc
Romana curia residebat / precipiens festum ipsius ·xiiij·
kls septembris / a cunctis fidelibus deuote et solenniter
ac fideliter celebrari / ipsa die visitantibus eius sepul-
crum dans indulgenciam duorum annorum / et duarum qua-
dragenarum · In octaua autem vnius anni et 40· dies etc.
Anno eiusdem dni ·1319· vi° idus Nouembris / Idem summus ponti-
fex / ad translatione ipsius misit sex cardinales
et in presentia regis ierlm atque Sicilie germani eius ac
Regine / multorumque prelatorum ac baronum / concurrente etiam
cleri et populi innumera multitudine / cum miris solenniis ac
reuerentia multa corpus eius de terra leuatum est et in
argento et ornato sarcofago sup altare reconditum

in ecclia sumptuoso opere ad ipsius dedicata honorem / ubi deus
miraculis in sctis suis stupenda miracula operatur
nam per ipsius inuocationem et merita / vetus ennisse a
propinquis et notis ·xv· viri mortui redierunt ad vitam
multa quidem et alia extant miracula / que iuxta morem gra-
tia breuitatis in hoc libro scripta nō sunt / nam cerca ·xx·
varijs legis infirmitatibus liberatos / et totidem iuxta nō-
rium hic et in quatinis / alij ultra ·cc· que omnia manu pu-
blica scripta / et diligenter examinata de mandato marsiliens
epi ab hiis dumtaxat exposita / qui et oculis viderunt et
manibus contrectauerunt et firmata sunt prestito iuramento.

Capiuntur Judei et expelluntur et bona eorum confiscantur in francia

Anno 1306· in festo magdalene fuerunt cap-
ti omnes Judei et expulsi confiscatis eorum bonis
in Regno francie Eodem anno hospitala-
rij inuaserunt Insulam rodi et tenuerunt eam
1307· templarij sunt subito in territorio regni franc capti
sunt / et tandem depositi In sequenti Concilio genera-
li / et hic nō dicit alia. Capitulum ·238· ·C·

Henricus ex comitibus de lucenburch
tam opibus quam operibus memorabiliori-
bus / in festo sce catherine electus
et in sequenti epiphania Aquisgrani
coronatus / sequenti anno 1309 ad
papam Clementem misit nuncios tres
comites et duos epos petens coronationem imperij / qui
mense Julij confirmauit electum / tempus coronationis assig-
nans post biennium / post festum purificationis virginis
hic strenuus in agendis / et acer in hostes / pacatis iis
que ad oceanum almanie finibus / progenito in regem boemie
coronato / quod romano tunc vacabat imperio / curie di-
u ... ad precipue ytalie diuisione concussa / veire di-
sponit / policentibus subsidia nō paucis / qui a gentibus in
lombardia ac tuscia pulsi erant / Igitur premissis epis et
legatis / ut populorum sibi fauorem colligeret / denunciari in pace
